



LEXICON HEBRAICUM ET CHALDÆO-BIBLICUM,

IN QUO

NON SOLUM VOCES PRIMIGENIÆ, SEU RADICALES, verùm etiam derivatæ, cum omnibus earum *accidentibus*, ordine Alphabetico diſponuntur; & Latinis earum interpretationibus, quas exhibent optima, quæ hactenus prodierunt, Vocabularia Hebraïca & Chaldaïca, præmittuntur Græcæ, quas ſuppeditant Lxx. Interpretum tranſlatio, &, quæ ſuperſunt, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, V. VI. & VII. Editionum fragmenta.

ACCEDUNT

Nomina propria Virorum, Mulierum, Idolorum, Populorum, Regionum, Urbium, Montium, Fluviorum, &c. cum præcipuis eorum Etymologiis.

Auctore Domno PETRO GUARIN, *Presbytero & Monacho Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.*

PARS PRIMA.





LUTETIÆ PARISIORUM,
Typis JACOBI-FRANCISCI COLLOMBAT, Regis Chriſtianiſſimi Typographi ordinarii, &c. viâ Jacobæâ.

M. DCC. XLVI.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.



PRÆFATIO.

PRODIT tandem Lexicon Hebraïcum & Chaldaïcum pridem à Domno Petro GUARIN Congregationis Benedictinæ Sancti Mauri Presbytero promissum, ac labore indefesso elaboratum concinnatumque. Hujusce Operis ea natura est, ut sive auctorem, sive argumentum spectes, singularem suî commendationem ducat.

Guarinus enim is erat, qui omnes omninò linguæ cùm Hebraïcæ, tùm Chaldaïcæ divitias, tropos, idiotismos, difficultates, anomalias, apices, varias verborum perfectorum imperfectorumque formas, punctorum Massorethicorum figuram, nomina, usum, mutationes, accentuum diversitatem, litterarum characterumque prolationem, reconditissimas denique, si fas ita loqui, earumdem linguarum tricas nodosque apprimè calleret; adeòque si quid dubii aut difficultatis de hisce rebus in controversiam coram eo vocaretur, aut verteretur, vel ipse judicium suum interponere rogaretur, extemplò solveret. Certè ex iis qui eum consultum adibant, nullus erat qui doctior ab illo non recederet, quique non sibi gratula-

retur virum dicentem audiisse, vel etiam novisse. Illas enim Guarinus in ediscenda Lingua Sancta progressiones fecerat, ut ipsa Lingua Sancta cum Guarino frequenter communicasse, virumque intra sacrarium suum induxisse videretur.

Hanc autem gloriam Sodalis noster improbo labore suo, ingeniique acumine, ac summâ diligentiâ consecutus est. Nam ubi primùm in Philosophicis ac Theologicis rebus solitam operam posuit, atque in his diligenter fuit exercitatus ex more, institutoque in Congregatione nostra inviolabiliter servato, ad linguas se orientales comparandas contulit, magistro ac præceptore usus Domno Antonio *Pouget*; qui quum in Mathesi, litterisque latinis, græcis, hebraïcisque esset diligentissimè versatus, difficile dictu est, quâ doctrinâ potissimum præstiterit, quia cum omnibus præstitisse constat. Certè celeberrimo Varignoni, Mathematicorum ætatis suæ facilè principi, summo in honore fuit, atque admiratione. Præclaram ejus eruditionem testantur *Analecta græca*; quæ cum D. Jacobo *Lopin*, ac D. Bernardo *de Montfaucon* edidit, nec-non primus operum divi Hieronymi tomus, quem cum Joanne Martianæo indivisim concinnavit, jurisque publici fecit. Sed hæc quantacumque fuerint, minore gloriâ erant, quàm perfecta Hebraïcæ linguæ cognitio, ejusque edocendæ expedita, quam adornarat, methodus. Utramque verbo & scriptis D. *Pouget* Guarino nostro tradidit; quarum ope Guarinus brevi Hebraïcæ, ac Chaldaïcæ grammaticæ scientiam adeptus est, ita ut biennio post ex discipulo magister evaserit, atque in ipsius Pugetii locum suffectus sit.

Hic à Præceptore acceptam gloriam multis auxit nominibus, sicque spem, quam familiaribus suis aliisque qui de eo benè audierant, ex sese injecerat, accuratè aluit, fovitque. Siquidem plures discipulos, quos instituendos susceperat, ad se

allexit, eos non tantùm dignitate magiſterii captans, ſed etiam ſtudii facilitate trahens : quippe quibus ita omnes diſciplinæ ſpinas vellebat, ſemovebatque, ut nihil arduum, quod eos vel retardare, vel frangere, vel etiam alienare poſſet, offenderent ; quin potiùs magis ac magis acuerentur, atque in dies proficerent; ſicque factum eſt, ut ex eis non pauci nomen eximium ſibi paraverint, ac de orbe litterario optimè meriti ſint. Quos inter elucent D. Nicolaus *Le Tournois*, qui poſt Guarini obitum huicce Lexico abſolvendo omnes ſuas curas impertitus eſt, D. Simon *Mopinot*, D. Carolus *de la Ruë*, D. Vincentius *Thuillier*, D. Martinus *Bouquet*, aliique quos ſingillatim recenſere ſupervacaneum eſt.

Neque in diſcipulis erudiendis omnem operam ſuam Guarinus noſter collocabat ; nam præter quàm quòd ſingulis Monaſterii exercitiis ſedulò defungebatur, quotidieque in primis ſacroſanctum altaris ſacrificium, licet gravibus capitis torminibus laboraret, reverenter ac piè offerebat ; hoc unum ſtudebat ut ſodalibus ſuis juvandis, ornandis, demerendis numquam deeſſet. Verùm ſimul ac de turba, & à ſubſelliis in otium ſolitudinemque ſe recipere poterat, totum quod ſupererat tempus in librorum Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum Arabumque lectione traducebat. Animo enim agitabat Grammaticam Hebraïcam, Chaldaïcamque longè omnium, quæ hucuſque prodierant, facillimam atque copioſiſſimam texere, conficere & abſolvere, quæ tyronibus ac rudioribus moleſtias in ediſcendis linguis orientalibus occurrentes minueret, exercitatiores verò ad perfectam Linguæ Sacræ intelligentiam deduceret, iiſdem munditiam & elegantiam ſermonis, ſcriptorum hagiographorum ornamenta, diverſos orationis tropos, omnes denique aut ferè omnes difficultates obvias elucidaret, enodaretque ; ſic verò utrique hominum

generi nova Grammatica esset instar *Bibliothecæ Hebraïcæ*.

Instabat ille Lexico Hebraïco & Chaldaïco cudendo, quum extremo anni vertentis 1729. mense, mortalitate interceptus est. Ejus immaturum exitum viri quique optimi & nostrates & exteri lacrymis prosecuti sunt : desiderium enim magnum suî apud omnes reliquerat, tum quia jampridem de Litteris Hebraïcis benè erat meritus, tum quia per tempus ei non licuit manus admovere operi, quod secum ipse animo dudum meditabatur, ac volutabat; quodque Ecclesiæ multùm profuturum fuisse in confesso erat : videlicet, ut dum unus ex hoc S. Germani à Pratis Monasterio sodalis Editionem Lxx. Interpretum ad vetustiores codices manu exaratos castigatam ederet, ipse è regione textum Hebraïcum adjiceret, locosque in quibus Græcus Hebræusque abs sese invicem discrepant, & quare discrepent, notis atque observationibus exponeret. Quæ quantùm Scripturarum Sacrarum intelligentiæ conducant, nemo est qui non videat. Verùm, heu ! tantum opus acerbâ Guarini morte Reipublicæ Christianæ periit. Faxit Deus optimus, maximus, in cujus laudem Guarinus illud lucubraturus erat, ut sua merces auctori non pereat.

At suâ non fraudabitur Lexicon, quod hodie Lectori sistimus; quod qualе sit, ex iis quæ de Guarini eruditione diximus, facilè quivis colligat. Certè ita concinnatum est, ut quidquid in omnibus, quæ hucusque elaborata sunt, Lexicis eximium est, complectatur. Lexicorum verò Hebraïcorum ac Chaldaïcorum quum proprium sit ad eloquiorum divinorum intelligentiam tyronem quasi manu ducere; habes hîc omnes & singulas voces cùm Hebraïcas tùm Chaldaïcas, quibus Sacræ paginæ constant, non tantùm Græcè, sed etiam Latinè redditas, prout variè à variis veteribus Interpretibus diversis in locis explanatæ fuerunt. Quo autem ordine, audi

ipſum Guarinum : 1°. Non ſolùm voces primariæ, ſive radices, verùm etiam voces ab eis derivatæ, ſecundùm Alphabeti Litterarum ſeriem hoc in vocabulario diſponuntur ; atque ut radicem inter & ejus ſurculum, quæ intercedit, retineatur affinitas, vocibus derivatis radices à quibus pullulant continuò ſubjiciuntur.

2°. Præter vocum ſignificationes, in optimis quæ hactenus prodierunt, vocabulariis contentas, adjecimus quas ſuppeditant antiquæ græcæ verſiones τῶν Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, nec-non V. VI. & VII. Editiones, quantùm earum (ſi Septuaginta excipias) nobis ſupereſt in fragmentis quæ labore improbo, & ſingulari diligentiâ, viri doctiſſimi Flaminius Nobilius, Joannes Druſius, & omnium noviſſimè noſter D. Bernardus *De Montfaucon* collegerunt.

3°. Expoſitâ cùm ex veteribus, tùm ex recentioribus, ſæpè etiam à Linguis Hebraïcæ cognatis, vocum ſignificatione, hæ voces cum omnibus earum *accidentibus* ita deſcribuntur, ut nulla ſit (modò eam non prætermiſerint Concordantiæ Hebraïcæ), quæ hoc in vocabulario non inveniatur.

4°. In favorem tyronum, qui nomina propria cum appellativis, & appellativa cum propriis ſæpiùs confundunt, utraque in hoc Lexico poſuimus, ac propriorum viciniores Etymologias, neglectis remotioribus, attulimus : ut qui hujuſcemodi originationibus delectantur, quod palato ſuo ſapiat, in hoc opere inveniant.

Vides hîc in compendio, Lector benevole, non tantùm quanta, ſed quo etiam ordine quotaquæque, in Lexico Guariniano contineantur. Verùm antequàm illud evolvas, hoc unum te monitum volumus, nempe Guarinum, utpote repentino mortuum, non potuiſſe lucubrationem ſuam, niſi ad litteram *Mem* perducere ; reliquas verò à littera *Nun* primò

D. Nicolaum *Le Tournois*, eo deinde extincto duos alios è sodalibus nostræ Congregationis prosecutos fuisse; illum quidem septem posteriores, hos verò duas postremas; ita tamen ut Nicolaus *Le Tournois* (fatebimur enim) metas à Guarino constitutas transgressus sit: namque interdum sic spatiatur, ut in nimia ubertate insit luxuries, quæ paululùm stylo depascenda sit.

Denique non sine laudis tributo prætereunda D. Jacobi-Francisci *Collombat* sagacitas, cujus diligentiam, ex ipsius Guarini disciplina comparatam, in corrigendis Typographiæ erroribus, lapsibusque emendandis experti sumus: quique sumtibus nec pepercit ut chartarum nitore, & elegantiâ characterum hoc totum Grammaticæ & Lexici opus redderetur illustre Typographiæ Parisiensis monumentum.



INDEX

INDEX AUCTORUM
Cum abbreviationibus quibus in hoc Opere designantur.

Me. Menoch. Menochius.
Merc. Mercerus.
Mo. Ariæ Montani versio.
Montf. D. Bernard. de Montfaucon.
Mſ. Oxon. Manuſcriptus Oxonienſis codex.
Muiſ. Muiſius.
M. Munſt. Munſterus.
Nob. Nobilius.
Nold. Noldius.
O. Vat. Septuaginta Vaticinæ editionis.
Oleaſt. Oleaſter.
Oſiand. Oſiander.
Ovid. Ovidius.
Oxon. Oxonienſis Manuſcript.
Pag. Pagninus.
Paraph. Chald. Paraphraſis Chaldaica.
Perſ. Perſis, Perſica lingua.
Pi. Piſc. Piſcator.
Plin. Plinius.
Plut. Plutarchus.
Pol. Polus.
Prad. Pradus.
Procop. Procopius.
R. D. Dav. Rabbi David.
Reland. Relandus.
Rib. Ribera.
Riv. Rivetus.
Robertſ. Robertſon.
Sa. Rabbi Salomon.
Sal. Salazar.
Sam. Samar. Samaritanus textus. Samaritana verſio.
San. Sanct. Sanctius.
Sar. Sarravii Mſ.
Scap. Scapulæ Lexicon.
Schindl. Schindlerus.
Schmid. Schmidius.
Schol. Scholiaſtęs.
Scult. Scultetus.
Seld. Seldenus.
Serar. Serarius.
Strig. Strigel. Strigelius.
Suid. Suidas.
Sym. Symmachus.
Syr. Syrus interpres.
Targ. Targum.
Tarn. Tarnov. Tarnovius.
Ter. Terentius.
Theod. Theodotion.
Ti. Tigur. Tigurina editio.
Tir. Tirinus.
Trem. Tremellius.
V. VI. VII. edit. Quinta, Sexta, Septima editio.
V. Vat. Vatablus.
Virg. Virgilius.
Vitruv. Vitruvius.
Vulg. Vulgata editio Latina, Vulgatus Interpres.
Waſ. Waſerius.
Wil. Willet.
Wolp. Wolphius.
Za. Zamachsjaris.

Aliæ quædam Abbreviationes.

Adject. Adjectivè.
Adverb. Adverbialiter.
Al. Alii.
Angl. Anglicè.
Belg. Belgicè.
Gal. Gallicè.
Gen. com. Generis communis.
Germ. Germanicè.
Gr. Græcè.
Hiſp. Hiſpanicè.
Ital. Italicè.
Lat. Latinè.
Mſ. Manuſcriptus.
Pec. Peculiariter.
Spec. Specialiter.
Subſt. Subſtantivè.
Verb. Verbaliter.



MONITUM.

Ut facilè intelligat Lector quæ per abbreviationem in hoc Lexico expressa sunt, Indicem hunc texuimus.

1. p. s. c. Prima persona singularis communis.
2. p. s. m. Secunda persona singularis masculina.
2. p. s. f. Secunda persona singularis feminina.
3. p. s. m. Tertia persona singularis masculina.
3. p. s. f. Tertia persona singularis feminina.
1. p. pl. c. Prima persona pluralis communis.
2. p. pl. m. Secunda persona pluralis communis.
2. p. pl. f. Secunda persona pluralis feminina.
3. p. pl. m. Tertia persona pluralis masculina.
3. p. pl. f. Tertia persona pluralis feminina.

Aff. vel Affix. Affixum.

Quando post affixum, versione factâ, additur m. vel f. id indicat affixum, de quo mentio, esse masculinum vel femininum.

Constr. Constructum: quandoque, construitur, pro diversitate loci.

Præf. Præfixum.

In affixis autem hunc ordinem secuti sumus. Præit affixum masculinum singulare: sequitur femininum singulare tertiæ personæ; deinde affixum secundæ personæ masculinæ & femininæ; posteà primæ personæ singularis communis. Eodem ordine prosequimur affixa pluralia tam in Verbis quàm in Nominibus. Porrò in Verbis incipimus à tertia persona singulari

maſculina : cui perſonæ quando reperiuntur in Scripturis affixa adjuncta, ea ſtatim commemoramus eo ordine quo ſupra in Nominibus. Deinde perſequimur à tertia perſona ſingulari feminina & cum affixis, ut mox dictum eſt; & ſic in ceteris perſonis tam in plurali quàm in ſingulari. Sequitur ſecunda perſona ſingularis maſculina, deinde ſecunda feminina, poſteà prima perſona ſingularis communis. Hunc ordinem ſervamus in plurali reſpectu perſonarum & affixorum, prout mentio eorum ſit in Concordantiis.

Eo ordine ſervato, Lector facilè reperturus eſt quamcumque requiſierit vocem, ſive cum præfixo ſive cum affixo, ſive in ſingulari ſive in plurali; utilitatemque ſui laboris percipiet, quia citò oculis ejus repræſentabuntur quæ in aliis Lexicis diſperſa ſunt, nec eâ methodo, quâ in iſto Lexico, digeſta.



LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

אב

אָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. πατὴρ, Vulg. & alii, *pater.* Lxx. item, πατρῷος, πατρικὸς, *patrius*, πατριὰ *familia*; maxime quando nomen iſtud jungitur cum vocibus conſtructis בֵּית *domus*, רָאשֵׁי *capita*, & שָׂרֵי *principes.* Pater autem dicitur vel generatione; quo nomine vocantur etiam *avus* & *proavus*: vel affinitate, ut *ſocer*: vel ætate, ut *major*: vel auctoritate & honore, ut *rex*, *princeps*, *dominus*, *herus*: cura & officio, ut *patronus*: doctrina & inſtitutione, ut *doctor*, *magiſter*: inventione, ut *auctor*: moribus & exemplo, ut Ezech. 16. v. 3. *Pater tuus Amorrhæus*, &c. Joan. 8. v. 44. *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 193. 194. 235.

Cum præfix. הָאָב *pater*, וְאָב *& pater*, כְּאָב *ſicut pater*, וּכְאָב *& ſicut pater*, לְאָב *patri, pater, in patrem, pro patre.*

אב

Conſt. אַב *pater*, Gen. 17. v. 5. Cum præfix. לְאַב *in patrem*, ibid. v. 4. Præter duo illa loca nomen iſtud in regimine ſing. & cum omnibus affixis in eodem ſing. adſciſcit (י), aut potius tertia rad. ה mutatur in (י), ſic: אֲבִי *pater.* Cum præfixis, וַאֲבִי *& pater*, לַאֲבִי *patri.*

Cum præfix. & affix. in ſing. אָבִיו & אָבִיהוּ, *pater ejus*, m. וְאָבִיו *& pater ejus*, m. כְּאָבִיו *ſicut pater ejus*, m. לְאָבִיו *patri ejus*, m. וּלְאָבִיו *& patri ejus*, m. אָבִיהָ *pater ejus*, f. וְאָבִיהָ *& pater ejus*, f. לְאָבִיהָ *patri ejus*, f. אָבִיךָ *pater tuus*, m. וְאָבִיךָ *& pater tuus*, m. לְאָבִיךָ *patri tuo*, m. מֵאָבִיךָ *à patre tuo*, m. אָבִיךְ *pater tuus*, f. מֵאָבִיךְ *à patre tuo*, f. אָבִי, cum unico (י), *pater meus*, c. (vide infra ſuo loco aliud אָבִי), וְאָבִי, *& pater meus*, c. לְאָבִי *patri meo*, c. אֲבִיהֶם *pater eorum*, וַאֲבִיהֶם *& pater eorum*, לַאֲבִיהֶם *patri eorum*, אֲבִיהֶן *pater earum*, מֵאֲבִיהֶן *à patre*

p. pl. f. cum præfix. וַתֹּאבַדְנָה & perierunt. 2. p. pl. m. in pausa, תֹּאבֵדוּ peribitis. Cum præfix. & extra pausam, וְתֹאבְדוּ & pereatis. Cum ן parag. תֹּאבְדוּן, & in pausa תֹּאבֵדוּן, peribitis. 1. p. pl. c. נֹאבַד, & cum ה parag. נֹאבֵדָה, peribimus.

PIEL. אִבַּד, Lxx. ὄλλυμι, Lxx. Aq. Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii, perdo. Lxx. item, ἀφανίζω è conspectu removeo, ἐξαίρω aufero, Sym. ἀναιρέω interficio.

PRAET. 3. p. f. m. אִבַּד perdidit. Cum præfix. וְאִבַּד & perdidit. Cum affix. אִבְּדָם perdidit eos. 2. p. f. m. אִבַּדְתָּ perdidisti. 1. p. f. c. אִבַּדְתִּי perdidi. Cum præfix. וְאִבַּדְתִּי & perdam. 2. p. pl. m. cum præfix. וְאִבַּדְתֶּם & perdetis.

BEN. pl. m. מְאַבְּדִים perdentes.

INFIN. אַבֵּד perdere, perdendo. Cum præfix. וְאַבֵּד & perdere, לְאַבֵּד ad perdendum, וּלְאַבֵּד & ad perdendum. Cum præf. & affix. לְאַבְּדֵנִי ad perdendum me, c. לְאַבְּדָם ad perdendum eos, וּלְאַבְּדָם & ad perdendum eos.

FUT. 3. p. f. m. יְאַבֵּד perdet. Cum præfix. & utroque (ְ) mutato in (ַ) sub י, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. IV. וִיאַבֵּד & perdet. Cum præf. & aff. וַיְאַבְּדֵם & perdidit eos. 2. p. f. m. תְּאַבֵּד perdes. Cum præf. וּתְאַבֵּד & perdes. Cum affix. תְּאַבְּדֵם perdes eos. 1. p. f. c. cum præf. & aff. וָאֲאַבֶּדְךָ contracte pro וָאֲאַבֶּדְךָ, & perdidi te, m. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 178. c. 2. 3. p. pl. m. cum præfix. & affix. וַיְאַבְּדוּם & perdiderunt eos. 2. p. plur. m. תְּאַבְּדוּ, & cum ן parag. תְּאַבְּדוּן, perdetis.

HIPHIL. הֶאֱבִיד, Lxx. Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii perdo. Lxx. item ἐξολοθρεύω disperdo, &c. ut in Piël.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וְהֶאֱבִיד & perdidit. 2. p. f. m. הֶאֱבַדְתָּ perdidisti, cum (ֶ) sub ה loco (ֶ) & (ֱ) sub א pro (ֱ); sicque in toto hoc Præterito. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 182. c. 1. Cum præf. וְהַאֲבַדְתָּ & perdes. Cum præfix. & affix. וְהַאֲבַדְתָּם & perdes eos. 1. p. f. c. cum præfix. וְהַאֲבַדְתִּי & perdam. Cum præfix. & affix. וְהַאֲבַדְתִּיךָ & perdam te, m. וְהַאֲבַדְתִּיךְ & perdam te, f.

BEN. f. m. מַאֲבִיד perdens.

INFIN. הַאֲבִיד perdere. Cum præf. לְהַאֲבִיד ad perdendum, וּלְהַאֲבִיד & ad perdendum. Cum affix. הַאֲבִידוֹ perdere eum. Cum præfix. & affix. לְהַאֲבִידוֹ ad perdendum eum, לְהַאֲבִידֵנוּ ad perdendum nos.

FUT. 1. p. f. c. ex forma imperfect. & cum ה parag. אֹבִידָה perdam.

אֲבַד Chald. QAL. Lxx. ἀπόλλυμαι, Vulg. & alii, pereo, ut apud Heb. Hinc

FUT. 3. p. pl. m. יֵאבַדוּ pereant, Jerem. 10. v. 11.

APHEL הוֹבֵד, vel ex forma Heb. הוֹבֵד, Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii, perdo. Vulg. item pereo. Hinc

INFIN. cum præfix. & ה parag. pro א, לְהוֹבָדָה ad perdendum, וּלְהוֹבָדָה & ad perdendum.

FUT. 2. p. f. m. תְּהוֹבֵד perdas. 3. p. pl. m. cum ן parag. יְהוֹבְדוּן perdent.

OPHAL הוּבַד, ex forma Hebraïca, Theod. ἀπόλλυμαι, Vulg. & alii, pereo. Hinc 3. p. f. m. PRAET. cum præfix. וְהוּבַד & periit, Dan. 7. v. 11.

אֹבֵד m. Num. 24. v. 20. Psal. 118. Heb. 119. v. 176. perditio. Aliis est Bénoni Qal verbi אָבַד periit; unde אֹבֵד periens. Vide ibidem. Hinc Lxx. Num. 24. v. 20. ἀπολεῖται peribit, mutato participio in futurum; Psal. 118. Heb. 119. v. 176. ἀπολωλὸς perdita (ovis), Vulg. Lat. quæ periit. R. אָבַד periit.

אֲבֵדָה f. Lxx. ἀπώλεια perditio, h. e. res perdita, res amissa, &c. Cum præfix. הָאֲבֵדָה perditio. Const. אֲבֵדַת perditio, servato (ֲ) penult. ob (ֲ) præcedens. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. R. אָבַד periit.

אֲבַדּוֹ m. Hinc Prov. 27. v. 20. cum præfix. וַאֲבַדֹּה, Lxx. καὶ ἀπώλεια, Vulg. & alii, & perditio. Pro וַאֲבַדֹּה Massorethæ legunt וַאֲבַדּוֹן, quod sequitur. R. אָבַד periit.

אֲבַדּוֹן m. Lxx. ἀπώλεια, Vulg. & alii, perditio. Aliis item, perditionis locus. Cum præf. וַאֲבַדּוֹן & perditio, בַּאֲבַדּוֹן in perditione, לַאֲבַדּוֹן perditioni. R. אָבַד periit.

אָבְדָן m. unde cum præfix. וְאָבְדָן Esth. 9. v. 5. Lxx. editionis Origenianæ, καὶ ἀπώλεια, Vulg. & alii, & perditio. Vox illa Qimhhio videtur infinitivus Piël cum ן parag. Dagh. exsulat ex ב ob (ְ) ei suppositum. R. אָבַד periit.

Abialbon. Etym. *pater meus Deus* ; ex אָב *pater* , affix. 1. p. s. c. & אֵל *Deus.*

אָבִיב m. Lxx. νέα , alius νεαρὰ (γεννήματα) , Vulg. *novæ fruges.* Lxx. item , παρεστηκυῖα (κριθὴ) , *stans* (in calamo *hordeum*) , Aq. Sym. ἁπαλὰ *tenera* , h. e. teneræ fruges. Alii , *spica cum calamo* , *arista virens* , *frumentum maturescens* ; & generatim omnia , quæ verno tempore è terra progerminant. Cum præf. הָאָבִיב *spica virens* , &c. Rad. אָבַב Chaldæis in Paël *fructum primitivum producere.*

אֲבִי־גִבְעוֹן Mass. *Avi-ghivón* , Vulg. *AbiGabaón* , nomen proprium viri , cujus uxor Maacha , 1. Paral. 8. v. 29. Etym. *pater collis* ; ex אָב *pater* & גִּבְעָה *collis.* Vel *pater scyphi* , aut *calicis* ; ex אָב *pater* , & גָּבִיעַ *scyphus* , *calix.* Vel *pater dorsi* , aut *peccati* ; ex אָב *pater* , & גַּב *dorsum* , vel עָוֹן *peccatum* , *iniquitas.*

אֲבִיגַיִל , & in pausa אֲבִיגָיִל , Mass. *Avighàiil* , Vulg. *Abigáil* , nomen proprium 1°. uxoris Nabalis , 1. Reg. 25. v. 3. c. 30. v. 5. & , eo mortuo , Davidis , 1. Paral. 3. v. 1. 2°. filiæ Naas sororis Sarviæ matris Joabi , 2. Reg. 17. v. 25. 1. Paral. 2. v. 16. Etym. *pater exsultationis* ; ex אָב *pater* , & גִּיל *exsultatio.*

אֲבִידָן Mass. *Avidhán* , Vulg. *Abidhán* , nomen proprium filii Gedeonis , Num. 1. v. 11. Etym. *pater Judicii* ; ex אָב *pater* , & דָּן *judicavit.*

אֲבִידָע Mass. *Avidhá* , Vulg. *Abidá* , nomen proprium filii Madian filii Abrahæ , Gen. 25. v. 4. Etym. *pater scientiæ* ; ex אָב *pater* , & דַּע *scientia.*

אֲבִיָּה Mass. *Aviiiá* , Vulg. *Abiá* , nomen proprium 1°. matris Ezechiæ regis Juda , 2. Paral. 29. v. 1. quæ 4. Reg. 18. v. 2. dicitur *Abi.* Vide supra col. 8. 2°. filii Samuëlis prophetæ , 1. Reg. 8. v. 2. 1. Paral. 6. v. 28. 3°. filii Roboam , 1. Paral. 3. v. 10. qui 3. Reg. 14. v. 31. dicitur *Abiam.* 4°. uxoris Esron filii Phares , 1. Paral. 2. v. 24. 5°. filii Jeroboam , 3. Reg. 14. v. 1. Etym. *pater Domini* ; ex אָב *pater* , & יָהּ *Dominus.* Vel *voluntas Domini* ; ex אָבָה *voluit* , & יָהּ *Dominus.*

אֲבִיהוּא Mass. *Avihóu* , Vulg. *Abiu* , nomen propr. filii Aaronis filii Amram filii Caath filii Levi , Exod. 6. v. 23. 1. Paral. 6. v. 3. Etym. *pater ipse* , vel *pater est* ; ex אָב *pater* , & הוּא *ipse* , vel *est.*

אֲבִיהוּד Mass. *Avihóud* , Vulg. *Abiud* , nomen proprium filii Belæ filii Benjamin filii Jacob , 1. Paral. 8. v. 3. Etym. *pater laudis* , vel *confessionis* ; ex אָב *pater* , & יָדָה in Hiphil *laudavit* , *confessus est.*

אֲבִיהַיִל Mass. *Avihàiil* , Vulg. *Abigáil* , nomen proprium uxoris Abisur filii Semei filii Onan , 1. Paral. 2. v. 29. Etym. *pater luminis* , vel *laudis* ; ex אָב *pater* , & הָלַל in hiph. *lucere* , *splendere* ; in Piël *laudare.*

אֶבְיוֹן m. Lxx. Aq. πτωχὸς , Lxx. Sym. πένης , Vulg. & alii , *pauper* , *mendicus.* Lxx. item , ἐνδεὴς , ὁ ἐπιδεόμενος , *indigens* , *egenus* , ἀδύνατος *impotens* , ἀσθενὴς *infirmus* , ἀνὴρ ἐν ἀνάγκαις *vir in necessitatibus* , ἀπηλπισμένος *spe destitutus* , ταπεινὸς *humilis* , &c. Cum præf. הָאֶבְיוֹן *egenus* , וְאֶבְיוֹן & *egenus* , לָאֶבְיוֹן *egeno.* Cum affix. אֶבְיֹנְךָ *egenus tuus* , masc. Cum præf. & affix. וּלְאֶבְיֹנְךָ & *egeno tuo* , m. Plur. אֶבְיוֹנִים *egeni.* Cum præf. וְאֶבְיוֹנִים , & הָאֶבְיוֹנִים , & *egeni* , לָאֶבְיוֹנִים *egenis.* Const. אֶבְיוֹנֵי *egeni.* Cum præfix. וְאֶבְיוֹנֵי & *egeni.* Cum affix. אֶבְיוֹנֶיהָ *egeni ejus* , f. R. אָבָה *voluit* , *desideravit* ; unde *pauper* , *mendicus* , quod multa desideret.

אֲבִיּוֹנָה f. unde cum præf. הָאֲבִיּוֹנָה , Eccle. 12. v. 5. Lxx. κάππαρις , Vulg. *capparis* , quâ , teste Avicenna & aliis , excitatur appetitus venereus. Unde aliis vox illa interpretatur *concupiscentia* , *amor* , *desiderium* , &c. Vide S. Hieron. comm. in h. l. tom. 2. nov. edit. col. 784. R. אָבָה *voluit* , *concupivit.*

אֲבִיחַיִל , Mass. *Avihhàiil* , Vulg. *Abihaiel* & *Abihail* , nomen proprium 1°. patris Suriel principis Moholitarum, Num. 3. v. 35. 2°. uxoris Roboam filii Salomonis , 2. Paral. 11. v. 18. Etym. *pater roboris* , vel *exercitus* , vel *divitiarum* , vel *antemuralis* ; ex אָב *pater* , & חַיִל *robur* , *exercitus* , *divitiæ* , *antemurale.* Vel *pater doloris* ; ex אָב *pater* , & חִיל *dolere.*

אֲבִיטוּב Mass. *Avitóuv* , Vulg. *Abitób* , nomen proprium filii Mehusim , 1. Paral. 8. v. 11. Etym. *pater bonitatis* ; ex אָב *pater* , & טוּב *bonitas.*

אֲבִישַׁג Maſſ. *Aviſágh*, Vulg. *Abiſág*, nomen proprium adoleſcentulæ, quæ Davidem ſenem calefaciebat, 3. Reg. 1. v. 3. Etym. *pater ignorantiæ*, vel *erroris*, vel *multiplicationis*; ex אָב *pater*, & שָׁגָה *erravit*, *ignoravit*; aut שְׂגָא Chald. *crevit*, *multiplicatus eſt*.

אֲבִישׁוּעַ Maſſ. *Aviſchôua*, Vulg. *Abiſue*, nomen proprium 1°. filii Phinees filii Eleazar filii Aaron, 1. Paral. 6. v. 4. 2°. filii Belæ filii Benjamin filii Jacob, 1. Paral. 8. v. 4. Etym. *pater ſalutis*; ex אָב *pater*, & יֵשַׁע *ſalus*. Vel *pater exclamationis*, aut *vociferationis*; ex אָב *pater*, & שׁוע *vociferatio*.

אֲבִישׁוּר Maſſ. *Aviſchôur*, Vulg. *Abiſur*, nomen proprium filii Semei filii Onam filii Jerameel, 1. Paral. 2. v. 29. Etym. *pater muri*, vel *cantantis*, vel *aſpicientis*; ex אָב *pater*, & שׁוּר *murus*, *cantavit*, *aſpexit*, *contemplatus eſt*. Vel *pater bovis*; ex אָב *pater*, & שׁוֹר *bos*. Vel *pater rectitudinis*; ex אָב *pater*, & יָשַׁר *rectum eſſe* vel *videri*.

אֲבִישַׁי Maſſ. *Aviſchái*, Vulg. *Abiſái*, nomen proprium filii Sarviæ ſororis Abigail, fratris Joabi, 1. Reg. 26. v. 6. 2. Reg. 10. v. 14. Idem 1. Paral. 2. v. 16. cap. 11. v. 20. dicitur אַבְשַׁי *Avſchái*, Vulg. ubique *Abiſái*. Etym. *pater muneris*; ex אָב *pater*, & שַׁי *munus*.

אֲבִישָׁלוֹם Maſſ. *Aviſchalóm*, Vulg. *Abeſſalóm*, nomen proprium patris Maacha ſive Michaia matris Abiam, 3. Reg. 15. v. 2. Is Abeſſalom dicitur *Uriel*, 2. Paral. 13. v. 2. Etym. *pater pacis*; ex אָב *pater*, & שָׁלוֹם *pax*. Vel *pater retributionis*; ex אָב *pater*, & שִׁלֵּם in Piel, *retribuere*.

אֶבְיָתָר Maſſ. *Eviathár*, Vulg. *Abiathár*, nomen proprium Sacerdotis filii Achimelech, 1. Reg. 22. v. 20. Marc. 2. v. 26. Etym. *pater excellens*, vel *reſidui*, vel *explorationis*; ex אָב *pater*, & יָתַר in Hiph. *excellere*, *reſiduum eſſe*; aut תּוּר *explorare*.

אָבַךְ QAL, unde HITHPAEL הִתְאַבֵּךְ, ex quo 3. p. plur. m. Fut. Iſai. 9. v. 16. al. 18. וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן, Lxx. καὶ συγκατέδεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα, *& devorantur in circuitu collium omnia*, ſenſum utcunque, non verba reddiderunt. Vulg. *& convolvetur ſuperbia fumi*. Quidam ex uſu linguæ Syriacæ & Armenicæ *ſuperbient* (improbi, ſed eorum) *ſuperbia fumus* (erit), h. e. inſtar fumi evaneſcet. Alii, *diſſipabuntur* (improbi ſicut) *ſuperbia fumi*, hypallage pro, fumus ſuperbiæ, h. e. fumus ſuperbus, ſive in altum ſe attollens & evaneſcens. Verbum iſtud hoc ſolum in loco legitur, & ex orationis contextu *diſſipari* ſignificat.

אָבַל QAL. Lxx. πενθέω, Vulg. & alii, *lugeo*, θρηνέω *plango*, στενάζω *gemo*. Alii item *vaſtor*, *deſolor*.

Praet. 3. p. ſ. m. אָבַל *luxit*. Cum præfix. וְאָבַל *& lugebit*. 3. p. ſ. f. אָבְלָה *luxit*. 3. p. plur. c. אָבְלוּ *luxerunt*. Cum præfix. וְאָבְלוּ *& lugebunt*.

Fut. 3. p. ſ. f. תֶּאֱבַל *lugebit*.

HIPHIL, הֶאֱבִיל, Lxx. πενθέω, Vulg. & alii, *lugeo*. Alii item, *luctum affero*, *induco*, *lugere facio*.

Praet. 1. p. ſ. c. הֶאֱבַלְתִּי *luctum attuli*, Vulg. *luctum induxi*.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. וַיַּאֲבֶל־, Vulg. *& luxit*, alii, *& luctum attulit*, Thren. 2. v. 8. ubi (ֵ) mutatur in (ֶ) ob ſequens Maqqáph. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 161. fin. tom. 2. p. 320. §. I.

HITHPAEL הִתְאַבֵּל, Lxx. Aq. Theod. πενθέω, Lxx. item, καταπενθέω, θρηνέω, Vulg. & alii, *lugeo*.

Praet. 3. p. ſ. m. הִתְאַבֵּל *luxit*.

Ben. ſing. m. מִתְאַבֵּל *lugens*. Femin. ex forma ה præcedente duplici (ֶ), מִתְאַבֶּלֶת *lugens*. Plur. m. מִתְאַבְּלִים *lugentes*.

Imper. 2. p. ſ. f. הִתְאַבְּלִי *luge*.

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma (ֵ) mutati in (ָ) ob pauſam, יִתְאַבָּל *lugebit*. Cum præf. & in forma comm. וַיִּתְאַבֵּל *& luxit*. 1. p. ſ. c. cum præf. & ה parag. וָאֶתְאַבְּלָה *& luxi*. 3. p. m. cum præfix. וַיִּתְאַבְּלוּ, & ex forma (ְ) converſi in (ָ) ob accentum pauſantem, וַיִּתְאַבָּלוּ *& luxerunt*. 2. p. plur. m. תִּתְאַבְּלוּ *lugebitis*.

אֲבָל adv. Lxx. ἀλλὰ, ἀλλ' ἢ *ſed*, καὶ μάλα *& valde*, ναὶ ἰδοὺ *ne ecce*, ναὶ contracte pro ναὶ ἦν, *ne ſic eſt*, *certe*, *profecto*, πλὴν *verum*, *veruntamen*, *præterquam*, Aq. μάλιστα

maxime. Alius, ὄντως *vere, revera.* R. אָבַל *luxit*, ob literarum similitudinem.

אָבֵל m. Lxx. & alius πενθῶν, Vulg. & alii, *lugens.* Lxx. item, λυπούμενος *tristis.* Const. אֲבֵל, & anomal*us* אֲבַל, unde cum præf. & mutato (-) in (-) ob Maqqáph, כַּאֲבֶל־ *sicut lugens*, Psal. 34. Heb. 35. v. 14. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 93. c. 1. in fine. Plur. masc. אֲבֵלִים *lugentes.* Const. cum præfix. לַאֲבֵלָיו *lugentibus*, servato (-) præter analogiam, vide Gram. Heb. ibid. Cum præfix. & affix. וְלַאֲבֵלָיו *& lugentibus ejus*, m. Plur. fem. אֲבֵלוֹת *lugentes.* R. אָבַל *luxit.*

אָבֵל Mass. *Avél*, Vulg. *Abél*, nomen proprium loci aut civitatis in Tribu Gad, teste Adrichomio, Jud. 7. v. 22. c. 11. v. 33. 1. Reg. 6. v. 18. &c. Etym. *lugens*; ab אָבַל *luxit.* Nota secundum Lxx. Paraph. Chald. & R. Salomonem, 1. Reg. 6. v. 18. אָבֵל positum esse pro אֶבֶן *lapis*, ut liquet ex v. 15. Sym. tamen legebat ut textus Hebræus hodiernus; scripsit enim Ἀβελ.

אָבֵל הַשִּׁטִּים Mass. *Avél haschschittím*, Vulg. *Abél satím*, nomen proprium loci, Num. 33. v. 49. non procul à Jordane, in deserto, ad meridiem Moabitarum, ubi etiam fuit 42ª. mansio Israëlitarum. Etym. *luctus cedrorum*; ab אֵבֶל *luctus*, & שִׁטָּה *cedrus*, aut ejus species.

אָבֵל מְחוֹלָה Mass. *Avél mehholá*, Vulg. *Abel mehula*, nomen proprium civitatis in dimidia Tribu Manasse cis Jordanem, Jud. 7. v. 22. al. 23. Etym. *luctus infirmitatis* aut *chori*; ex אֵבֶל *luctus*, & חוּל *dolere, infirmum esse*; aut מָחוֹל *chorus.*

אָבֵל מַיִם Mass. *Avél máiim*, Vulg. *Abél máim*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, quam rex Asa per Benadad regem Syriæ expugnavit, 2. Paral. 16. v. 4. Etym. *luctus aquarum*; ex אֵבֶל *luctus*, & מַיִם *aquæ.*

אֵבֶל m. Lxx. πένθος, Vulg. & alii, *luctus, planctus.* Lxx. item adjective, πενθικὸς *lugubris.* Cum præfix. הָאֵבֶל *luctus*, וְאֵבֶל *& luctus*, כְּאֵבֶל *sicut luctus*, לְאֵבֶל *in luctum*, וּמֵאֵבֶל *& a luctu.* Cum affix. אֶבְלֵךְ *luctus tuus*, f. אֶבְלָם *luctus eorum.* R. אָבַל *luxit.*

אֻבַל *fluvius*, vide אוּבַל.

אֶבֶן, Heb. & Chald. & in pausa אָבֶן, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. λίθος, Vulg. & alii, *lapis*, στάθμιον *pondus, massa, perpendiculum.* Lxx. item, λίθινος *lapideus*, σίκλος, 2. Reg. 14. v. 26. *siclus* (regius videlicet, h. e. *pondus regium*, sive, ut reddit Vulg. *publicum*), μισθὸς *merces*, χάλιξ *silex.* Sym. item, θεμέλιον *fundamentum.* Cum præfix. הָאֶבֶן *lapis*, וְאֶבֶן, וְהָאֶבֶן, וָאָבֶן, in pausa וָאָבֶן, & Chaldaice in forma emphatica, וְאַבְנָא, *& lapis*, בְּאֶבֶן, & in pausa בָּאָבֶן, *cum lapide*, וּבְאֶבֶן, וּבָאֶבֶן, *& in lapide*, כְּאֶבֶן, כָּאֶבֶן, & in pausa כָּאָבֶן, *sicut lapis*, לְאֶבֶן, in pausa לָאָבֶן, *in lapidem*, וְלָאֶבֶן *& in lapidem*, מֵאֶבֶן *à lapide.* Cum affix. אַבְנוֹ *lapis ejus*, m. Plur. absol. אֲבָנִים *lapides.* Cum præfix. הָאֲבָנִים *lapides*, וַאֲבָנִים, & וְהָאֲבָנִים, *& lapides*, בַּאֲבָנִים *cum lapidibus*, וּבָאֲבָנִים *& cum lapidibus*, כַּאֲבָנִים *sicut lapides*, לַאֲבָנִים *lapidibus.* Const. אַבְנֵי *lapides.* Cum præfix. וְאַבְנֵי *& lapides*, בְּאַבְנֵי *cum lapidibus*, לְאַבְנֵי *lapidibus*, וּלְאַבְנֵי *& lapidibus*, מֵאַבְנֵי *de lapidibus.* Cum præfix. & affix. אֲבָנָיו *lapides ejus*, m. אֲבָנֶיהָ *lapides ejus*, f. אֲבָנַיִךְ *lapides tui*, m. וַאֲבָנֶיךָ *& lapides tui*, m. אַבְנֵיהֶם *lapides eorum.* Quidam hanc vocem deducunt ex בָּנָה *ædificavit*; proindeque א ut heemanticum, seu formativum, accipiunt. Alii ex ea radicem constituunt. Alii denique eam referunt ad Rad. inusit. אָבַן.

אֶבֶן בֹּהַן Mass. *E'ven bóhan*, Jos. 15. v. 6. c. 18. v. 17. nomen proprium loci in finibus Tribus Juda & Benjamin, quem locum Vulg. Jos. 18. v. 17. appellat *Aben boén*; at c. 15. v. 6 *lapidem Boen.* Etym. *lapis pollicis*; ex אֶבֶן *lapis*, & בֹּהֶן *pollex.*

אֶבֶן הָעֵזֶר Mass. *E'ven haázer*, 1. Reg. 7. v. 12. nomen proprium loci inter Malphath & Sen, ad septentrionalem plagam Tribus Dan, in finibus Tribuum Juda & Benjamin. Etym. *lapis adjutorii*; ex אֶבֶן *lapis*, & עֵזֶר, unde in pausa עָזֶר, *adjutorium.* Lxx. Ἀβενέζερ, λίθος τοῦ βοηθοῦ, *Abenézer, lapis adjutoris*, postrema verba, *lapis adjutoris*, videntur esse interpretatio, quæ è margine in textum irrepsit. Vulg. appellative accepit: *lapis adjutorii.*

אבנת

אֲבָנָה Maſſ. *Avaná*, Vulg. *Abaná*, nomen proprium fluvii Damaſci, 4. Reg. 5. v. 12. Etym. *lapideus*, ex אֶבֶן *lapis*.

אַבְנֵט m. Lxx. Sym. Theod. *ζώνη*, Aq. *διαζώνη*, Vulg. & alii, *balteus*, *zona*, *cingulum*. Lxx. item, Iſai. 22. v. 21. *στέφανος corona*. Cum præfix. הָאַבְנֵט *balteus*, וּבָאַבְנֵט & *balteus*, בָּאַבְנֵט *cum balteo*, וְאַבְנֵט & *cum balteo*. Cum præfix. & affix. וְאַבְנֵטְךָ & *balteus tuus*, m. ſervato (‧), ut in pl. abſol. אַבְנֵטִים *baltei*, ob (‧) præced. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 60. c. 1. R. אבנט inuſit.

אָבְנַיִם ovnáiim, unde cum præfix. & in pauſa, הָאָבְנָיִם háovnáiim, dual. m. *ſella parturientium & figulorum*. Exod. 1. v. 16. *Cum videritis* (mulieres Hebræas) עַל־הָאָבְנָיִם *ſuper ſellas*, Lxx. *πρὸς τῷ τίκτειν*, *ad pariendum*, h. e. partui vicinas.... Vulg. *quando tempus partûs advenerit*. Jerem. 18. v. 3. *Et ipſe* (figulus) *faciebat opus* עַל־הָאָבְנָיִם *ſuper ſellas*, Lxx. *ἐπὶ τῶν λίθων ſuper lapides*, ſic etiam Arabs. Vulg. & Chald. *ſuper rotam*, videntur legiſſe עַל־הָאָפְנַיִם, ab אֹפֶן *rota*. Nomen iſtud in forma duali venit, quod ſella figulorum (forte etiam olim & parturientium) duplicem habeat circumferentiam; ſuperiorem, in qua opus conficitur; & inferiorem, quam pede agitant. R. אֶבֶן *lapis*, quæ videtur fuiſſe ſellarum illarum materies.

אָבַס QAL, unde Paoul ſing. m. אָבוּס, vide ſupra col. 8.

אֲבַעְבֻּעֹת f. plur. Lxx. Aq. Sym. & alius, *φλυκτίδες*, Vulg. & alii, *veſicæ*, *bullæ*, *puſtulæ*. R. בָּעָה *bullas excitavit*.

אֶבֶץ Maſſ. *E'vets*, Vulg. *Abes*, nom. proprium civitatis in Tribu Iſſachar, Joſ. 19. v. 20. Etym. *ovum*, vel *cœnoſus*, vel *lineus*; ex בֵּיצָה *ovum*, aut בֹּץ *cœnum*, aut בּוּץ *linum*, *byſſus*.

אִבְצָן Maſſ. *Ivtſán*, Vulg. *Abeſán*, nomen proprium Judicis Iſraël, de Bethlehem, Jud. 12. v. 8. Etym. *pater ſcuti*; ex אָב, & צִנָּה *clypeus*, *ſcutum*.

אָבַק QAL, unde NIPHAL, נֶאֱבַק, ex quo Infin. cum præfix. & affix. בְּהֵאָבְקוֹ, Gen. 32. v. 26. Lxx. *ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν cum luctaretur ipſe*. Vulg. & *ſtatim emarcuit*, conſequens, ut ipſi videbatur, pro Hebræo expreſſit.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præfix. וַיֵּאָבֵק, Gen. 32. v. 25. Lxx. *καὶ ἐπάλαιεν*, Vulg. & *luctabatur*. Aq. Sym. *καὶ ἐκυλίετο* & *volvebatur*, *volutabatur*. Alius, *καὶ ἐκονίζετο* & *volvebatur in pulvere*.

אָבָק m. Lxx. *κονιορτός*, Theod. *χοῦς*, Vulg. & alii, *pulvis*, proprie tenuiſſimus, qui à luctatoribus excitatur. Conſt. אֲבַק *pulvis*. Cum præfix. כָּאָבָק & בְּאָבָק, *ſicut pulvis*, לְאָבָק *in pulverem*. Cum affix. אֲבָקָם *pulvis eorum*. R. אָבַק in Niphal *luctari*; & conſequenter *pulverem excitare*.

אֲבָקָה f. unde conſt. אַבְקַת, Lxx. *κονιορτός*, Vulg. & alii, *pulvis*. R. אָבַק, vide vocem præcedentem.

אָבַר QAL, unde HIPHIL הֶאֱבִיר, ex quo 3. p. ſ. m. Futuri יַאֲבֶר־, Job. 39. v. 26. cum (‧) in fine pro (-) ob ſequens Maqqáph, vide Gram. Hebraïc. tom. 1. p. 161. fin. tom. 2. p. 320. §. I. Lxx. *ἕστηκε ſtat*, Vulg. *plumeſcit*, alii, *volat*, nempe volatu forti ac robuſto, ſecundum eos, qui verbum iſtud ex אַבִּיר, quod vide ſupra col. 12. derivant.

אֵבֶר m. Lxx. Sym. *πτέρυξ*, Vulg. & alii, *penna*, *ala*. Lxx. item, Ezech. 17. v. 3. *ἔκτασις extenſio*, alarum videlicet, aut membrorum. Aq. ibid. *μετάφρενον tergum*, dorſi pars, cui renes adjacent. Cum præfix. הָאֵבֶר *penna*, *ala*. R. אָבַר in hiph. *volavit*.

אֶבְרָה f. Lxx. *μετάφρενον dorſum*, vide vocem præcedentem. Sym. *μέλος membrum*, Vulg. Deut. 32. v. 11. *humerus*. Alibi, *penna*, *ala*. Sic etiam ubique alii. Cum affix. אֶבְרָתוֹ *ala ejus*, m. Cum præfix. & affix. בְּאֶבְרָתוֹ *cum*, vel *in ala ejus*, m. Plur. cum præfix. & affix. וְאֶבְרוֹתֶיהָ & *pennæ ejus*, f. R. אָבַר in hiph. *volavit*.

אַבְרָהָם Maſſ. *Avrahám*, Vulg. *Abrahám*, nomen proprium filii Thare, Gen. 17. v. 5. Etym. *pater multitudinis*; ex אָב *pater*, & הָמוֹן *multitudo*.

אַבְרָם Maſſ. *Avrám*, Vulg. *Abrám*, nomen proprium & prius Abrahami,

Gen. 11. v. 31. Etym. *pater excelſus ;* ex אָב *pater* , & רָם *excelſus.*

אַבְשַׁי Maſſ. *Avſchái* , Vulg. *Abiſái* , vide ſupra col. 13. אֲבִישַׁי.

אַבְשָׁלוֹם Maſſ. *Avſchalóm* , Vulg. *Abſalóm* , nom. proprium filii Davidis ex Maacha , 2. Reg. 3. v. 3. 1. Paral. 3. v. 2. Etym. *pater pacis* , aut *retributionis ;* ex אָב *pater* , & שָׁלוֹם *pax* , aut שִׁלֵּם in Piél , *retribuit.*

אֹבֹת Maſſ. *Ovóth* , Vulg. *Obóth* , nomen proprium loci , in quo caſtra metati ſunt Iſraelitæ, eſtque 36ª. eorum manſio, Num. 21. v. 10. c. 33. v. 44. Etym. *Pythones* , vel *utres* , aut *patres ;* ex אוֹב vel אֹב *Pytho, uter;* aut אָב *pater* , & in plur. אָבוֹת *patres.*

אָגֵא Maſſ. *Aghé* , Vulg. *Agé* , nomen proprium patris *Samma* , 2. Reg. 23. v. 11. Etym. *vallis* , *profunditas ;* ex גֵּיא conſt. *vallis* , *profunditas.*

אֲגַג Maſſ. *Aghágh* , Vulg. *Agág* , nomen proprium regis Amalec , 1. Reg. 15. v. 9. Etym. *tectum* , vel *ſolarium ;* ex גַּג *tectum* , *ſolarium.*

אֲגָגִי , unde cum præfix. הָאֲגָגִי Maſſ. *Háaghaghí* , Vulg. de *ſtirpe Agág* , nomen commune poſteris Agag , Eſth. 3. v. 1. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

אֲגֻדָּה f. unde conſt. אֲגֻדַּת , Lxx. Aq. Sym. Theod. δεσμὴ , Vulg. & alii , *faſciculus.* Lxx. item , ἐπαγγελία *annuntiatio* , συνάντησις *occurſus* , *concurſus ;* referebant ad נֶגֶד *coram* , & הִגִּיד *nuntiavit* , *annuntiavit.* στραγγαλιὰ *nodus tortuoſus* , Sym. item , συστροφὴ *cuneus* , *agmen* , ſic etiam Vulg. 2. Reg. 2. v. 25. Alius , συναγωγὴ *cœtus* , *ſynagoga.* Cum præfix. לַאֲגֻדָּה *agmini.* Cum præfix. & affix. וַאֲגֻדָּתוֹ *& agmen ejus* , m. Plur. אֲגֻדּוֹת *faſciculi* , *faſces.* R. אָגַד Rabbinis , *collegit* , *ligavit.*

אֱגוֹז m. Cant. 6. v. 10. al. 11. Lxx. κάρυα , Vulg. & alii , *nuces.* R. אָגַז inuſit. Quidam *putationem* , *exciſionem* , *collucationem* , interpretantur , à גָּזַז *reſecuit* , *putavit* , *totondit* , *collucavit.*

אָגוּר Maſſ. *Aghóur* , Prov. 30. v. 1. Nomen proprium , aut potius ænigmaticum , Salomonis , qui ſic vocatur , quod multas ſententias collegerit , ab אָגַר *collegit* , *congregavit.* Idem dicitur קֹהֶלֶת , eadem de cauſa. Vulg. appellative reddidit : *Verba congregantis* , &c.

אֲגוֹרָה f. unde conſt. cum præfix. לַאֲגוֹרַת , 1. Reg. 2. v. 36. Complut. ἐν ὀβολῷ , *in* , vel *cum obolo ;* non recte omnino ; nam אֲגוֹרָה , idem eſt ac גֵּרָה , quæ erat pars 20ª. ſicli, Exod. 30. v. 13. Levit. 27. v. 25. Ezech. 45. v. 12. proindeque drachmæ Atticæ pars quinta ; ſiclus enim ex 4. drachmis Atticis conſtabat. Obolus autem ſextam, non quintam partem drachmæ Atticæ conſtituebat. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 514. c. 1. ubi nummi hujus pretium ex moneta noſtra æſtimatur. Vulg. *nummum* in genere interpretatur. Aquila συλλογὴν *collectionem* tranſtulit , ab אָגַר *collegit.* Sym. ἵνα μισθαρνήσῃ *ut quæſtum faciat argentei* , h. e. ut colligat , accipiat argenteum ; ab eadem radice. Melius autem אֲגוֹרָה & גֵּרָה deducuntur ex גָּרַר *ſecuit* , *diſſecuit ;* quod ſint ſegmentum ſicli , cujus partem vigeſimam , ut diximus , conſtituebant.

אֶגֶל , aut potius אֵגֶל , m. unde plur. conſt. אֶגְלֵי , Job. 38. v. 28. Lxx. & mſ. Alex. βῶλοι *glebæ* , Vulg. Chald. Syr. Arabs , & communiter Hebræi cum aliis , *ſtillæ* , *guttæ.* R. אָגַל inuſit. Quidam radicem ſtatuunt גָּלַל *volvit* , *convolvit ;* quod guttæ roris , de quibus hîc agitur , rotundæ ſint, & quaſi in orbem convolutæ.

אֶגְלַיִם Maſſ. *Egláiim* , Vulg. *Gallím* , nomen proprium civitatis Moabitarum in Tribu Ruben , Iſai. 15. v. 8. Etym. *guttæ* , ab אֵגֶל , vide vocem præcedentem.

אֲגַם m. Lxx. ἕλος , λίμνη , Vulg. & alii , *ſtagnum* , *palus* , σύστημα *congregatio* , aquarum videlicet. Conſt. אֲגַם *ſtagnum.* Cum præfix. לַאֲגַם , & in regim. לַאֲגַם *in ſtagnum.* Plur. abſol. cum præfix. הָאֲגַמִּים *ſtagna* , וַאֲגַמִּים *& ſtagna ;* mutato (-) in (-) & daghéſch per legem æquivalentiæ , vide Gram. Heb. tom. 1. p. 59. c. 1. Conſt. cum præfix. וְאַגְמֵי *& ſtagna.* Cum affix. אַגְמֵיהֶם *ſtagna eorum.* R. אָגַם inuſit.

אַגְמוֹן m. Job. 40. v. 21. & Iſai. 58. v. 5. Lxx. κρίκος , Vulg. *circulus* , alii ibidem , *juncus* , *hamus* , aut *reſtis* ex junco facta. Job. 41.

v. 11. Lxx. ἄνθραξ *carbo*, Vulg. *fervens* (olla), alii, *cacabus* aut *ahenum fervens*. Isai 9. v. 14. Lxx. μικρὸς *parvus*, Vulg. *refrenans*. Ibid. c. 19. v. 15. Lxx. Sym. τέλος *finis*. Aq. σπίλων *perversus*, Vulg. *refrenans*, ut supra. Theod. vocem Hebraïcam ἀγμὸν *retinuit*. Cum præfix. וְאַגְמוֹן *& carbo*, &c. כְּאַגְמֹן *sicut juncus*, &c. R. אָגַם inusit.

אַגָּן f. Lxx. κρατὴρ, Vulg. & alii, *crater*, *phiala*. Aq. Exod. 24. v. 6. σκύφωμα *patera*. Plur. cum præfix. הָאַגָּנוֹת *crateres*, בָּאַגָּנוֹת *in crateribus*, mutato (·) in (-) & dagh. per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 59. c. 1.

אֲגַפִּים m. plur. Lxx. ἀντιλαμβανόμενοι *auxiliatores*, οἱ μετ᾽, οἱ περὶ, *socii*. Lxx. item & Theod. παράταξις *acies*. Alius ὑποστηρίγματα *fulcra*, *sustentacula*. Vulg. & alii, *alæ* (exercitus), *agmina*. Hinc cum affix. אֲגַפָּיו *agmina ejus*, m. אֲגַפֶּיהָ *agmina ejus*, f. אֲגַפֶּיךָ *agmina tua*, m. R. אָגַף inusit.

אָגַר QAL. Sym. συνάγω, Vulg. & alii, *congrego*, *comporto*. Lxx. ἀγαπάζομαι *fervor*, εὐφραίνομαι *exhilaror*, πολυποιέομαι *multum*, *copiosum facio*.

Praet. 3. p. s. f. אָגְרָה *congregat*.

Ben. s. m. אֹגֵר *congregans*.

Paoul s. m. אָגוּר, Prov. 30. v. 1. quod Vulg. transtulit *congregans*, vide supra col. 19. suo loco.

Fut. 2. p. s. m. תֶּאֱגֹר *congregabis*.

אִגְּרָא f. Chald. Lxx. ἐπιστολὴ, Vulg. & alii, *epistola*. R. אָגַר, vel Chald. אֲגַר *congregavit*, *comportavit*; unde *epistola*, quod multæ & diversæ res in ea scribenda congregentur, aut in eam comportentur.

אֶגְרוֹף, & defective אֶגְרֹף, m. Lxx. πυγμὴ, Vulg. & alii, *pugnus*. Hinc cum præfix. בְּאֶגְרֹף, Isai. 58. v. 4. & בְּאֶגְרֹף, Exod. 21. v. 18. *cum pugno*. R. גָּרַף *volvit*, *convolvit*; unde *pugnus*, q. d. manus convoluta.

אֲגַרְטָל m. unde plur. const. אֲגַרְטְלֵי, Esd. 1. v. 9. Lxx. ψυκτῆρες *pelves*, *pollubra*; sic etiam alii, Vulg. *phialæ*. Componitur ex אָגַר *congregavit*, & טַל *ros*, quasi vas in quo ros congregatur seu colligitur. Aliis vox est peregrina & Persica.

אֶגְרֹף, vide supra אֶגְרוֹף.

אִגֶּרֶת f. Lxx. ἐπιστολὴ, Vulg. & alii, *epistola*. Cum præfix. הָאִגֶּרֶת *epistola*, וְאִגֶּרֶת *& epistola*. Plur. אִגְּרוֹת *epistolæ*, anomalωs pro אִגְּרוֹת; vel plurale istud est à sing. inusit. אִגְּרָה; vel status constructus ponitur loco absoluti, quod non raro accidit, vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 122. med. Cum præfix. בְּאִגְּרוֹת *cum epistolis*. Cum affix. אִגְּרוֹתֵיהֶם *epistolæ eorum*. R. אָגַר *congregavit*, vide supra אִגְּרָא.

אִגַּרְתָּא f. Chald. emphat. à simplici אִגֶּרֶת, Lxx. ἐπιστολὴ, Vulg. & alii, *epistola*.

אֵד m. sine (י) pro אֵיד, Lxx. πηγὴ, Vulg. *fons*, νεφέλη *nubes*. Alii, *vapor*. Aq. ἐπιβλυσμὸς, vel ἐπιβλυγμὸς, vel ἐπιφλυγμὸς, *scatebra*, *scaturigo*. Hinc cum præfix. וְאֵד, *& vapor*. Cum præfix. & affix. לְאֵדוֹ *ad vaporem ejus*, m. R. אוּד vel אִיד inusit.

אָדַב QAL, unde HIPHIL הֶאֱדִיב, ex quo Infin. cum ו præfix. & ל gerundii, וְלַאֲדִיב, 1. Reg. 2. v. 33. sublato ה charact. pro וּלְהַאֲדִיב, Lxx. καὶ καταῤῥεῖν *& defluat*, Vulg. *& tabescat* (anima tua). Alii, *& ad cruciandum* (animam tuam); à דָּאַב in Qal *mœstus fuit*, in Hiph. *mærore affecit*, *cruciavit*, transpositis literis א & ד. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 185. c. 2. 413. c. 1. & infra דָּאַב.

אַדְבְּאֵל Mass. *Adhbeël*, Vulg. *Adbéel*, nom. proprium filii Ismaëlis, Gen. 25. v. 13. 1. Paral. 1. v. 29. Etym. *vapor cum Deo*, vel *apud Deum*; ex אֵיד vel אֵד *vapor*, בְּ *in*, *apud*, & אֵל *Deus*. Vel *contristari faciens Deus* aut *Deum*; ex אָדַב, de quo supra, & אֵל *Deus*.

אֲדַד Mass. *Adhádh*, Vulg. *Adád*, nom. proprium viri Idumæi, 3. Reg. 11. v. 17. Etym. *interitus*, aut *nubes*, aut *fons*, aut *vapor*; ex אֵיד, vel אֵד, quæ vox ea omnia significat. Hoc nomen ibid. vv. 14. & v. 19. scribitur cum ה ab initio, sic: הֲדַד.

אִדּוֹ Mass. *Iddô*, Vulg. *Eddô*, nomen proprium viri, qui primus erat in Caspia, Esd. 8. v. 17. Etym. *interitus ejus*; ex אֵד *vapor*, *interitus*, & affix. 3. p. s. m.

אֱדוֹם, vide אֱדֹם, infra.

אֱדוֹם Mass. *Edhôm*, Vulg. *Edôm*, nomen

proprium (seu potius cognomen) 1°. Esavi, Gen. 25. v. 30. c. 36. v. 1. 2°. regionis, quæ ab eodem Idumæa vocatur, 3. Reg. 11. v. 14. Isai. 34. v. 6. Etym. *rufus*, sive *terrenus*, aut *sanguineus*; ab אָדַם *rubuit*, aut אֲדָמָה *terra*, aut דָּם *sanguis*.

אָדוֹן, & defective אָדֹן, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. κύριος, Lxx. item, Aq. Sym. δεσπότης, Vulg. & alii, *Dominus*. Cum de Deo, tum de hominibus dicitur. Lxx. item, θεὸς *Deus*, ἄρχων *imperator*, *princeps*, ἡγούμενος *dux*. Aq. item, κυριεύων *dominans*. Cum præfix. הָאָדוֹן *Dominus*, לְאָדוֹן *Domino*, וּלְאָדוֹן *& Domino*. Const. אֲדוֹן *Dominus*. Cum præfix. לַאֲדוֹן *Domino*. Cum affix. אֲדֹנִי *Dominus meus*, c. אֲדֹנֵנוּ *Dominus noster*, c. Cum præfix. & affix. וַאדֹנִי, contracte pro וַאֲדֹנִי, *& Dominus meus*, c. כַּאדֹנִי *in Dominum meum*, לַאדֹנִי *Domino meo*, (pro contractione punctorum in tribus ultimis vocabulis, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 2. 380. c. 1. 384. c. 1.) מֵאֲדֹנִי *à Domino meo*. Plur. אֲדֹנִים, & ex forma nominum Syrorum pluralium masc. constructorum אֲדֹנֵי, & cum sermo est de Deo, aut angelis ejus ministris, אֲדֹנָי *Domini*, vel *Dominus*; hoc enim nomen quanvis plurale, sæpissime sensu singulari accipitur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 477. can. III. Cum præfix. הָאֲדֹנִים *Dominus*. Const. אֲדֹנֵי *Dominus*. Cum præfix. וַאדֹנָי *& Dominus*, לַאדֹנָי *Domino*. Cum affix. אֲדֹנָיו *Dominus ejus*, m. Cum præf. & aff. כַּאדֹנָיו, contracte pro כַּאֲדֹנָיו, *sicut Dominus ejus*, m. Sic לַאדֹנָיו *Domino ejus*, m. מֵאֲדֹנָיו *à Domino suo*, m. אֲדֹנֶיהָ *Dominus ejus*, f. לַאדֹנֶיהָ *Domino ejus*, f. אֲדֹנֶיךָ *Dominus tuus*, m. לַאדֹנֶיךָ, contracte pro לַאֲדֹנֶיךָ, *Domino tuo*, m. אֲדֹנַיִךְ *Dominus tuus*, f. אֲדֹנֵי, & in pausa אֲדֹנָי, *Dominus meus*, c. אֲדֹנֵיהֶם *Dominus eorum*, לַאדֹנֵיהֶם *Domino eorum*, אֲדֹנֵיכֶם *Dominus vester*, m. אֲדֹנֵינוּ *Dominus noster*, c. וַאדֹנֵינוּ *& Dominus noster*, c. לַאדֹנֵינוּ *Domino nostro*, c. R. אָדַן inusit. unde אֶדֶן *basis*, & אָדוֹן *Dominus*, quod domus sive familiæ, Reipublicæ, &c. basis ac fundamentum sit Dominus.

אַדּוֹן Mass. & Vulg. *Addón*, nom. proprium loci in Chaldæa, Nehem. 7. v. 61. Etym. *Dominus*, ex אָדוֹן. Aut *basis*, ex אֶדֶן. Aut Chaldaice *auris*, ex אֻדְנָא, idem quod Heb. אֹזֶן.

אֲדוֹרַיִם Mass. *Adhoráiim*, Vulg. *Adurám*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda à Roboamo ædificatæ, aut instauratæ ac munitæ, 2. Paral. 11. v. 9. Etym. *magnificentia maris*; ex אֶדֶר *magnificentia*, & יָם *mare*. Vel *interitus*, aut *vapor elevatus*; ex איד vel אֵד *interitus*, *vapor*, & רָם *excelsus*, *elevatus*.

אוֹדוֹת, vel אֹדֹת, f. pl. *causæ*. Semper construitur cum præpositione עַל *super*, excepto loco unico, nempe 2. Reg. 13. v. 16. ubi est אֶל pro עַל; idque vel sphalmate graphico; vel quia א hîc ponitur pro ע. Itaque עַל־אוֹדוֹת, vel עַל־אֹדֹת, est *super causis*, id est, *propter*. Hinc Lxx. ὅτι *quod*, *propterea quod*, διὰ, ἕνεκα, *propter*, περὶ *de*, &c. Cum affix. עַל־אוֹדֹתַי וְעַל־אוֹדֹתֶךָ *propter me*, c. *& propter te*, m. Jos. 14. v. 6. R. אוּד inusit.

אֱדַיִן Chald. Theod. τότε, Vulg. & alii, *tunc*. Cum præfixis, וֶאֱדַיִן *& tunc*, בֵּאדַיִן, contracte pro בֶּאֱדַיִן, Lxx. Theod. τότε, Vulg. & alii, *tunc*, ad verbum, *in tunc*; verum apud Chaldæos, ut apud Hebræos, sæpe præpositiones, maxime ב, junguntur pleonastice cum adverbiis, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 593. c. 2. &c. R. אָדַן inusit. Alii deducunt ex Heb. אָז vel אֲזַי, *tunc*, mutato ז in ד, quod sæpissime accidit in dialecto Chaldaica.

אַדִּיר m. Lxx. Theod. θαυμαστὸς *mirabilis*. Lxx. item & alius, μέγας *magnus*. Lxx. item, ὑψηλὸς *excelsus*. Aq. Sym. ὑπερμεγέθης *prægrandis*, *maximus*. Sym. item, κραταιὸς *fortis*. Alii item, *magnificus*, *magnifice illustris*. Cum præfix. בְּאַדִּיר *per magnificum*. Cum affix. אַדִּירוֹ *magnificus ejus*, m. Plur. absol. אַדִּירִים, Lxx. ἰσχυροὶ *fortes*, δυνάσται *potentes*, μεγιστᾶνες *magnates*, κραταιοὶ *fortes*, στερεώτεροι *firmiores*, κριοὶ *arietes*, &c. Iidem Jud. 5. v. 25. ὑπερέχοντες *præstantes*. Alius ibid. ὑπερεχέοντες *supereffluentes*. Aq. Jud. 5. v. 13. σωζόμενοι *salvati*. Cum præfixis, הָאַדִּירִים *magnifici*, לָאַדִּירִים *magnificis*. Const.

אַדִּירֵי *magnifici.* Cum præfix. וְאַדִּירֵי *& magnifici*, מֵאַדִּירֵי *à magnificis.* Cum affix. אַדִּירָיו *magnifici ejus*, m. אַדִּירֶיךָ *magnifici tui*, m. אַדִּירֵיהֶם *magnifici eorum.* Cum præfix. & affix. וְאַדִּירֵיהֶם *& magnifici eorum.* R. אָדַר in Niph. *magnificus fuit*, &c.

אֲדַלְיָא Maff. *Adhaliá*, Vulg. *Adaliá*, nom. proprium filii Aman, filii Amadathi, Esth. 9. v. 8. Etym. *hauriens*; ex דָּלָה *hausit.* Vel *paupertas*; ex דָּלַל *attenuari*, *pauperem esse.* Vel *nubes*, aut *interitus laboris*; ex אִיד aut אֵד *vapor*, *nubes*, *interitus*, & לָאָה *laboravit.*

אדם אָדַם QAL, unde 3. p. pl. c. PRAET. אָדְמוּ, Thren. 4. v. 7. Complut. Ald. & mſ. Alex. ἐπυρώθησαν *coagulati sunt.* Sic etiam legebant Origenes, Nazianz. & alii quamplurimi; at mendum est pro ἐπυῤῥώθησαν, ut habent Lxx. Vatic. *rubuerunt.* Sym. πυῤῥότεροι, Vulg. *rubicundiores* (facti sunt).

PUAL אֻדַּם, unde PAOUL ſ. m. מְאָדָּם meoddám pro מְאֻדָּם, Nah. 2. v. 3. *rubefactus*, Vulg. *ignitus*, alii *rubricatus.* Lxx. ἐξ ἀνθρώπων *ex hominibus*, legebant מֵאָדָם. Plur. מְאָדָּמִים meoddamim, Lxx. ἠρυθροδανωμένα, Vulg. *rubricata* (pelles). Aq. Sym. Theod. Exod. 25. v. 5. πεπυρωμένα *ignita*, h. e. ignei coloris. Cum præfix. הַמְאָדָּמִים hámeoddamim *rubricati* (arietes), vel *rubricata* (pelles), Exod. 39. v. 34. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 181. c. 1. 2.

HITHPAEL התבקע, Lxx. ῥήγνυμαι, Vulg. & alii, *rumpor*, *frangor*, *fcindor*, *findor*, *diffindor*, τήκομαι *tabefco*.

Praet. 3. p. pl. c. in paufa, התבקעו *rupti funt*.

Fut. 3. p. plur. m. in paufa, יתבקעו *findentur*.

בקע, m. Gen. 24. v. 22. Exod. 38. v. 26. Lxx. δραχμὴ *drachma*, Alexandrina videlicet, quæ duas Atticas valebat; unde Aq. Exod. 38. v. 26. δίδραχμον, alius Gen. 24. v. 22. δίδραχμα *didrachma*. Vulg. Gen. 24. v. 22. interpretatur *duos ficlos*, publicos

nimirum & regios, de quibus in Gram. Heb. tom. 2. p. 506. c. 1. 2. quique unum ſiclum communem valebant. Præterea, crediđiſſe videtur Vulgatæ Verſionis auctor ſingulam inaurem pondere æqualem fuiſſe ſiclo regio; quare *duos ſiclos* tranſtulit: cum utraque unum duntaxat ſiclum regium pependerit, ſeu dimidium ſiclum communem, quod eſt τὸ בֶּקַע *pondus*, ut liquet cum ex capite 30. vv. 13. 15. Exodi collato cum cap. 38. v. 26. ejuſdem libri; tum ex Radice hujus vocis, quæ eſt בָּקַע *diviſit*, *diſſecuit*.

בִּקְעָה f. Heb. & Chald. Lxx. *πεδίον*, Vulg. *campus*, *πεδινὸς campeſtris*, *ὁδὸς λεία*, Vulg. *via plana.* Alii, *vallis*, *convallis*. Cum præf. הַבִּקְעָה *vallis*, בַּבִּקְעָה & לַבִּקְעָה, *in convalle*. Conſt. & cum præf. בִּקְעַת *convallis*, בְּבִקְעַת, *in convalle*, מִבִּקְעַת *è convalle*. Plur. abſol. בְּקָעוֹת *convalles*. Cum præfix. וּבְקָעֹת *& convalles*. R. בָּקַע *ſcidit*; unde *vallis*, *convallis*, quaſi locus à montibus diſſectus.

בָּקַק QAL. Lxx. *ἐκτινάσσω excutio*, *σφάττω jugulo*, *macto*, *trucido*, *καταφθείρω*, Vulg. & alii, *diſſipo*, *corrumpo*, &c. Alii item, *evacuo*, *prædor*, *vaſto*, *depopulor*.

Praet. 1. p. ſ. c. cum præf. וּבַקֹּתִי *& diſſipabo*. 3. p. pl. c. cum affix. & in forma perfect. בְּקָקוּם *evacuarunt*, *diſſiparunt eos*.

Ben. ſ. m. בּוֹקֵק, Oſe. 10. v. 1. Lxx. *ἄμπελος εὐκληματοῦσα*, Sym. *ὑλομανοῦσα*, Vulg. *frondoſa*. Aq. *ἔνυδρος aquoſa*, *irrigua* (vitis). Alii hic & alibi, *evacuans*. Plur. m. בֹּקְקִים *vaſtatores*.

NIPHAL נָבַק *evacuatus*, *diſſipatus eſt*, &c. Vide loca infra citata.

Praet. 3. p. ſ. f. cum præf. & (ִ) ſub ב loco (ְ) & daghéſch in litera ſeq. accelerandæ pronuntiationis gratia, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 219. c. 1. וְנָבְקָה, pro וְנָבְקָה, Iſai. 19. v. 3. Lxx. *καὶ ταραχθήσεται & turbabitur*. Aq. *καὶ παραλυθήσεται & laxabitur*, *& flacceſcet*. Sym. *καὶ ῥαγήσεται & rumpetur*. Vulg. *& diſrumpetur*. Theod. *καὶ σχισθήσεται & findetur*. Alii, *& exhaurietur*, *& evacuabitur*.

Infinit. הִבּוֹק, Iſai. 24. v. 3. Lxx. ſubſtantive, *φθορᾷ corruptio*, Vulg. *diſſipatio*. Alii, *evacuando*.

Fut. 3. p. ſ. f. תִּבּוֹק, Iſai. 24. v. 3. Lxx. *φθαρήσεται corrumpetur*. Vulg. *diſſipabitur*. Alii, *evacuabitur*.

POEL בּוֹקֵק, unde 3. p. pl. m. Futuri cum præf. וְיבוֹקְקוּ, Jerem. 51. v. 2. Lxx. *καὶ λυμανοῦνται & vaſtabunt*. Vulg. *& demolientur*. Alii, *& evacuabunt*.

בָּקָר m. Lxx. Aq. *βουκόλιον armentum boum*. Lxx. Sym. *βοῦς bos*. Lxx. *μόσχος*, Lxx. Theod. *μοσχάριον*, *vitulus*. Lxx. item, *δάμαλις juvenca*, *θήλεια femina*, *κτῆνος jumentum*, *brutum*; nam hoc nomen complectitur majora animantia, quæ gregatim paſcuntur; puta boves, tauros, vaccas, vitulos, &c. Sæpius etiam collectivum eſt; & quamvis ſingulare, multitudinem denotat; quare interdum cum adjectivo plurali conſtruitur. Cum præf. הַבָּקָר *bos*, *boves*, וּבָקָר & וְהַבָּקָר, *& bos*, *& boves*, בַּבָּקָר *in*, *ſuper armenta*, *ſuper boves*, וּבַבָּקָר *& in bobus*, כַּבָּקָר *ſicut bos*, לַבָּקָר *de bobus*, וְלַבָּקָר *& boves*. Conſt. בְּקַר *bos*. Cum præf. & aff. לִבְקָרוֹ *armento ejus*, m. וּמִבְּקָרוֹ *& de armento ejus*, m. בְּקָרְךָ, & in pauſa בְּקָרֶךָ, *armenta tua*, m. וּבְקָרְךָ, & in pauſa וּבְקָרֶךָ, *& armenta tua*, m. בִּבְקָרְךָ *in armento tuo*, m. מִבְּקָרְךָ *de armento tuo*, m. בְּקָרָם *armentum eorum*, וּבְקָרָם *& armentum eorum*, וּבִבְקָרָם *& cum armentis eorum*, בְּקַרְכֶם *armentum veſtrum*, m. וּבְקַרְכֶם *& armentum veſtrum*, m. וּבִבְקָרֵנוּ *& cum armentis noſtris*, c. Plur. abſol. בְּקָרִים *boves*. Cum præf. בִּבְקָרִים *cum bobus*, *bobus*. Cum affix. בְּקָרֵינוּ *boves noſtri*, c. R. בִּקֵּר *quæſivit*, *inquiſivit*, &c. unde *bos*, quod ſingulari diſquiſitione ſeu cura indigeat. Vel ad eam radicem pertinet ob literarum ſimilitudinem.

בָּקַר QAL, unde PIEL בִּקֵּר & Chald. בַּקַּר, Aq. *ζητέω*, Vulg. & alii, *quæro*. Lxx. *ἐκζητέω exquiro*, *perquiro*, *requiro*, *ἐπισκέπτομαι inſpicio*, proprie *mane*, *diligenter*, & *ſumma cum cura perluſtro*.

Praet. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. וּבִקַּרְתִּים *& quæram eas* (oves). 3. p. pl. m. Chald. cum præfix. וּבַקַּרוּ *& inquiſierunt*, Eſd. 4. v. 19. ubi eſt (ִ) anomalum aut mendoſum ſub ק loco (ַ). Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 589. c. 1.

INFIN. cum præf. לְבַקָּר, & Chald. לְבַקָּרָה, cum ה parag. pro א, vide Gram. Chald. p. 589. c. 2. *ad inquirendum*, וּלְבַקָּר *& ad inquirendum.*

FUT. 3. p. ſ. m. יְבַקֵּר Heb. יְבַקַּר Chald. *inquirat.* 1. p. ſ. c. אֲבַקֵּר *quæram.*

ITHPAEL Chald. אִתְבַּקַּר, unde 3. p. ſ. m. FUTURI יִתְבַּקַּר *perquiratur.*

בֹּקֶר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. τὸ πρωΐ, Lxx. Sym. ὄρθρος, Lxx. item, πρωΐα. Vulg. & alii, *mane, matutinum tempus, diluculum*; ea enim vox & adverbialiter, & ſubſtantive ſumitur. Lxx. item, πρωΐθεν *à mane*, ἡμέρα *dies*, per ſynecdochen totius pro parte; ἀπώλεια *perditio*, Iſai. 33. v. 2. per metonymiam adjuncti, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 54. c. 1. Et adjective, πρωϊνὸς, ἑωθινὸς, ὀρθρινὸς, *matutinus*. Alii item, *tempeſtive, opportune, primo quoque tempore.* Cum præf. הַבֹּקֶר *mane*, וּבֹקֶר & וְהַבֹּקֶר, *& mane*, בַּבֹּקֶר *in mane, mane*, וּבַבֹּקֶר *& in mane*, כַּבֹּקֶר *ſicut mane*, לַבֹּקֶר *ad matutinum*, וְלַבֹּקֶר *& mane*, מִבֹּקֶר & מֵהַבֹּקֶר, *à mane.* Plur. cum præf. לִבְקָרִים & לַבְּקָרִים, *ad ſingula matutina, ſingulo quoque mane*, ab inuſit. בֹּקֶר aut בְּקֶר. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 61. c. 1. R. בָּקַר *mane quæſivit.*

בַּקָּרָה f. unde conſt. & cum præfix. כְּבַקָּרַת, Ezech. 34. v. 12. *ſicut inquiſitio, ſecundum inquiſitionem.* Lxx. Verbaliter ζητεῖ *quærit.* Vulg. *viſitat.* Remanet (ָ) ſub ק ob dagheſch ei impreſſum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1. num. III. R. בקר *quæſivit, inquiſivit.*

בִּקֹּרֶת f. Levit. 19. v. 20. Lxx. ἐπισκοπὴ, alius, ἐπίσκεψις, *viſitatio*, h. e. animadverſio; viſitare enim in Scripturis ſæpe pro caſtigare ſumitur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 86. c. 1. Alii, *flagellatio*, quæ, ſecundum Aben-Eſram, fiebat loro bovino; quare nomen iſtud venit à בָּקָר, unde בָּקָר *bos.* Vulg. *vapulabunt*, ſenſum, non verbum, reddidit.

בָּקַשׁ QAL, unde PIEL בִּקֵּשׁ, Lxx. Aq. Sym. ζητέω, Vulg. & alii, *quæro.* Lxx. item, ἀναζητέω *requiro*, ἐκζητέω *exquiro*, ἐπιζητέω *inquiro*, αἰτέομαι, ἀξιόω, *peto, poſtulo*, ἐτάζω *examino*, ἐπερωτάω *interrogo*, ἐπιβλέπω *inſpicio*, &c. Sym. item, ἐξιχνεύω *inveſtigo*, περιεργάζομαι *curioſe inquiro*, ἐπιχειρέω *tento, aggredior.*

PRAET. 3. p. ſ. m. בִּקֵּשׁ & ſequente Maqqáph בִּקֶּשׁ־, *quæſivit.* Cum præf. וּבִקֵּשׁ *& requirat.* 3. p. ſ. f. בִּקְשָׁה *quæſivit.* Cum præf. & affix. וּבִקְשָׁתַם *& quæſivit eos.* 1. p. ſ. c. בִּקַּשְׁתִּי *quæſivi.* Cum aff. בִּקַּשְׁתִּיו & בִּקַּשְׁתִּיהוּ, *quæſivi eum.* 3. p. plur. c. בִּקְשׁוּ *quæſierunt.* Cum præfix. וּבִקְשׁוּ *& quæſierunt, & quærent.* Cum aff. בִּקְשֻׁהוּ *quæſierunt eum*, בִּקְשֻׁנִי *quæſierunt me*, c. quibus in locis eſt (ֻ) euphonicum pro (וּ) ſub ש. 2. p. pl. m. בִּקַּשְׁתֶּם *requiſiviſtis.* Cum præf. וּבִקַּשְׁתֶּם *& quæſiviſtis, & requiretis.*

BEN. ſ. m. מְבַקֵּשׁ *quærens.* Cum præfix. וּמְבַקֵּשׁ *& quærens.* Plur. m. abſol. מְבַקְשִׁים *quærentes*, ſine dagh. in ק ob (ְ) ei ſuppoſitum, quod in hoc Verbo fere perpetuum eſt. Sic cum præf. הַמְבַקְשִׁים *quærentes*, וְהַמְבַקְשִׁים *& quærentes*, ubi inſuper dagheſch exſulat à מ ob eandem rationem, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 29. c. 1. 69. c. 2. Plur. m. conſt. מְבַקְשֵׁי *quærentes.* Cum præf. וּמְבַקְשֵׁי *& quærentes*, בִּמְבַקְשֵׁי *in quærentes*, ſine dagheſch leni in ב poſt (ִ) quieſcens, à quo vox incipit, vide Gram. ibid. p. 31. c. 2. Cum affix. מְבַקְשָׁיו *quærentes eum*, מְבַקְשֶׁיהָ *quærentes eam.*

INFIN. cum præf. לְבַקֵּשׁ *ad quærendum.* Cum præf. וּלְבַקֵּשׁ *& ad quærendum.* Cum præf. & affix. לְבַקְשׁוֹ *ad quærendum eum*, לְבַקֶּשְׁךָ *ad quærendum te*, m. לְבַקְשֵׁנִי *ad quærendum me*, c.

IMPER. 2. p. ſ. m. בַּקֵּשׁ *quære.* Cum præf. וּבַקֵּשׁ *& quære.* 2. p. plur. m. בַּקְשׁוּ *quærite.* Cum præf. וּבַקְשׁוּ *& quærite.* Cum affix. בַּקְשׁוּנִי *quærite me*, c.

FUT. 3. p. ſ. m. יְבַקֵּשׁ, & ſequente Maqqáph יְבַקֶּשׁ־, *quæret.* Cum præf. וַיְבַקֵּשׁ *& quæſivit.* Cum præf. & aff. וַיְבַקְשֵׁהוּ *& quæſivit eum.* 3. p. ſ. f. תְּבַקֵּשׁ *quæret.* 2. p. ſ. m. תְּבַקֵּשׁ *quæres.* Cum aff. תְּבַקְשֶׁנּוּ *quæres eum*, תְּבַקְשֶׁנָּה *quæres eam*, תְּבַקְשֵׁם *quæres eos.* 2. p. ſ. f. תְּבַקְשִׁי *quæres.* 1. p. ſ. c. אֲבַקֵּשׁ, & cum ה parag. אֲבַקְשָׁה, *quæram.* Cum præf. וָאֲבַקֵּשׁ, & cum ה parag. וָאֲבַקְשָׁה, *& quæſivi, & quærerem.* Cum affix. אֲבַקְשֶׁנּוּ *quæram eum.*

Cum præf. & aff. וָאֲבַקְשֵׁהוּ *& quæsivi eum.* 3. p. pl. m. יְבַקְשׁוּ *quærent.* Cum præf. וִיבַקְשׁוּ *& quærant,* וַיְבַקְשׁוּ *& quæsierunt.* Cum præf. & aff. וַיְבַקְשֻׁהוּ, cum (ֻ) pro (וּ), *& quæsierunt eum.* 2. p. pl. m. תְּבַקְשׁוּ *quæretis, quæratis.* Cum ן parag. & in pausa, תְּבַקֵּשׁוּן *quæretis.* 1. p. pl. c. נְבַקֵּשׁ *quæremus.* Cum præt. & ה paragog. וַנְּבַקְשָׁה *& quæsivimus.* Cum præt. & affix. וּנְבַקְשֶׁנּוּ *& quæremus eum.*

PUAL בֻּקַּשׁ, Lxx. ζητέομαι, Vulg. & alii, *quæror.*

FUT. 3. p. f. m. יְבֻקַּשׁ, Jerem. 50. v. 20. Lxx. ζητήσουσι active, *quærent*, sensum, non verbum, aut potius vocem Verbi, expresserunt. Alii, *quæretur.* Cum præf. וַיְבֻקַּשׁ *& quæsita est* (res). 2. p. f. f. וּתְבֻקְשִׁי *& quæreris*, Ezech. 26. v. 21. ubi est (ֻ) sub ת loco (ִ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. 182. c. 1. init.

בַּקָּשָׁה f. Lxx. ἀξίωμα, Vulg. & alii, *petitio, postulatio.* Hinc cum præf. & affix. בַּקָּשָׁתוֹ *petitio ejus*, m. בַּקָּשָׁתְךָ *petitio tua*, f. בַּקָּשָׁתִי *petitio mea*, c. וּבַקָּשָׁתִי *& petitio mea*, c. בְּבַקָּשָׁתִי *pro petitione mea*, c. servato ubique (ַ) penultimæ ob daghésch לְמַד ק literæ ejus impressum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1.

בָּר, & in pausa בָּר, m. Lxx. Theod. σῖτος, Vulg. & alii, *frumentum.* Lxx. item, γέννημα *germen, fructus*, θησαυρὸς *thesaurus* (h. e. horreum, in quo frumentum reconditur), πρᾶσις *auctio, venditio* Aq. Psal. 64. Heb. 65. v. 14. ἐκλεκτόν *electum.* Sym. ibid. τροφὴ *cibus, esca.* Idem Sym. ἀγρότης, Job. 39. v. 4. al. 7. *agrestis*, ex usu Chaldaïco. Cum præfix. & in pausa הַבָּר *frumentum*, בַּבָּר *frumento.* Rad. בָּרַר *elegit, purgavit*; unde *frumentum*, quod ab aliis seminibus heterogeneis sit purum.

בַּר m. Lxx. ἄμεμπτος *inculpatus, irreprehensibilis*, ἐκλεκτός, Vulg. *electus*, εὐθὺς, Vulg. *rectus*, καθαρὸς, Vulg. & alii, *mundus, purus*, τηλαυγὴς *eminus lucens.* Hinc cum præf. וּבַר *& purus.* Fem. בָּרָה *pura, munda*, cum (ָ) loco (ַ) sub ב, ad compensandum dagh. ejectum. Sic pl. const. cum præf. לְבָרֵי *puris, mundis.* R. בָּרַר *purus, mundus fuit.*

בַּר m. Chald. Lxx. Theod. τέκνον, υἱὸς, Vulg. & alii, *filius.* Lxx. item, Psal. 2. v. 12. παιδεία *disciplina.* Aq. ibid. ἐκλεκτῶς *electe.* Sym. ibid. καθαρῶς, S. Hieron. *pure.* Alius ibid. ἐπιστήμη *scientia.* Porro hoc in loco, *osculamini filium*, idem est atque *adorate filium, subditi estote filio*, ex usu Orientalium, qui adorationem, sive subjectionem, osculo exprimebant. Vide 1. Reg. 10. v. 1. 3. Reg. 19. v. 18. Job. 31. v. 27. Cum præf. כְּבַר *sicut filius*, לְבַר *filio.* Cum affix. בְּרֵהּ *filius ejus*, m. בְּרִי *filius meus*, c. Qui hanc vocem *electe* & *pure* interpretantur, eam revocant ad בָּרַר *purus fuit, elegit.* R. בְּרַר inusit. in hoc sensu.

בֹּר m. Lxx. καθαριότης, Sym. καθαρότης, Vulg. & alii, *puritas, mundities, innocentia.* Alii item, *lixivium, sapo, smegma*, & res quælibet mundans & abluens. Hinc cum præfix. בְּבֹר *in puritate*, כְּבֹר & כְּבֹר, *secundum puritatem, quasi purificatio.* Cum præf. & affix. כְּבֹרִי *secundum puritatem meam*, c. R. בָּרַר *mundus, purus fuit.*

בֹּר *fovea*, vide בּוֹר, supra col. 204.

בָּרָא QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. κτίζω, Vulg. & alii, *creo.* Lxx. item, ποιέω *facio*, πλάσσω *fingo, formo*, ἐξαπτίλω *dispono*, ἑτοιμάζω *paro*, κατασκευάζω *apparo*, δείκνυμι, καταδείκνυμι, *ostendo*, ἄρχομαι *incipio*, &c.

PRAET. 3. p. s. m. בָּרָא *creavit.* Cum præf. וּבָרָא *& creavit.* Cum aff. בְּרָאָהּ *creavit eam*, בְּרָאָם *creavit eos*, בְּרָאָנוּ *creavit nos*, c. 2. p. s. m. בָּרָאתָ *creasti.* Cum affix. בְּרָאתָם *creasti ea.* 1. p. s. c. בָּרָאתִי *creavi.* Cum affix. בְּרָאתִיו *creavi eum.*

BEN. s. m. בּוֹרֵא & בֹּרֵא, Lxx. ποιήσας *faciens, qui fecit*, κτίζων, κτίσας, *creans, qui creavit.* Sym. κτιστὴς *creator.* Cum præf. וּבוֹרֵא *& creans.* Cum affix. בֹּרַאֲךָ *creans te*, m. Isai. 43. v. 1. ubi est (ַ) sub ר ob (ֲ) sequens sub א, pro בֹּרַאֲךָ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 347. c. 1. Plur. m. cum aff. בּוֹרְאֶיךָ *creatores tui*, vel potius *creator tuus*, m. refertur enim ad Deum, qui sæpius effertur numero plurali ob ejus dignitatem & excellentiam. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 477. can. III.

INFIN. בְּרֹא *creare.*

IMPER. 2. p. f. m. בְּרָא *crea.*

FUT. 3. p. f. m. יִבְרָא *creaverit.* Cum præf. וַיִּבְרָא *& creavit.*

NIPHAL נִבְרָא, Lxx. *κτίζομαι*, Vulg. & alii, *creor*, *γεννάομαι gignor*, *nascor*, *γενόμαι*, vel *γίνομαι*, *sum*, *fio.*

PRAET. 2. p. f. f. נִבְרֵאת *creata es.* 3. p. pl. c. נִבְרָאוּ *creata sunt.* Cum præf. וְנִבְרָאוּ *& creata sunt.*

BEN. f. m. נִבְרָא *creatus.*

INFIN. cum præf. & aff. הִבָּרַאֲךָ, Ezech. 28. v. 13. cum (-) sub ר ob (-) sequens sub א, pro הִבָּרְאֲךָ; & in pausa הִבָּרַאֲךְ, ibid. v. 15. trajectis punctis, ut fit in hoc affixo cum particulis & in pausa conjuncto, pro הִבָּרְאֵךְ *creari te*, *creatio tua*, m. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 81. c. 1. 356. c. 1. הִבָּרְאָם *creari eos*, *creatio eorum*, בְּהִבָּרְאָם *in creari eos*, *in creatione eorum*; sæpe enim infinitivus pro substantivo ponitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 541. c. 1. num. V.

FUT. 3. p. pl. m. cum ן parag. & in pausa, יִבָּרֵאוּן *creabuntur.*

PIEL בֵּרֵא, Lxx. *ἐκκαθαρίζω expurgo*, Jos. 17. vv. 15. 18. ubi Vulg. & alii, *succido*, per antiphrasin, quam vide in Gram. Heb. tom. 2. p. 62. c. 2. Aq. Sym. *κεντέω*, *pungo*, Lxx. *καταкεντέω*, *compungo*, *confodio.* Lxx. item, *ἑτοιμάζω paro.* Alii item, *eligo*, à בָּרַר, aut בָּרָה, de quibus infra.

PRAET. 2. p. f. m. cum præfix. וּבֵרֵאתָ *& succides.* Cum præf. & aff. וּבֵרֵאתוֹ *& succides eam* (sylvam).

INFIN. cum præf. וּבָרֵא *& succidendo.*

IMPER. 2. p. f. m. בָּרֵא, Ezech. 21. v. 19. al. 24. Lxx. *ἑτοίμασον para.* Vulg. *pone.* Alii, *elige.*

HIPHIL הִבְרִיא, hinc INFIN. cum præf. & aff. לְהַבְרִיאֲכֶם, 1. Reg. 2. v. 29. Lxx. *ἀπολογεῖσθαι*, al. *ἐνευλογεῖσθαι*, *benedicere*, *ad benedicendum* (vobis); legisse videntur לְהַבְרִיכְכֶם à בָּרַךְ *benedixit.* Vulg. *ut comederetis* (à בָּרָה *comedit*). Alii, *ut saginaretis vos*, m. à nomine derivato בָּרִיא *pinguis.* Hinc alius, qui videtur esse Aquila, vertit: *τοῦ πιαίνεσθαι ὑμᾶς*, *ad impinguandum vos.*

בָּרָא m. Chald. Theod. *ἀγρὸς*, Vulg. & alii, *ager*, proprie incultus & sylvestris; *ἄγριος agrestis.* Sunt qui constituant radicem בַּר Chald. *foris*, *extra.*

בְּרֹאדַךְ Mass. & Vulg. *Berodách*, nomen proprium regis Babyloniorum, 4. Reg. 20. v. 12. qui dicitur Merodách, Isai. 39. v. 1. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 433. c. 2. fin. Etym. *creans contritionem*; ex בָּרָא *creavit*, & דָּכָה *contrivit.* Vel *electio*, aut *frumentum interitus*, aut *vaporis tui*, f. ex בָּרָה *elegit*, aut בַּר *frumentum*, אֵיד *vapor*, *interitus*, & aff. 2. p. f. f.

בְּרָאיָה Mass. *Beraiá*, Vulg. *Baraiá*, nomen proprium filii Semei, 1. Paral. 8. v. 21. Etym. *creatura*, aut *impinguatio*, aut *electio Domini*; ex בָּרָא *creavit*, *elegit*, *impinguavit*, & יָה *Dominus.* Aut *in visione*; ex בְּ *in*, & רָאָה *vidit.*

בַּרְבֻּרִים m. pl. unde cum præf. וּבַרְבֻּרִים, 3. Reg. 4. v. 23. al. cap. 5. v. 3. Lxx. *καὶ ἐκλεκτὰ & electa*, al. *lectissima*, nempe altilia; à בָּרָה *elegit.* Vulg. *& aves*, simpliciter. Alii, *& aves sylvestres*; à בָּרָא Chald. *sylvestris.* Alii, *capones.* Thalmudici, *aves de Barbaria*, h. e. de Æthiopia, sive de Barbaria Æthiopica allatæ. Vide Bochart. de animal. sacris, part. 2. l. 1. cap. 19. col. 127.

בָּרַד QAL, unde 3. p. f. m. PRAET. cum præf. וּבָרַד, Isai. 32. v. 19. *& grandinem sparget*, *immittet* (Dominus). Ad verbum, *& grandinabit*, si fas ita loqui. Lxx. *ἡ δὲ χάλαζα*, Vulg. *grando autem*; legebant וּבָרָד, de quo mox.

PAOUL f. m. בָּרוּד, unde pl. m. cum (-) & daghésch per legem æquivalentiæ loco (ו), בְּרֻדִּים, Zach. 6. v. 3. pro בְּרוּדִים, Lxx. *καὶ ποικίλοι*, Vulg. *& varii*, h. e. maculis instar grandinis respersi. Cum præf. וּבְרֻדִּים, Gen. 31. vv. 10. 12. Lxx. *καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί*, *& cinericii sparsi.* Vulg. v. 10. *& diversorum colorum*, v. 12. *atque respersi*; וְהַבְּרֻדִּים, Zach. 6. v. 6. Lxx. *καὶ ποικίλοι*, Vulg. *& varii.*

בָּרָד m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *χάλαζα*, Vulg. & alii, *grando.* Sym. item, Job. 38. v. 22. *κρύσταλλος glacies.* Cum præf. הַבָּרָד *grando*, וּבָרָד & הַבָּרָד, *& grando*, בַּבָּרָד *grandine*, וּבַבָּרָד *& grandine*, לַבָּרָד *grandini.* R. בָּרַד *grandinem immisit.*

בָּרֶד, & in pausa בָּרֶד, Mass. *Béredh* & *Báredh*, Vulg. *Bárad* & *Béred*, nomen proprium 1°. loci in solitudine Bersabee, & Tribu Simeon, Gen. 16. v. 14. 2°. filii Suthalæ filii Ephraim, 1. Paral. 7. v. 20. Etym. *grando;* à בָּרַד *grandinem misit.* Vel *in descensu*, aut *imperio;* ex בְּ *in*, & יָרַד *descendit*, aut רָדָה *dominatus est, imperavit.*

בְּרֻדִּים, vide supra in Paoúl בָּרֹד.

בָּרָה QAL. Lxx. φάγω, sive φάγομαι, συμφάγω, Vulg. & alii, *comedo*, ἐκλέγομαι, Vulg. & alii, *eligo, seligo.*

Praet. 3. p. s. m. בָּרָה *comedit.*

Imper. 2. p. pl. m. בְּרוּ *eligite.*

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וְאֶבְרֶה *& comedam.*

HIPHIL הִבְרָה, Lxx. ψωμίζω, Vulg. & alii, *cibum do, cibo, alo,* ἀποδειπνίω *cibum do*, vel *capio;* nam verbum istud in hac conjug. & transitivum est, & intransitivum. Sym. μεταλαμβάνω, Vulg. *cibum capio.*

Infin. cum præf. לְהַבְרוֹת *ad comedere faciendum, ad cibandum;* vel, *ad comedendum, ad cibum capiendum.*

Fut. 3. p. s. f. cum præf. & aff. וְתַבְרֵנִי *ut det mihi cibum, ut cibo reficiat me,* c.

בָּרוּךְ Mass. & Vulg. *Baróuch* aut *Barúch*, nomen proprium filii Neriæ, Jerem. 32. v. 12. Etym. *benedictus*, aut *genuflexus*, à בָּרַךְ *benedixit, genuflexit.*

בְּרֹמִים m. pl. Ezech. 27. v. 24. Lxx. ἐκλεκτοὶ *electi* (thesauri). Aq. συγκείμενοι *compositi.* Vulg. *pretiosæ* (gazæ). Alii, *vestes pretiosæ.* Alii, *pretiosæ arbores*, ex quibus cistæ fiebant. R. בָּרַם inusit.

בְּרוֹשׁ m. Lxx. Aq. ἐλάτη, Vulg. & alii, *abies.* Lxx. Sym. ἄρκευθος *juniperus*, πίτυς *pinus.* Lxx. item, ἀρκεύθινος *juniperinus*, κέδρος *cedrus*, κέδρινος *cedrinus*, κυπαρίσσινος *cypressus*, πεύκη *pinus*, πεύκινος *pineus* (quæ omnes arbores fere congeneres sunt) ξύλον *lignum* in genere. Sym. Psal. 103. Heb. 104. v. 16. al. 17. βόραθον, & Isai. 55. v. 13. βραθυ, vocem Hebraïcam retinuisse videtur, mutato שׁ in ת. Aut potius legebat בְּרוֹתִים, à בְּרוֹת, quod vide infra. Cum præf. כִּבְרוֹשׁ *sicut abies.* Plur. בְּרוֹשִׁים *abietes.* Lxx. Psal. 103. Heb. 104. v. 17. hanc vocem interpretantur, ἡγεῖται αὐτῶν, *dux est eorum;* legebant בְּרֹאשָׁם (est) *in capite eorum;* ex בְּ *in*, רֹאשׁ *caput*, & affix. 3. p. pl. m. Cum præf. וְהַבְּרוֹשִׁים *& abietes.* Cum affix. בְּרֹשָׁיו *abietes ejus*, m. R. בָּרַשׁ inusit.

בָּרוּת f. unde cum præfix. לְבָרוּת, Thren. 4. v. 10. Lxx. βρῶσις, Vulg. & alii, *cibus.* R. בָּרָה *comedit.*

בָּרוּת f. unde cum præf. & affix. בְּבָרוּתִי, Psal. 68. Heb. 69. v. 22. Lxx. εἰς τὸ βρῶμά μου, Sym. εἰς τὴν βρῶσίν μου, Vulg. & alii, *in cibum meum, in escam meam, in alimentum meum.* Servatur (ּ) penult. quia nomen istud venit à בָּרָה Verbo quiesc. Lám. ה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. c. 2.

בְּרוֹת m. unde pl. בְּרוֹתִים, Cant. 1. v. 17. Lxx. κυπαρίσσινοι *cypressi.* Vulg. *cypressina* (laquearia). Aq. βοράθιναι (φατνώσεις) *borathina*, alii, *abiegna* (laquearia); idem enim esse volunt ac בְּרוֹשִׁים, de quo supra in בְּרוֹשׁ, mutato שׁ in ת. Alii revocant ad rad. inusit. בָּרַת.

בֵּרוֹתָה Mass. & Vulg. *Beróthá*, nomen proprium civitatis termini terræ sanctæ ad septentrionem in Tribu Nephthali, Ezech. 47. v. 16. al. 17. quæ videtur esse urbs eadem ac *Beroth*, 2. Reg. 8. v. 8. Opinionem hanc confirmat accentus in penultima, qui in hac syllaba positus ה paragogicum esse ostendit. Etym. *cypressus*, aut *pactum*, sive *fœdus;* à בְּרוֹת *cypressus*, aut בְּרִית *pactum*, seu *fœdus.*

בִּרְזָוִת, unde in pausa בִּרְזָיִת, Mass. *Birzáiith*, Vulg. *Barzáith*, nomen propr. filii Melchiel, 1. Paral. 7. v. 31. Etym. *filius, puritas*, vel *frumentum olivæ*, aut *anguli;* ex בַּר *filius, frumentum;* aut בֹּר *puritas*, & זַיִת *oliva*, vel זָוִית *angulus.*

בַּרְזֶל m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σίδηρος, Vulg. & alii, *ferrum*, σιδήρεος *ferreus.* Lxx. item, σιδήριον *ferramentum*, μάχαιρα *gladius*, ἐπίλεκτος *electus, eximius*, Jos. 17. v. 18. ubi hanc vocem metaphorice acceperunt. Cum præfix. הַבַּרְזֶל *ferrum*, בַּבַּרְזֶל & בְּבַרְזֶל, *ferro, in ferro*, וּבְבַרְזֶל *& in ferro*, כַּבַּרְזֶל *sicut ferrum*, לְבַרְזֶל *ferro*, וְלַבַּרְזֶל *& ferro.* R. ברזל inusit.

ברזלי Maſſ. Barzillái, Vulg. Berzellai, nom. propr. 1°. viri, qui Davidem Jordanem traduxit, 2. Reg. 17. v. 27. cap. 19. v. 31. 2°. patris Hadrielis, 2. Reg. 21. v. 8. 3°. alterius Berzellai Galaaditis, Eſd. 2. v. 61. Etym. *ferreus*, vide vocem praced. Vel *filius contemtûs*; ex בַּר *filius*, & זֹל *contemni*.

ברח QAL. Lxx. διδράσκω, φεύγω, Vulg. & alii, *fugio*. Lxx. Theod. ἀποδιδράσκω *aufugio*. Lxx. item, ἀναχωρέω *recedo*, ἀποχωρίζω *diſcedo*, διικνέομαι *pervenio*, *pertranſeo*, *percurro*, ἀποτρέχω *currendo abeo*.

Praet. 3. p. ſ. m. בָּרַח *fugit*. 3. p. pl. c. בָּרְחוּ, & in pauſa בָּרָחוּ, *fugerunt*.

Bin. ſ. m. בֹּרֵחַ *fugiens*. Fem. ex forma ח præcedente duplici (·) pro duplici (·), ob tertiam radic. ח, בֹּרַחַת *fugiens*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 2.

Infin. בְּרֹחַ *fugiendo*. Lxx. ſubſtantive, φυγὴ *fuga*. Cum præf. כִּבְרֹחַ *cum fugeret*, לִבְרֹחַ *fugere*, *ad fugiendum*, *ad tranſeundum*, *ad percurrendum*. Cum præf. & affix. בְּבָרְחוֹ bevorhhó *cum fugeret ipſe*, בְּבָרְחֲךָ bevorhhachá *cum fugeres tu*, m. בְּבָרְחִי bevorhhi *cum fugerem ego*, c.

Imper. 2. p. ſ. m. בְּרַח *fuge*. 2. p. pl. m. בִּרְחוּ *fugite*.

Fut. 3. p. ſ. m. יִבְרַח *fugiet*. Cum præf. וַיִּבְרַח *& fugit*. 3. p. ſ. f. cum præfix. וַתִּבְרַח *& fugit*. 1. p. ſ. c. אֶבְרַח *fugiam*. 3. p. pl. m. יִבְרְחוּ *fugient*. Cum præf. וַיִּבְרְחוּ *& fugerunt*. 1. p. pl. c. cum præf. & (·) ſub ר vel ob pauſam, vel ob ה parag. וַנִּבְרָחָה *& fugimus*. Vide ſimilia exempla in Gram. Heb. tom. 1. p. 169. c. 2.

HIPHIL הִבְרִיחַ, Lxx. ἀπωθέω *abjicio*, *repello*, ἐκδιώκω *expello*, ἐκζέω *ebullire facio*, *amoveo*, *expello*. Aq. Prov. 19. v. 26. ἀποδιδράσκω intranſitive, *fugio*. Sym. ibid. φυγαδεύω, Vulg. & alii, *fugo*.

Praet. 3. p. pl. c. הִבְרִיחוּ *fugaverunt*.

Fut. 3. p. ſ. m. יַבְרִיחַ *fugat*, *fugabit*. Cum aff. יַבְרִיחֶנּוּ *fugabit eum*. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. וָאַבְרִיחֵהוּ *& fugavi eum*. 3. p. pl. m. וַיַּבְרִיחוּ *& fugaverunt*.

בָּרִחַ deficiente (י), pro בָּרִיחַ, m. Lxx. Job. 26. v. 13. ἀποστάτης *apoſtata*. Sym. ibid. συγκλείων *concludens*. inſtar vectis. Vulg. *tortuoſus*. Et Iſai. 27. v. 1. Lxx. φεύγων *fugiens*. Aq. μοχλὸς, Vulg. *vectis*, h. e. robuſtus, vel oblongus inſtar vectis; vel cujus caput in latus extenſum eſt & tranſverſum ut vectis, quale eſt caput zygenæ. Vide Bochart. de animal. ſac. part. 2. col. 746. Sym. συγκλείων *concludens*, ut ſupra Job. 26. v. 13. Theod. σκολιὸς *ſqualidus*, *ſordidus*. Alii, *fugax*, *fugitivus*, *lubricus*, &c. Rad. בָּרַח *fugit*.

בַּרְחֻמִי Maſſ. Barhhumí, Vulg. Beromí, nom. proprium loci quem in Tribu Benjamin collocat Adrichomius, 2. Reg. 23. v. 31. Etym. *filius*, aut *frumentum caloris*; ex בַּר *filius*, *frumentum*, & חוּם *calor*, *æſtus*. Aut *fugiens aquam*; ex בָּרַח *fugit*, & מַיִם *aqua*.

בְּרִי m. Job. 37. v. 11. Lxx. ἐκλεκτὸν *electum*; referebant ad בָּרָה *elegit*. Sym. καρπὸς *fructus*; legebat פְּרִי. Vulg. *frumentum*; legebat בַּר, aut (י) putavit eſſe vocalem *e*, quæ ſubintelligitur ſub ר. Alii, *ſerenitas*, *claritas*, *puritas*, *cœlum purum ac ſerenum*. R. בָּרַר *purus fuit*; ſed forma eſt à בָּרָה *elegit*, *comedit*.

בֵּרִי Maſſ. & Vulg. Berí, nomen proprium filii Suphæ filii Helem, 1. Paral. 7. v. 36. al. 37. Etym. *filius meus*; vel *purus*, aut *electus meus*; vel *frumentum meum*; ex בַּר *filius*, *purus*, *electus*, *frumentum*, & affix. 1. p. ſ. c.

בָּרִיא m. Lxx. Sym. παχὺς, Aq. μυαλὸς, Vulg. & alii, *pinguis*, *craſſus*. Aq. item, στερεωμένος, Sym. item, στερεὸς, *firmus*, *ſolidus*. Lxx. item, ἐκλεκτὸς *electus*, *eximius*, ἀστεῖος *urbanus*, ἰσχυρὸς *fortis*. Et ſubſtantive, στερέωμα *firmamentum*. Cum præf. וּבָרִיא *& pinguis*. Fem. בְּרִאָה ſine (י), pro בְּרִיאָה, & ſine א, punctiſque trajectis, בְּרִיָּה *pinguis*, *opima*. Cum præf. הַבְּרִיאָה *pinguis*. Plur. m. בְּרִאִים ſine (י), pro בְּרִיאִים, *pingues*. Conſt. & cum præf. וּבְרִיאֵי *& pingues*. Pl. fem. בְּרִיאוֹת *pingues*. Cum præf. הַבְּרִיאוֹת *pingues*, הַבְּרִיאֹת & וּבְרִיאֹת, *& pingues*. R. בָּרָא *creavit*, *elegit*, & in Hiph. *impinguavit*.

בְּרִיאָה f. Num. 16. v. 30. *creatura*, *creatio*. Vulg. *nova res*, idem ſenſus. Lxx. Vatic. ἐν φάσματι *in viſione*; referebant ad בְּ *in*,

& רָאָה *vidit.* Male, ſed antique, Ald. editio, ἐν χάσματι *in hiatu*, quomodo à quibuſdam lectum obſervat Auguſtinus, pro ἐν φάσματι. R. בָּרָא *creavit.*

בִּרְיָה f. unde cum præf. הַבִּרְיָה, Lxx. βρῶμα, Vulg. & alii, *cibus.* Lxx. item & alius, κολλυρὶς *torta panis.* Alius, δεῖπνον *cœna.* R. בָּרָה *comedit.*

בְּרִיחַ Maſſ. & Vulg. *Baría*, nom. proprium filii Semiæ filii Secheniæ, 1. Paral. 3. v. 22. Etym. *fera*, *vectis*, aut *fugitivus*; ex בְּרִיחַ *fera*, *vectis*; aut בָּרַח *fugit.* Vel, *in odore*; ex בְּ *in*, & רֵיחַ *odor.*

בְּרִיחַ m. Lxx. κλεῖθρον, μόχλος, Vulg. & alii, *vectis*, *repagulum*, *peſſulus.* Cum præf. הַבְּרִיחַ *vectis*, וּבְרִיחַ & *vectis*, כִּבְרִיחַ *ſicut vectis.* Plur. בְּרִחִים ſine (י) poſt ח, pro בְּרִיחִים, & ex forma בְּרִיחַ, nempe cum (·) loco (-) ad compenſandum dagh. ejectum; quare retinetur illud (-), בְּרִחִים, Iſai. 43. v. 14. Vulg. & alii, *vectes.* Lxx. φεύγοντες *fugientes.* Cum præf. & ex priori forma, לִבְרִיחִם הַבְּרִיחִם *vectes* *vectibus.* Conſt. בְּרִיחֵי *vectes.* Cum præf. וּבְרִיחֵי & *vectes.* Cum præf. & aff. בְּרִיחָיו *vectes ejus*, m. וּבְרִיחָיו & *vectes ejus*, m. בְּרִיחֶיהָ *vectes ejus*, f. בְּרִיחַיִךְ *vectes tui*, m. R. בָּרַח *fugit*; unde *vectis*, *peſſulus*; quod, dum janua, v. g. aperitur vel clauditur, moveatur, & quaſi è loco ſuo fugiat.

בְּרִיעָה Maſſ. *Beriá*, Vulg. *Bariá*, *Beriá*, & *Brié*, nomen propr. 1°. filii Aſer, Gen. 46. v. 17. Num. 26. v. 44. 1. Paral. 7. v. 30. 2°. filii Ephraim, 1. Paral. 7. v. 23. Etym. *in ſocietate*, aut *malitia*, aut *paſtu*, aut *clamore*; ex בְּ *in*, & רָעָה *ſocius fuit*, *pavit*; aut רוּעַ *malum eſſe*; aut רִיעַ *vociferari*, *clamare.*

בְּרִיעִי Maſſ. *Berií*, Vulg. *Brieitæ*, nom. commune poſteris *Beriæ*, Num. 26. v. 44. Vide nomen præced. cum ejus etymologia.

בְּרִית f. Lxx. διαθήκη, Aq. Sym. Theod. συνθήκη, Vulg. & alii, *fœdus*, *teſtamentum*, *compactum.* Lxx. item, ἐντολὴ *præceptum*, μαρτύριον *teſtimonium.* In phraſi בַּעַל בְּרִית, Lxx. συνωμότης *conjuratus*, *fœderatus.* Cum præf. הַבְּרִית *fœdus*, וְהַבְּרִית & וּבְרִית, & *fœdus*, בִּבְרִית & בַּבְּרִית, *in fœdus*, בִּבְרִית & כַּבְּרִית, *ſicut fœdus*, לִבְרִית & לַבְּרִית, *in fœdus.* Cum præf. & affix. בְּרִיתוֹ *fœdus ejus*, m. וּבְרִיתוֹ & *fœdus ejus*, m. בִּבְרִיתוֹ *in fœdus ejus*, m. בְּרִיתְךָ, & in pauſa בְּרִיתֶךָ, *fœdus tuum*, m. וּבְרִיתְךָ & *fœdus tuum*, m. בִּבְרִיתְךָ in pauſa, *in fœdus tuum*, m. בְּרִיתִי *fœdus meum*, c. וּבְרִיתִי & *fœdus meum*, c. בִּבְרִיתִי *in fœdus meum*, c. בְּרִיתְכֶם *fœdus veſtrum*, m. Rad. בָּרָה *elegit*, *comedit*; unde *fœdus*; quia eliguntur quibuſcum initur. Vel quia in ſanciendo fœdere victimæ olim cædebantur, &, qui fœdus inter ſe faciebant, epulabantur. Alii referunt ad בָּרַת inuſit.

בְּרִית Maſſ. & Vulg. *Beríth*, nomen propr. idoli Sichimorum, Jud. 9. v. 46. Etym. *fœdus*, *pactum.* Vide vocem præced. & Vulg. ubi hæc etymologia è margine videtur in textum irrepſiſſe; ea enim deſideratur in Heb. Lxx. Chald. Syr. Arab. Imo nec ברית eo loci nomen proprium eſt Chaldæo, qui vertit: & *venerunt ad fanum Bethel ad ineundum fœdus*; neque Syro, qui tranſtulit: & *convenerunt ad ineundum in Bethil fœdus*; neque Arabi, qui interpretatur: *convenerunt in Bethil*, *ut ibi conjurarent*, *conſpirarentque.*

בֹּרִית f. Lxx. ποία, Vulg. *herba*, *herba Borith.* Alii, *ſmegma*, *ſapo*, & quicquid ſordes abluit. R. בָּרַר *purus fuit*, *purgavit.*

בָּרַךְ QAL. Lxx. εὐλογέω, Vulg. & alii, *benedico*, κάμπτω *cado*, nimirum in genua, *genuflecto.* Sic etiam alii.

PAOUL f. m. בָּרוּךְ, Lxx. Aq. Sym. Theod. εὐλογητὸς, Lxx. Aq. Sym. item, εὐλογημένος, Vulg. & alii, *benedictus.* Lxx. item, ἐπευκτὸς *deſiderabilis*, &c. Cum præf. וּבָרוּךְ & *benedictus.* Conſt. בְּרוּךְ *benedictus.* Fem. בְּרוּכָה *benedicta.* Cum præfix. וּבְרוּכָה & *benedicta.* Plur. m. בְּרוּכִים, & cum (·) euphon. pro (ו) בְּרֻכִים, *benedicti.* Conſt. בְּרוּכֵי idem.

INFIN. בָּרוֹךְ *benedicendo*, Joſ. 24. v. 10. ubi Lxx. ſubſtantive, εὐλογία *benedictio.* Cum præf. & affix. לְבָרְכוֹ levorchó *ad benedicendum ei*, m. וּלְבָרְכוֹ oulevorchó & *ad benedicendum ei*, m.

FUT. 3. p. ſ. m. ex forma (-) & cum præf. וַיִּבְרַךְ & *genua flexit.* 1. p. pl. c. cum

ה paragog. נִבְרְכָה, Psal. 94. Heb. 95. v. 6. S. Hieron. *genua flectamus.* Lxx. *κλαύσωμεν*, Vulg. Lat. *ploremus.* Legebant נִבְכֶּה à בָּכָה *flevit, ploravit.*

NIPHAL נִבְרַךְ, unde 3. p. pl. c. PRAETERITI cum præf. וְנִבְרְכוּ, Lxx. *καὶ ἐνευλογηθήσονται*, Vulg. & alii, *& benedicentur.*

PIEL בֵּרַךְ & בֵּרֵךְ, Lxx. Aq. Sym. Theod. *εὐλογῶ*, Vulg. & alii, *benedico.* Lxx. item, *ἐπεύχομαι precor, vota facio*, *εἴπω ῥῆμα dico verbum*, malum videlicet, Job. 2. v. 9. ubi alius, *καταρῶμαι maledico*; quæ est etiam Verbi hujus significatio ibid. v. 5. cap. 1. v. 5. 3. Reg. 21. vv. 10. 13. idque per antiphrasin, quam vide in Gram. Heb. tom. 2. p. 61. c. 1.

PRAET. 3. p. f. m. בֵּרַךְ & בֵּרֵךְ, *benedixit*, & 3. Reg. 21. v. 13. *maledixit.* Cum præf. וּבֵרַךְ & וּבֵרֵךְ, *& benedixit.* Cum præf. & aff. בֵּרְכוֹ *benedixit ei*, m. בֵּרַכְךָ cum (-) loco (׃) pro בֵּרַכְךָ, *benedixit tibi*, m. וּבֵרַכְךָ *& benedicet tibi*, m. בֵּרְכַנִי, vel בֵּרְכָנִי, *benedixit mihi*, c. 2. p. f. m. בֵּרַכְתָּ *benedixisti*, & 3. Reg. 21. v. 10. *maledixisti.* Cum præf. וּבֵרַכְתָּ *& benedices.* Cum aff. & in pausa, בֵּרַכְתָּנִי *benedixeris mihi*, c. 1. p. f. c. בֵּרַכְתִּי *benedixi.* Cum præf. וּבֵרַכְתִּי *& benedicam.* Cum præf. & aff. וּבֵרַכְתִּיו *& benedicam ei*, f. וּבֵרַכְתִּיךָ *& benedicam tibi*, m. 3. p. pl. m. בֵּרְכוּ *benedixerunt.* Cum præf. וּבֵרְכוּ, Job. 1. v. 5. & *benedixerunt*, h. e. maledixerunt. Cum aff. בֵּרְכוּנִי *benedixerunt mihi*, c. 2. p. pl. m. בֵּרַכְתֶּם *benedixistis.* Cum præf. וּבֵרַכְתֶּם *& benedicatis.* 1. p. pl. c. בֵּרַכְנוּ *benedximus.* Cum affix. בֵּרַכְנוּכֶם *benediximus, benedicimus vobis*, m.

BEN. f. m. מְבָרֵךְ *benedicens.* Cum præf. affix. & in pausa, וּמְבָרְכֶךָ *& benedicens tibi*, m. Plur. m. cum affix. מְבָרְכֶיךָ *benedicentes tibi*, m.

INFIN. בָּרֵךְ *benedicere, benedicendo.* Cum præfix. לְבָרֵךְ *benedicere, ad benedicendum*, וּלְבָרֵךְ *& benedicere, & ad benedicendum.* Cum præf. & aff. כְּבָרְכוֹ cum (-) loco (׃), *cum benediceret ipse.*

IMPER. 2. p. f. m. בָּרֵךְ *benedic*, & Job. 2. v. 9. *maledic.* Cum præfix. וּבָרֵךְ *& benedic.* Cum affix. בָּרְכֵנִי *benedic mihi*, c. 2. p. f. f.

בָּרְכִי *benedic.* 2. p. plur. m. בָּרְכוּ *benedicite.* Cum præf. וּבָרְכוּ *& benedicite.*

FUT. 3. p. f. m. יְבָרֵךְ *benedicet.* Cum præf. וִיבָרֵךְ, & sæpissime cum (׃) in fine loco (-) ob retractum accentum, vide Gram. Heb. tom. 2. pag. 309. c. 1. 2. fin. 310. c. 1. וַיְבָרֶךְ *& benedixit*, וִיבָרֵךְ *& benedicat.* Cum præf. & aff. יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*, m. Psal. 71. Heb. 72. v. 15. ubi est נ epentheticum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 360. c. 1. וַיְבָרְכֵהוּ *& benedixit ei*, m. יְבָרֶכְךָ, in pausa יְבָרְכֶךָּ, & יְבָרֶכְּךָ cum dagh. forti in aff. ad compensandum נ epentheticum abjectum, *benedicat tibi*, m. & Job. 2. v. 5. *maledicat tibi*, m. יְבָרֶכְךָ cum dagh. in ך eadem de causa atque in voce præcedenti, *& benedicat tibi*, m. וַיְבָרְכֵנִי *& benedixit mihi*, c. וַיְבָרְכֵם *& benedixit eis*, m. יְבָרְכֵנוּ *benedicat nobis*, c. וִיבָרְכֵנוּ *& benedicat nobis*, c. 3. p. f. f. cum affix. תְּבָרֶכְךָ *benedicat tibi*, m. תְּבָרֲכַנִּי *benedicat mihi*, c. Gen. 27. vv. 19. 31. ubi est (-) loco (׃) simplicis sub ר, ut fit interdum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. Præterea נ afficitur (-) loco (-), vide eandem Gram. ibid. p. 137. num. II. Denique imprimitur dagh. forte in נ, ad compensandum aliud נ epentheticum abjectum, vide ibid. & p. 364. c. 1. initio. 2. p. f. m. תְּבָרֵךְ *benedices.* Cum affix. תְּבָרְכֶנּוּ *benedices ei*, m. תְּבָרְכֵנִי *benedixeris mihi*, c. 1. p. f. c. אֲבָרֵךְ, & cum ה paragog. אֲבָרְכָה, *benedicam.* Cum præfix. וַאֲבָרֵךְ, & cum ה parag. וַאֲבָרְכָה, *& benedicam.* Cum præf. & affix. וַאֲבָרְכֵהוּ *& benedicam ei*, m. וַאֲבָרְכֵהוּ *& benedixi ei*, m. אֲבָרֶכְךָ, in pausa & cum dagh. in aff. ad compensandum נ epentheticum abjectum, אֲבָרֶכְךָּ, *benedicam tibi*, m. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 367. c. 2. וַאֲבָרֶכְךָ, expresso ה, quod in fine latebat, וַאֲבָרְכֶכָּה, & נ epenthetico abjecto, eoque per dagh. forte in aff. compensato, ut in exemplo præced. וַאֲבָרֶכְךָ, *& benedicam tibi*, m. אֲבָרְכֵם *benedicam eis*, m. וַאֲבָרְכֵם *& benedicam eis*, m. 3. p. pl. m. יְבָרְכוּ *benedicent.* Cum præfix. וַיְבָרְכוּ *& benedixerunt*, וִיבָרְכוּ *& benedicant.* Pro (׃) cum (ִ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. Cum aff. & expresso ה latente in fine, יְבָרְכֻכָה

benedicant tibi, m. 2. p. pl. m. תְּבָרְכוּ *benedicetis*. 1. p. pl. c. נְבָרֵךְ *benedicemus*.

PUAL בֹּרַךְ vel בֹּרַךְ, Lxx. εὐλογοῦμαι, Vulg. & alii, *benedicor*.

Paoul s. m. מְבֹרָךְ *benedictus*. Cum præf. ומְבֹרָךְ *& benedictus*. Fem. ex forma præcedente duplici (ֹ), מְבֹרֶכֶת *benedicta*. Plur. m. cum affix. מְבֹרָכָיו *benedicti ejus*, m. h. e. ab eo.

Fut. 3. p. s. m. יְבֹרַךְ, & in pausa יְבֹרָךְ, *benedicetur*. 2. p. s. m. תְּבֹרַךְ, & in pausa תְּבֹרָךְ, *benedicêris*.

HIPHIL הִבְרִיךְ, Lxx. κοιμίζω, Vulg. & alii, *accumbere facio*. Alius, γονατίζω *genua flecto, genua flectere facio*; nam Græci interpretes Verbis simpliciter transitivis, imo & intransitivis, duplicem conjugationis Hiphil significationem interdum affingunt. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 532. c. 2. 533. c. 1. 2.

Infin. אַבְרֵךְ, cum א pro ה, nimirum הַבְרֵךְ, Gen. 41. v. 43. *genua flectere*, pro *genua flectantur*. Lxx. hanc vocem prætermisere. Aquila, teste S. Hieron. quæst. in Gen. tom. 2. nov. edit. col. 541. hanc vocem transtulit *adgeniculationem*. Sym. eam retinuit *Abrech*. Hebræi tempore Origenis & S. Hieron. eam interpretabantur, *pater tener*; ex אַב *pater*, & רַךְ *tener*, *mollis*. Sunt qui eam reddant, *pater regis*, vel *regni*; ex אַב *pater*, & רֵךְ vel רִכָא, Thalmudistis *rex*, *regnum*. Aliis est 1. p. s. c. futuri, q. d. *genua flectam*, *adorabo eum*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 184. c. 1. 2. 185. c. 1.

Fut. 3. p. s. m. וַיַּבְרֵךְ *& accumbere fecit*.

HITHPAEL הִתְבָּרֵךְ, Lxx. Aq. Sym. εὐλογοῦμαι, Vulg. & alii, *benedicor*. Lxx. item, εὐλογέω, Vulg. & alii, *benedico*, ἐπιφημίζομαι *approbo*, *applaudo*, *approbor*, *applaudor*. Alii item, *benedico mihi*.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְהִתְבָּרֵךְ *& benedicat sibi*. 3. p. pl. c. cum præf. וְהִתְבָּרְכוּ *& benedicentur*.

Ben. s. m. cum præf. הַמִּתְבָּרֵךְ *benedicens sibi*.

Fut. 3. p. s. m. יִתְבָּרֵךְ *benedicat sibi*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיִתְבָּרְכוּ *& benedicentur*.

בְּרַךְ Chald. PEAL Theod. κάμπτω, Vulg. & alii, *flecto*, genua videlicet, εὐλογοῦμαι *benedicor*.

Ben. s. m. בָּרֵךְ, Dan. 6. v. 11. *genua flectens*, *procumbens in genua*.

PEIL s. m. בְּרִיךְ, Dan. 3. v. 28. Theod. εὐλογητὸς, Vulg. & alii, *benedictus*.

PAEL בָּרֵךְ, Theod. εὐλογέω, Vulg. & alii, *benedico*.

Praet. 3. p. s. m. ex forma hhiriq, בָּרִךְ, Dan. 2. v. 19. *benedixit*. 1. p. s. c. בָּרְכֵת, Dan. 4. v. 31. *benedixi*.

PEIL s. m. מְבָרַךְ, Dan. 2. v. 20. Theod. εὐλογημένον, Vulg. & alii, *benedictum* (nomen).

בֶּרֶךְ Heb. & Chald. s. Lxx. Theod. & alius, γόνυ, Vulg. & alii, *genu*. Lxx. item, μηρὸς *femur*. Dual. בִּרְכַּיִם, & in pausa בִּרְכָּיִם, *genua*; cum (ִ) sub ב loco (ְ); quia nomen istud excipitur; vide Gram. Heb. tom. 1. p. 98. c. 2. init. Sic cum præf. הַבִּרְכַּיִם *genua*, וּבִרְכַּיִם *& genua*. Const. בִּרְכֵּי *genua*. Cum affix. בִּרְכָּיו, & Chald. בִּרְכוֹהִי, Dan. 6. v. 11. *genua ejus*, m. בִּרְכֶּיהָ *genua ejus*, f. בִּרְכַּי *genua mea*, c. בִּרְכֵּיהֶם *genua eorum*. R. בָּרַךְ *genu flexit*.

בָּרַכְאֵל vel בָּרַכְאֵל, Mass. & Vulg. *Bârachêl*, nom. proprium patris Eliu, Job. 32. v. 6. Etym. *benedicens*, aut *genuflectens Deo*; ex בָּרַךְ *benedixit*, *genuflexit*, & אֵל *Deus*.

בְּרָכָה s. Lxx. Aq. εὐλογία, Vulg. & alii, *benedictio*. Lxx. εὐλογημένος *benedictus*, εὐλογημένη *benedicta* (posito concreto pro abstracto), ἐγκώμιον *laus*, *præconium*. Alii item, *munus*, *donum*. Cum præfix. הַבְּרָכָה *benedictio*, הַבְּרָכָה, vel הֲבְרָכָה, *an benedictio?* וּבְרָכָה *& benedictio*, בִּבְרָכָה *in benedictione*, לִבְרָכָה *benedictioni*, *in benedictionem*. Const. בִּרְכַּת *benedictio*. Cum præf. בְּבִרְכַּת *in benedictione*, כְּבִרְכַּת, *sicut benedictio*. Cum præf. & aff. כְּבִרְכָתוֹ *secundum benedictionem ejus*, m. בִּרְכָתֶךָ, in pausa, *benedictio tua*, m. וּמִבִּרְכָתְךָ *& de benedictione tua*, m. בִּרְכָתִי *benedictio mea*, c. וּבִרְכָתִי *& benedictio mea*, c. Plur. בְּרָכוֹת *benedictiones*. Cum præfix. הַבְּרָכוֹת *benedictiones*. Const. בִּרְכוֹת & בִּרְכֹת, *benedictiones*. Cum affix. בִּרְכוֹתֵיכֶם *benedictiones vestræ*, m. R. בָּרַךְ *benedixit*.

בְּרָכָה Maſſ. *Berachá*, Vulg. *Barachá*, nomen proprium viri qui ſequutus eſt Davidem cum Saülem fugeret, 1. Paral. 12. v. 3. Etym. *benedictio*, aut *genuflexio*; ex בָּרַךְ *benedixit*, *genuflexit*.

בְּרֵכָה f. Lxx. Aq. Sym. Theod. κολυμβήθρα, Vulg. & alii, *piſcina*. Lxx. Aq. item, λίμνη *ſtagnum*. Lxx. item, κρήνη *fons*. Sym. item, δεξαμένη *receptaculum*, *conceptaculum*, aquarum videlicet. Hinc cum præf. הַבְּרֵכָה *piſcina*. Conſt. בְּרֵכַת *piſcina*, ſervato (-) penultimæ ob ( ) præced. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Cum præf. כִּבְרֵכֹת *ſicut piſcinæ*. Plur. בְּרֵכוֹת *piſcinæ*. Rad. בָּרַךְ *benedixit*, unde *piſcina*, quæ eſt in locis aridis maxima benedictio. Vel potius, quia בָּרַךְ in lingua Arabica *ingentem pluviam profundere* ſignificat.

בֶּרֶכְיָה Maſſ. *Berechiá*, Vulg. *Barachiás*, nomen proprium 1°. patris Zachariæ, Zach. 1. v. 1. 2°. filii Zorobabel filii Phadaiæ, 1. Paral. 3. v. 20. 3°. patris Moſollam, Neh. 3. v. 4. 4°. filii Aſa, 1. Paral. 9. v. 16. Etym. *benedicens*, aut *genuflectens Domino*; ex בָּרַךְ *benedixit*, *genuflexit*, & יָהּ *Dominus*.

בֶּרֶכְיָהוּ Maſſ. *Berechiáhou*, Vulg. *Barachiás*, nom. proprium filii Moſollamoth, 2. Paral. 28. v. 12. Etym. eadem ac præcedentis nominis; יָהוּ enim, uti & יָהּ, ex eodem יהוה derivantur, & componendis propriis nominibus promiſcue inſervit. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 431. c. 1.

בְּרַם Chald. Lxx. ἀλλά, Theod. ἀλλ' ἤ, πλὴν, Vulg. & alii, *ſed*, *verum*, *verumtamen*, *autem*, &c. R. ברם inuſit.

בֶּרַע Maſſ. *Béra*, Vulg. *Bára*, nomen propr. regis Sodomorum, Gen. 14. v. 2. Etym. *in malo*, aut *ſocio*, aut *paſtu*, aut *clamore*; ex בְּ *in*, & רַע *malus*; aut רֵעַ *ſocius*; aut רָעָה *pavit*, *ſocius fuit*; aut רוּעַ *clamare*, *vociferari*.

בְּרִיעָה Maſſ. *Beriá*, Vulg. *Bariá*, nomen proprium viri è poſteris Benjamin, 1. Paral. 8. v. 13. Etym. eadem ac præced. nominis.

בָּרַק QAL, unde 2. p. ſ. m. IMPERATIVI בְּרוֹק, Pſal. 143. Heb. 144. v. 6. al. 7. Lxx. ἄστραψον, Vulg. & alii, *fulgura*.

בָּרָק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀστραπή, Vulg. & alii, *fulgur*, *coruſcatio*. Lxx. item, κεραυνὸς *fulmen*, στίλβωσις *ſplendor*, *fulgor*. Et Verbaliter, ἐξαστράπτω *effulgeo*, στίλβω *ſplendeo*. Alii item, *gladius coruſcus*. Cum præf. וּבָרָק *& fulgur*, כַּבָּרָק *ſicut fulgur*. Conſt. בְּרַק *fulgur*. Cum præf. וּבְרַק *& fulgur*. Plur. בְּרָקִים *fulgura*. Cum præf. וּבְרָקִים *& fulgura*, כַּבְּרָקִים *ſicut fulgura*. Cum affix. בְּרָקָיו *fulgura ejus*, m. R. בָּרַק *fulguravit*.

בָּרָק Maſſ. *Baráq*, Vulg. *Barác*, nom. propr. filii Abinoem, Jud. 4. v. 6. Etym. *fulgur*, vide vocem præced. Vel *in vanum*, *in vacuum*; ex בְּ *in*, & רִיק *evacuavit*, *exhauſit*.

בְּרַק Maſſ. *Beráq*, Vulg. *Barách*, nomen proprium civitatis in Tribu Dan, quæ S. Hieronymi tempore vocabatur *Bareca*, Joſ. 19. v. 45. Etym. eadem ac nominis præcedentis. Vide ſupra col. 246.

בַּרְקוֹס Maſſ. *Barqós*, Vulg. *Berćós*, nomen proprium viri principis familiæ, quæ duce Zorobabele è captivitate Babylonica rediit, Eſd. 2. v. 52. al. 53. Etym. *filius conciſionis*, vel *ſucciſionis*; ex בַּר Chald. *filius*, & קָצַץ in Poël *concidere*, *ſuccidere*.

בַּרְקָנִים m. pl. à ſing. inuſit. בַּרְקָן; unde cum præfix. הַבַּרְקָנִים, Jud. 8. vv. 7. & 16. Aq. τραγάκανθαι *hirci ſpinæ*, genus fruticis aut rubi, de quo Dioſcor. l. 3. c. 23. & Theophraſtus, lib. 6. c. 5. Sym. τρίβολοι, Vulg. *tribuli*. Alii, *oxycanthæ*, ſpinæ ſumme aculeatæ.*Lxx. vocem Hebraicam plus minuſve, ſecundum diverſa exemplaria, corruptam retinent, βαρκηνίμ, βαρακηνείμ, βαρκομνειν, βαρκοννίμ. Rad. בָּרַק *fulguravit*, unde hoc ſpinæ genus, quod lædat corpus, ut fulgur oculos.

בָּרֶקֶת f. Ezech. 28. v. 13. Lxx. ὄνυχιον *onychinus lapis*. Vulg. *ſmaragdus*. Alii, *carbunculus* à fulgore ſic dictus; venit enim à Rad. בָּרַק *fulguravit*. Vide vocem ſeq.

בָּרֶקֶת f. Exod. 28. v. 17. c. 39. v. 10. Lxx. σμάραγδος, Vulg. *ſmaragdus*. Sym. κεραύνιος *ceraunius*. Alii, *carbunculus*, ut vox præcedens, quæ videtur eadem, ſed in alia forma. R. בָּרַק *fulguravit*.

בָּרַר QAL. Lxx. διακρίνω *diſcerno*, ἐκλέγω, Vulg. *eligo*, εἰδῶ *ſcio*, Vulg. *intelligo*. Vulg. item, *probo*. Alii item, *purifico*, *purgo*, *expurgo*, &c.

Praet. 1. p. s. c. cum præfix. וּבָרוֹתִי *& eligam.*

Paoul s. m. בָּרוּר, Lxx. ἐκλεκτὸς *electus*, καθαρὸς *purus*, *mundus*. Fem. בְּרוּרָה *pura*, vel *purum* (labium), Soph. 3. v. 9. ubi Lxx. εἰς γενεὰν, *in generationem*; legebant בְּדוֹרָה, à דּוֹר *generatio*. Plur. m. בְּרוּרִים, & cum præf. הַבְּרוּרִים, *selecti*. Pl. fem. בְּרֻרוֹת, cum (ֻ) pro (וּ), *selectæ*.

Infin. cum præf. & ex forma quiesc. Aiin, וְלָבוּר, Eccle. 9. v. 1. *& ad intelligendum.* Vulg. *ut curiose intelligerem.* Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 217. c. 2. לְבָרָם, Eccle. 3. v. 18. ex forma (ָ) eaque imperfecta, Vulg. *ut probaret.* Alii, *ut declararet.* Vide Gram. Heb. ibid.

NIPHAL נָבַר; unde Ben. s. m. נָבָר, Lxx. ἐκλεκτὸς, Vulg. *electus.* Alii, *purus*, *mundus.*

Imper. 2. p. pl. m. הִבָּרוּ, Isai. 52. v. 11. Lxx. ἀφορίσθητε *segregamini.* Vulg. & alii, *mundamini.*

PIEL ex forma perf. בֵּרֵר, unde Infin. cum præf. וּלְבָרֵר, Dan. 11. v. 35. Theod. καὶ τοῦ ἐκλέξασθαι, *& ad eligendum.* Vulg. *& eligantur.* Alii, *ad purificandum.*

HIPHIL הֵבַר, vel הַבַּר, unde Infinit. cum præf. לְהָבַר, Jerem. 4. v. 11. cum (ָ) pro (ַ) ob ר seq. Vulg. & alii, *ad purgandum.* Lxx. εἰς ἅγιον *ad sanctum*; vocem hanc componebant ex לְ *ad*, ה artic. & adjectivo בַּר *purus*, *sanctus.*

Imper. 2. p. pl. m. הָבֵרוּ, Jerem. 51. v. 11. Lxx. παρασκευάζετε *preparate.* Vulg. *acuite.* Alii, *purgate* (sagittas), quod idem est atque acuite.

HITHPAEL ex forma perf. הִתְבָּרֵר, Lxx. ἐκλέγομαι *eligor*, ἐκλεκτὸς εἰμι, Vulg. *electus sum.* Alii, *purifico me*, *purum me exhibeo*, *purus*, *sincerus sum.*

Fut. 2. p. s. m. ex forma perfecta & in pausa, תִּתְבָּרָר, Psal. 17. Heb. 18. v. 27. & ex forma imperfecta, vel Chaldaica, eaque anomala, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 193. c. 2. 408. c. 2. תִּתָּבָר, 2. Reg. 22. v. 27. *purus eris*, *purum te exhibebis*, *electus eris.* 3. p. pl. m. ex forma perf. יִתְבָּרְרוּ, Dan. 12. v. 10. Theod. ἐκλεγῶσι, *eligantur.* Vulg. *eligentur.* Alii, *purgabuntur*, *purificabuntur.*

בִּרְשַׁע Mass. *Birschá*, Vulg. *Bersa*, nomen proprium regis Gomorrhæ, Gen. 14. v. 2. Etym. *in malo*, vel *peccato*, vel *condemnatione*; ex בּ *in*, & רָשָׁע *malus*, *improbus*; vel רֶשַׁע *peccatum*, *condemnatio.* Vel, *filius respicientis*; ex בַּר *filius*, & שָׁעָה *aspexit*, *respexit.*

בֵּרֹתַי Mass. *Berothaí*, Vulg. *Beróth*, nomen proprium urbis in Tribu Nephthali, 2. Reg. 8. v. 8. Videtur esse eadem ac בֵּרוֹתָה, quam vide supra col. 274. cum ejus etymologia.

בֵּרֹתִי Mass. *Bérothí*, Vulg. *Berothites*, nomen commune civium urbis præcedentis, 1. Paral. 11. v. 39. Etym. eadem.

בֹּשׁ *pudor*, *tarditas*, vide בּוֹשׁ, supra col. 206.

בְּשַׁגַּם, vide infra in גַּם.

בְּשׂוֹר Mass. *Beschór*, Vulg. *Besór*, nom. proprium torrentis, qui fluere incipit in Tribu Juda, & per austrum Tribus Simeonis currens, ad urbem Majumam mare ingreditur, 1. Reg. 30. vv. 9. 10. 21. Interdum pro torrente Ægypti sumitur, qui tamen est ipsi australior. Etym. *Evangelium*, vel *lætum*, *faustum nuntium*; ex בִּשֵּׂר *nuntiavit.* Aut *incarnatio*; à בָּשָׂר *caro.* Aut *in bove*, vel *in muro*; ex בְּ *in*, & שׁוֹר *bos*, *murus.*

בְּשׂוֹרָה, vide infra in בְּשׂרָה.

בָּשַׁל QAL. Lxx. ἕψομαι *coquor*, πάρειμι *adsum*, *maturitati vicinus sum*; unde Vulg. *maturavit.* Alii, *maturuit.*

Praet. 3. p. s. m. בָּשַׁל *maturuit.* 3. p. pl. c. בָּשְׁלוּ *cocta sunt*, Vulg. *discocta sunt* (ossa).

PIEL בִּשֵּׁל, Lxx. ἕψω, Vulg. & alii, *coquo*, *elixo*, ὀπτάω *asso.*

Praet. 3. p. s. m. cum affix. בִּשְּׁלָם, 3. Reg. 19. v. 21. *coxit ea.* Alii, *coxit eis*; ita ut sit compositio pro בִּשֵּׁל לָהֶם. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 372. c. 1. fin. 2. p. s. m. cum præf. וּבִשַּׁלְתָּ *& coques.* 3. p. pl. c. בִּשְּׁלוּ *coxerunt.* Cum præf. וּבִשְּׁלוּ *& coxerunt.*

Ben. pl. m. הַמְבַשְּׁלִים *coquentes.* Lxx. μάγειροι *coqui.* Vulg. *culinæ.*

Infin. cum præf. כְּבַשֵּׁל *secundum coquere*, *sicut coquitur.*

Imper. 2. p. f. m. cum præf. וּבַשֵּׁל *& coque.* 2. p. pl. m. בַּשְּׁלוּ, & in pausa בַּשֵּׁלוּ, *coquite.*

Fut. 3. p. f. f. cum præf. וַתְּבַשֵּׁל *& coxit.* 2. p. f. m. תְּבַשֵּׁל *coques.* 3. p. pl. m. יְבַשְּׁלוּ *coquent.* Cum præf. וַיְבַשְּׁלוּ *& coxerunt.* 2. p. pl. m. תְּבַשְּׁלוּ *coquetis.* 1. p. pl. c. cum præf. וַנְּבַשֵּׁל *& coximus.*

Pual בֻּשַּׁל, Lxx. ἑψῶμαι, Vulg. & alii, *coquor.*

Praet. 3. p. f. f. in pausa, בֻּשָּׁלָה *coctum* (quid) *fuit.*

Paoul f. m. מְבֻשָּׁל *coctum* (quid).

Fut. 3. p. f. f. תְּבֻשַּׁל *coquetur.*

Hiphil הִבְשִׁיל, unde 3. p. pl. c. Praeteriti הִבְשִׁילוּ, Gen. 40. v. 10. Lxx. πέπειροι matura (erant uvæ). Vulg. *maturescere* (videbam uvas). Alii, *maturuerant.*

בָּשֵׁל m. unde Lxx. ἑψημένος, ἑφθὸς, Vulg. & alii, *coctus, coctilis.* Hinc cum præf. וּבָשֵׁל, Exod. 12. v. 9. *& coctum* (quid). Fem. בְּשֵׁלָה, Num. 6. v. 19. *cocta*, vel *coctus* (armus). R. בָּשַׁל *coquor.*

בִּשְׁלָם Mass. *Bisch lám*, Vulg. *Beselám*, nom. proprium viri ex eorum numero qui scripserunt ad Artaxerxem contra Judæos, Esd. 4. v. 7. Etym. *in pace*, vel *retributione* ; ex בְּ *in*, & שָׁלוֹם *pax*, aut שִׁלֵּם in Piél *retribuit.* Vel *coctio eorum* ; ex בָּשַׁל *coquor*, & affix. 3. p. pl. m.

בִּשְׁלֹשׁ, vide infra in שָׁלֹשׁ.

בֹּשֶׂם m. Lxx. ἄρωμα, Vulg. & alii, *aroma.* Hinc cum præfix. בְּשָׂמִי *aroma meum*, c. Cant. 5. v. 1. al. 2. ubi Lxx. ἀρώματά μου, Vulg. Lat. *aromata mea*, in plur. legebant בְּשָׂמַי, aut in pausa בְּשָׂמָי. R. בָּשַׂם Hebræis inusit. sed Chaldæis *suavis fuit.*

בֶּשֶׂם m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἄρωμα, Vulg. & alii, *aroma*, ut vox præcedens. Lxx. item, ἥδυσμα *condimentum*, θυμίαμα *thymiama*, μύρον *unguentum*, εὐώδης *suaveolens.* Pl. בְּשָׂמִים *aromata.* Cum præf. הַבְּשָׂמִים idem, וּבְשָׂמִים & וְהַבְּשָׂמִים, *& aromata*, בִּבְשָׂמִים *cum aromatis*, לִבְשָׂמִים *aromatis*, וְלִבְשָׂמִים *& aromatis.* Cum affix. בְּשָׂמָיו *aromata ejus*, m. R. בָּשַׂם. Vide vocem præced.

בֹּשֶׂם m. Lxx. ἄρωμα, Vulg. & alii, *aroma.* Lxx. item, ἥδυσμα *condimentum*, ὀσμὴ ἡδεῖα,

Vulg. *suavis odor.* Cum præf. הַבֹּשֶׂם *aroma*, כְּבֹשֶׂם *sicut aroma.* R. בָּשַׂם. Vide supra בֹּשֶׂם.

בָּשְׂמַת Mass. & Vulg. *Básemáth*, nom. proprium 1°. alterius uxoris Esavi, filiæ Elon Hethæi, Gen. 26. v. 34. 2°. filiæ Salomonis, 3. Reg. 4. v. 15. Etym. *aromata*, à בֹּשֶׂם *aroma.* Vel *confusio mortis* ; ex בּוּשׁ *confusio*, & מָוֶת *mors.* Vel *in desolatione*, aut *positione*, aut *nominibus* ; ex בְּ *in*, & שָׁמֵם *desolari*, aut שׂוּם *ponere*, aut שֵׁם *nomen.*

בָּשָׁן Mass. & Vulg. *Baschán*, aut *Basán*, nomen proprium regionis in dimidia Tribu Manasse trans Jordanem. A Græcis interpretibus appellative etiam sumitur. Hinc Lxx. Aq. πίων, Aq. item, λιπαρὸς, Sym. εὔτροφος, Vulg. *pinguis.* Sym. item, εὐτροφία *bona nutritio*, *cibi copia.* Et adjective, σιτιστὸς *saginatus*, cum ab altero nomine regitur, ut Psal. 21. Heb. 22. v. 13. R. בָּשַׁן inusit. Quatenus est nom. propr. interpretatur *in dente*, vel *ebore* ; ex בְּ *in*, & שֵׁן *dens*, *ebur.* Vel *in mutatione*, aut *somno*, seu *dormitatione* ; ex בְּ *in*, & שָׁנָה *mutavit*, aut יָשֵׁן *dormivit.* Vel denique *confusio*, aut *ignominia* ; ex בּוּשׁ *confundi.*

h. e. in finibus hujusce Tribus, & Tribus Zabulon, Jos. 19. v. 12. Levitis data est, ibid. c. 21. v. 28. & facta urbs confugii, 1. Paral. 6. v. 72. Etym. *verbum* aut *res*, à דָּבָר idem. Vel *apis*; à דְּבֹרָה idem. Vel *subjectio*; à דָּבַר in Hiph. *subjecit*. Vel denique *ductrix*, *gubernatrix*; à דְּבַר Chald. *duxit*, *gubernavit*.

דְּבַשׁ, & in pausa דְּבָשׁ, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. μέλι, Vulg. & alii, *mel*. Lxx. item, μελισσῶν *apiarium*. Aq. item, μελικήριον *favus mellis*. Alii item, *palma*, *dactylus*, ob ejus dulcedinem; quævis enim dulcedo Hebræis dicitur *mel*. Cum præf. הַדְּבַשׁ in pausa, *mel*, וּדְבַשׁ, & in pausa וּדְבָשׁ, *& mel*, כִּדְבַשׁ in pausa, *in melle*, כִּדְבַשׁ *sicut mel*, מִדְּבַשׁ *præ melle*. Cum affix. דִּבְשִׁי *mel meum*, mutato (ְ) in (ִ), quod fit interdum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 102. c. 2. R. דָּבַשׁ inusit.

דַּבֶּשֶׁת f. Isai. 30. v. 6. Vulg. & alii, *gibbus*, camelorum videlicet, sic dictus, ut volunt, quod fauciatus melle sanetur. Hinc radicem constituunt דָּבַשׁ inusit. unde דְּבַשׁ *mel*. Vacat apud Lxx.

דַּבָּשֶׁת in pausa, Mass. *Dabbáscheth*, Vulg. *Debbáseth*, nom. proprium civitatis, vel, secundum alios, loci in Tribu Zabulon, non longe à mari, Jos. 19. v. 11. Etym. *gibbus*. Vide vocem præced.

דָּג m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἰχθύς, Vulg. & alii, *piscis*. Lxx. item adjective, ἰχθυϊκός, ἰχθυηρός, ἰχθυηρὸς, *piscatorius*, *piscarius*. Item, κῆτος *cetus*, ὄψον *opsonium*. Et Job. 40. v. 26. al. 31. &c. ἁλιεύς *piscator*; sed videtur esse Benoni Qal verbi דּוּג *piscari*. Cum præf. לַדָּג *piscis*, לְדָג *pisci*. Plur. absol. דָּגִים, & cum præf. הַדָּגִים *pisces*, כַּדָּגִים *sicut pisces*. Const. דְּגֵי *pisce*. Cum præf. וּדְגֵי *& pisces*, כִּדְגֵי *sicut pisces*. R. דּוּג *piscari*, sed forma, saltem in plur. const. est à דָּגָה *augeri*, *multiplicari instar piscium*.

דָּגָה QAL, unde 3. p. pl. m. FUTURI cum præf. וְיִדְגּוּ, Gen. 48. v. 16. Lxx. καὶ πληθυνθείησαν *& multiplicentur*, proprie instar piscium; nam verbum istud formatum videtur à דָּג vel דָּגָה, *piscis*. Vulg. *crescant*. Sic etiam alii.

דָּגָה f. Lxx. ἰχθύς, Vulg. & alii, *piscis*, & collective, *pisces*. Lxx. item, κῆτος *cete*, *cetus*. Cum præf. הַדָּגָה *piscis*, וְהַדָּגָה *& piscis*. Const. דְּגַת *piscis*, *pisces*. Cum præfix. בִּדְגַת *in pisces*, כִּדְגַת *sicut pisces*. Cum affix. דְּגָתָם *pisces eorum*. R. דּוּג *piscari*, sed forma est à דָּגָה *multiplicari instar piscium*, ob (ָ) penult. mutatum in (ְ) in regim. & cum affix.

דָּגוֹן Mass. & Vulg. *Dagón*, vel *Daghón*, Jud. 16. v. 23. &c. nomen proprium idoli Philisthinorum, quod, secundum Rabbinos & Christianos quosdam, superiore parte ad umbilicum usque erat homo; ab umbilico vero & infra, piscis; unde sic dictus est à דָּג *piscis*. Sunt quibus Neptunus esse videatur.

דָּגַל QAL, unde PAOUL f. m. דָּגוּל, Cant. 5. v. 10. *Dilectus meus* .... דָּגוּל, Lxx. Vatic. ἐκλελοχισμένος *è cohorte electus*, vel *in cohortem ordinatus*. Ald. Complut. ἐκλελογισμένος *reputatus*, *æstimatus*. Aq. ἐκλελοχισμένος, Sym. ἐπίλεκτος, Vulg. *electus* (ex millibus), h. e. inter, vel præ millibus. Alii, *vexillatus*, h. e. instar vexilli elatus, &c. à nomine דֶּגֶל *vexillum*, de quo infra.

FUT. 1. p. plur. c. נִדְגֹּל, Psal. 19. Heb. 20. v. 6. Lxx. μεγαλυνθησόμεθα, Vulg. Lat. *magnificabimur*, legisse videntur נִגְדַּל, à גָּדַל, transpositis literis. Alii, *vexillum erigemus*.

NIPHAL נִדְגַּל, unde BENONI plur. f. cum præf. כַּנִּדְגָּלוֹת, Cant. 6. v. 3. Lxx. & alius, ὡς τεταγμέναι (παρατάξεις) *ut ordinatæ* (acies). Sym. ὡς τάγματα *ut legiones*. Ibid. v. 9. Lxx. Sym. ὡς τεταγμέναι (παρατάξεις) *ut ordinatæ* (acies). Vª. edit. ὡς μεγαλυνόμεναι *ut magnificatæ* (acies). VIª. edit. ἐν μεμεγαλυμμέναις *in magnificatis*; legebat בַּנִּגְדָּלוֹת, Vulg. utrobique, *ut castrorum acies ordinata*. Alii, *sicut copiæ vexillatæ*, h. e. vexillis suis instructæ, & ad illa congregatæ.

דֶּגֶל m. Lxx. Aq. Sym. Theod. τάγμα, Vulg. & alii, *turma*, *cohors*, *legio*, *acies*, &c. Lxx. item, ἡγεμονία *principatus*. Alii, *vexillum*, *signum militare*. Cum præf. דִּגְלוֹ *vexillum ejus*, m. וְדִגְלוֹ *& vexillum ejus*, m.

Cant.

Cant. 2. v. 4. ubi voces וְדִגְלוֹ עָלַי אַהֲבָה, Lxx. transtulere : τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, *ordinate in me dilectionem*. Sym. ἐπισωρεύσατε μοι ἀγάπην, *coacervate mihi dilectionem*. Pro וְדִגְלוֹ legebant דִּגְלוּ. Aq. ἔταξεν ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, Vulg. *ordinavit in me charitatem*, vel *dilectionem*. Pro וְדִגְלוֹ legeb. וְדִגְּלוֹ *& ordinavit ipse*, contra hodiernæ Grammaticæ canones. Sensus est : totum amorem suum in me quasi aciem instruxit. Alii, *& acies, & vexillum ejus contra me, amor* ; h. e. & amor ejus acies, seu vexillum fuit, quo me oppugnavit simul & expugnavit. Plur. cum præfix. & affix. לְדִגְלֵיהֶם *ad vexilla sua*, m. R. דָּגַל *vexillum erexit*.

דָּגָן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σῖτος, Lxx. item, πυρὸς, Vulg. & alii, *frumentum*. Lxx. item, ἄρτος *panis*, βρῶμα *cibus, nutrimentum*. Sym. item, σπόρος *semen*. Generale nomen est complectens triticum, hordeum, & alias frumenti species. Cum præf. הַדָּגָן *frumentum*, וְדָגָן & וְהַדָּגָן, *& frumentum*, כַּדָּגָן *sicut frumentum*. Const. cum præfix. וּדְגַן *& frumentum*. Cum aff. דְּגָנְךָ *frumentum tuum*, m. דְּגָנֵךְ *frumentum tuum*, f. דְּגָנִי *frumentum meum*, c. דְּגָנָם *frumentum eorum*, c. R. דָּגַן inusit.

דָּגַר QAL. Lxx. συνάγω *congrego, colligo*. Vulg. & alii, *foveo*, *ovis* vel *pullis incubo*.

Praet. 3. p. f. m. in pausa ; quare (-) mutatur in (ָ), דָּגָר *congregat, colligit*. 3. p. f. f. cum præf. וְדָגְרָה *& colliget*.

דַּד m. Ezech. 23. vv. 3. 8. 21. Prov. 5. v. 19. Aq. & alius, τίτθος, Vulg. & alii, *uber, mamma*. Lxx. paraphrastas agunt. Hinc dual. conft. דַּדֵּי *ubera*. Cum aff. דַּדֶּיהָ *ubera ejus*, f. דַּדַּיִךְ *ubera tua*, f. R. דָּדַד inusit. Verum cum vox constans tribus literis iisdem in Hebræo non inveniatur, alii דַּד radicem ipsam efficiunt.

דַּד m. unde duale דַּדַּיִם, ex quo cum affix. דַּדֶּיךָ, Cant. 1. v. 1. al. 2. Lxx. μαστοί σου, Vulg. *ubera tua*, m. Alii, *amores tui* ; tuncque דֹּדֶיךָ est in plurali numero. Vide infra col. 388. in דּוֹד.

דֹּד *patruus*, &c. vide דּוֹד, infra col. 388.

דָּדָה QAL, unde HITHPAEL הִתְדַּדָּה, ex quo 1. p. f. c. Fut. אֶדַּדֶּה, Isai. 38. v. 15. cum syncopa ת pro אֶתְדַּדֶּה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 306. c. 2. Vulg. *recogitabo*. Alii, *percurram, vagabor* ; ita ut affinitatem habeat cum נוּד vel נָדַד *vagari*. Alii, *incedam, progrediar* ; quem sensum in mente habuisse videtur Theodotio, qui hanc vocem cum præced. עָשָׂה *fecit* conjunctam interpretatus est, καὶ αὐτὸς ἐποίησε καθοδηγίαν, *& ipse fecit deductionem*, h. e. & ipse deduxit. Omnium commodissimus est Vulg. sensus, qui ab Hebræo non recedit. Nam *recogitabo* idem est ac mente *percurram* omnes annos meos, &c. Lxx. hic obscuri sunt & omnino perplexi. Cum aff. אֶדַּדֵּם, Psal. 41. Heb. 42. v. 5. contracte, pro אֶתְדַּדֶּה עִמָּם, Aq. (ero) προβιβάζων αὐτοὺς, *præcedens eos*, h. e. præcedam eos. Sym. διαβαστάζομαι *bajulabor* (ante eos). Lxx. adjective, θαυμαστῆς (σκηνῆς), Vulg. Lat. *admirabilis* (tabernaculi) ; legebant אַדֶּרֶת *magnificentia*, &c. S. Hieron. *tacebo* ; legebat אֶדֹּם, à דָּמַם in fut. Niph. geminato ד in scriptura, quod post inventa puncta geminatur tantum vi dagh. ei impressi, sic : אִדַּם. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 307. c. 1. Alii, *procedam cum ipsis*.

דֹּדַי vide infra col. 389. in דּוֹדָה.

דֹּדָוָהוּ & דֹּדָוָהוּ, Mass. *Dódhavâhou*, Vulg. *Dodáu*, *Dodaü*, nomen proprium patris Eliezer prophetæ, 2. Paral. 20. v. 37. Etym. *patruus, consanguineus, amor ejus ipse* ; ex דּוֹד *patruus, consanguineus, amor*, aff. 3. p. f. m. & הוּא *ipse*.

דְּדָן Mass. *Dedhán*, Vulg. *Dedán*, aut *Dadán*, nomen proprium 1°. filii Regma, Gen. 10. v. 7. 2°. filii Jecsan, ibid. c. 25. v. 2. al. 3. 3°. urbis in Idumæa, secundum quosdam interpretes, Jerem. 25. v. 23. &c. Etym. *patruus, consanguineus*, &c. vide vocem præced. Vel *judicans* ; à דִּין *judicare*.

דֹּדָנִים Mass. *Dódhaním*, Vulg. *Dodanim*, nomen proprium filii Javan, Gen. 10. v. 4. Etym. *patruelis, consanguinei*, vel *dilecti somnus*, aut *dormitatio* ; à דּוֹד *patruelis, consanguineus, dilectus*, & נוּם *dormire, dormitare*. Vide דּוֹדָנִים infra col. 389.

דְּדָנִים Mass. *Dedhanim*, Vulg. *Dedanim*, Isai. 21. v. 13. nom. proprium urbis, quæ est eadem, sed in plurali, ac דְּדָן, quam vide supra cum ejus etymologia.

דְּהַב, & emphatice דַּהֲבָא & דַּהֲבָה, m. Chald. idem quod Heb. זָהָב, mutato ז in ד, Lxx. Theod. χρυσὸς, χρυσίον, Vulg. & alii, *aurum*, χρύσεος *aureus*. Cum præf. וּדְהַב, וְדַהֲבָה & וְדַהֲבָא, *& aurum*. R. דְּהַב inusit.

דַּהֲוָא, & secundum τὸ קְרִי sive scripturam דֶּהָיֵא, Mass. *Débaié*, Vulg. *Devi*, legebar דֶּהָיֵא, nomen proprium populi, quem Asenaphar ex Assyria in Samariam transtulit, Esd. 4. v. 9. Etym. *qui existentes* (sunt), *qui existunt*; ex ד *qui, quæ, quod, qui*, plur. & הָיָה Heb. aut הֲוָה Chald. *fuit, exstitit*.

דָּהַם QAL, unde NIPHAL נִדְהָם, ex quo Ben. f. m. נִדְהָם, Jerem. 14. v. 9. Lxx. ὑπνῶν *dormiens*. Vulg. *vagus*; à נוּד vel נָדַד, aut נָדָה, *vagari*. Alii, *defessus, defatigatus, attonitus, obstupefactus*. Et ex usu Arabico, *nigra noctis caligine obrutus*.

דָּהַר QAL, unde Ben. f. m. דֹּהֵר, Nah. 3. v. 2. Lxx. διώκων *persequens*. Vulg. *fremens*. Alii, *plaudens*. De solis equis usurpatur, qui citissime currendo terram quasi plaudendo calcant.

דַּהֲרוֹת f. pl. const. à sing. inusit. דַּהֲרָה, Jud. 5. v. 22. *Ceciderunt* vel *obtusæ sunt ungulæ equorum* מִדַּהֲרוֹת דַּהֲרוֹת אַבִּירָיו, *propter plausus plausuum fortium ejus* (Sisaræ), h. e. propter nimiam celeritatem qua fugerunt equites ejus. Lxx. ἀνυσιν ἔσπευσαν ἰσχυροὶ αὐτοῦ, *festinatione festinarunt fortes ejus*. Vulg. *fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis ejus*. R. דָּהַר *plausit, plaudendo terram calcavit* equus.

דּוֹב vide דֹּב, supra col. 372.

דַּוָּג m. unde plur. דַּוָּגִים, Lxx. ἁλιεῖς, Vulg. & alii, *piscatores*. Cum præf. הַדַּוָּגִים *piscatores*, לְדַוָּגִים *piscatoribus*. R. דּוּג *piscari*, secunda radicali (ו) facta mobili.

דּוּג QAL, unde Ben. plur. m. דָּגִים, Lxx. Job. 40. v. 26. al. 31. ἁλιεῖς, *piscatores*. Vulg. & alii, *pisces*. Referebant ad דָּג, quod vide supra col. 383.

HIPHIL הֵדִיג, unde 3. p. pl. c. Praet.

sine ה charact. sed cum (ו) præfix. & ם affix. וְדִיגוּם, Jerem. 16. v. 16. pro וְהֵדִיגוּם, Lxx. καὶ ἁλιεύσουσιν αὐτοὺς, Vulg. & alii, *& piscabuntur eos*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 257. c. 2.

דּוּגָה f. unde Amos. 4. v. 2. בְּסִירוֹת דּוּגָה, Lxx. εἰς λέβητας ὑποκαιομένους *in ollas succensas*. Vulg. *in ollis ferventibus*. Alii, *in ollis piscariis*, h. e. in ollis, in quibus coquuntur pisces. R. דּוּג *piscari*.

דָּוִד & **דָּוִיד**, Mass. *Davidh*, Vulg. *David*, nomen propr. filii Isai, regis Israël & prophetæ, 1. Reg. 17. v. 12. &c. Etym. *dilectus, consanguineus*, &c. à דּוֹד vel דַּד, idem.

דּוֹד & **דֹּד**, m. Lxx. Aq. πατράδελφος, h. e. ut alibi vertunt Lxx. ἀδελφὸς τοῦ πατρὸς, *frater patris, patruus, patruelis*. Lxx. item & Sym. ἀγαπητὸς *dilectus*. Aq. item, ἀδελφὸς *frater*. Lxx. item, ἀδελφιδὸς *nepos*, seu *fratris*, aut *fororis filius*, οἰκεῖος *domesticus, familiaris, amicus*; & substantive, συγγένεια *cognatio*, &c. Cum præf. מִדּוֹד *præ dilecto*. Cum præf. & aff. דֹּדוֹ & דּוֹדוֹ, *patruus ejus*, m. דּוֹדְךָ *dilectus tuus*, m. דּוֹדֵךְ *dilectus tuus*, f. דּוֹדִי & דֹּדִי, *patruus, dilectus meus*, c. וְדוֹדִי *& dilectus meus*, c. לְדוֹדִי *dilecto meo*, c. Plur. דּוֹדִים & דֹּדִים, Lxx. Aq. μαστοὶ *mammæ, ubera*, vide דַּד supra col. 385. Aq. item & Sym. Cant. 5. v. 1. ἑταῖροι *amici*. Alii, *amores*. Cum affix. דֹּדֶיךָ *amores tui*, m. לִבְנֵי דֹּדֵיהֶן *filiis patruorum suorum*, Num. 36. v. 11. ubi Lxx. τοῖς ἀνεψιοῖς αὐτῶν *cognatis, consobrinis earum*, vel *suis*. R. דּוּד inusit.

דּוּד m. Lxx. Sym. κόφινος *cophinus*. Lxx. item, κάλαθος, Vulg. *calathus*, καρτάλλος *canistrum, sporta*, λέβης, Vulg. *olla*, κάμινος *caminus*. Alii item, *ahenum, pelvis, labellum*, quo argilla defertur. Hinc cum præf. הַדּוּד *canistrum*, וְהַדּוּד *& canistrum*, בַּדּוּד *in lebetem*, כַּדּוּד *sicut lebes*, מִדּוּד *à cophino*. Plur. cum præf. בַּדּוּדִים *in canistris*; & cum (ו) mobili, quasi à דְּוַד, וּבַדְּוָדִים *& in lebetibus*. Const. cum א epenthetico, aut quasi à דּוּדָא inusit. דּוּדָאֵי *canistra*; servato (ּ) sub ד ob א seq. quasi esset quiescens; vide Gram. Heb. tom. 1. p. 90. c. 1. num. III. Vide etiam aliud דּוּדָאֵי in voce sequenti. R. דּוּד inusit.

דּוּדָאִים m. pl. quasi à sing. inusit. דּוּדָא, Lxx. Sym. μανδραγόρας, Vulg. & alii, *mandragoræ*. Lxx. item, μῆλα μανδραγόρας *poma mandragoræ*. Alii, *violæ*, *flores amabiles*; à דּוֹד *dilectus*, *amabilis*. Pletique *mandragoram* interpretantur, quæ, teste Dioscoride & aliis, amori conciliando est idonea. Hinc Venus appellatur *Mandragoritis*. Cum præf. הַדּוּדָאִים *mandragoræ*. Const. דּוּדָאֵי idem, servato (ּ) sub ד ob א sequens, vide vocem præced. Cum præf. בְּדוּדָאֵי *pro mandragoris*, מִדּוּדָאֵי *de mandragoris*. R. דּוּד inusit.

דּוֹדָה & דֹּדָה, f. Lxx. θυγάτηρ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς, *filia fratris patris*, ἡ συγγενὴς *cognata*. Alii, *amita*, patris soror. Cum affix. דֹּדָתוֹ *amita ejus*, m. דֹּדָתְךָ *amita tua*, m. R. דּוֹד inusit. Vel est femin. genus nominis דּוֹד *patruus*. Vide supra col. 388.

דֹּדֶיהָ vide דֹּדָיו, supra col. 386.

דּוֹדַי Mass. *Dodhâi*, Vulg. *Dudia*, nomen proprium unius è primariis ducibus Davidis, qui quatuor & viginti hominum millibus præerat, 1. Paral. 27. v. 4. Etym. *patruus* vel *dilectus meus*; ex דּוֹד *patruus*, *dilectus*, & aff. 1. p. f. c.

דֹּדָנִים vel דְּדָנִים, Mass. *Dodhanîm*, Vulg. *Dodanîm*, nomen proprium filii Javan, Gen. 10. v. 4. qui 1. Paral. 1. v. 7. dicitur רוֹדָנִים *Rodanim*, in plerisque exemplaribus; nam in aliis legitur דֹּדָנִים, ut Gen. 10. v. 4. Vulg. utrobique etiam legit *Dodanim*. Lxx. Vatic. utrobique etiam Ῥόδιοι *Rhodii*; similitudine literarum ד & ר decepti sunt. Ald. & Complut. 1. Paral. 1. v. 7. habent Δωδανίν, Δωδανείμ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 434. c. 1. Pro etymologia vide דֹּדָנִים, supra col. 386.

דָּוֶה m. Lxx. ὀδυνηρὸς *dolens*. Vulg. *mœstus*. Alii, *languidus*. Fem. דָּוָה, Lxx. ὀδυνωμένη (alius, ὀδυνηρὰ) *dolens*, αἱμοῤῥοοῦσα *sanguinis fluxu laborans*, ἀποκαθημένη *separata*, ob fluxum sanguinis menstruum, Levit. 20. v. 18. ubi alius, ἐν αἱμοῤῥοίᾳ *in fluxu sanguinis*. Vulg. *in fluxu menstruo*. Alii, *languida*. Cum præf. וְהַדָּוָה *& languida*. R. דָּוָה Hebræis inusitatum, sed Chald. Syris, Æthiopibus & Arabibus, *doluit*, &c.

דְּוֵה vide vocem præcedentem.

דּוּחַ QAL, unde HIPHIL הֵדִיחַ, Lxx. Theod. πλύνω, Lxx. item, ἀποπλύνω, Vulg. & alii, *lavo*, *abluo*. Lxx. item, ἐκκαθαρίζω *expurgo*, ἐξωθέω, Vulg. & alii, *ejicio*, *expello*.

PRÆT. 3. p. f. m. cum affix. & in pausa; quare ה notatur cum (ּ) loco (ָ), הֲדִיחָנִי *ejecit*, *expulit me*, c.

FUT. 3. p. f. m. יָדִיחַ *abluet*. 3. p. plur. m. יְדִיחוּ *abluent*.

דְּוַי m. idem quod דָּוֶה, cujus ה mutatur in (י) præcedente (ֶ), quod hic mutatur in (ַ) ob pausam; Lxx. ἐνδεόμενος *indigus deficiens*. Substantive, λύπη *dolor*, *tristitia*. Et Verbaliter, λυποῦμαι *dolore*, *tristitia afficior*. Vulg. *mœrens*. Alii, *languidus*. R. דָּוָה *doluit*.

דְּוַי m. idem quod nomen præced. sed in alia forma. Lxx. Psal. 40. Heb. 41. v. 3. al. 4. ὀδύνη αὐτοῦ, Vulg. Lat. *dolor ejus*; legebant דְּוַי pro דְּוָי. S. Hieron. *infirmitas*. Alii, *languor*. Plur. const. דְּוֵי, quasi à singulari דְּוֶה; unde cum præfix. כִּדְוֵי, Job. 6. v. 7. *Quæ prius nolebat tangere anima mea, ea sunt* כִּדְוֵי *quasi dolores panis*, vel *cibi mei*; ubi est hypallage, seu verborum trajectio, pro *sicut panis dolorum meorum*, h. e. cibus quo in doloribus meis vesci cogor; neglecta similitudinis particula, ut fit interdum, cum non similitudinem, sed veritatem exprimit. Quare כ illud vocatur à Grammaticis כ *veritatis*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 577. can. II.

דַּוִּיד vide דָּוִד, supra col. 388.

דּוּךְ QAL, unde 3. p. plur. c. PRÆTERITI דָּכוּ, Num. 11. v. 8. cum accentu in ultimam præter analogiam quasi à דָּכָה, vide alia exempla in Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 1. Lxx. ἔτριβον *tundebant*, *contundebant*; sic etiam alii. Vulg. *terebat* (populus).

דּוּכִיפַת f. Levit. 11. v. 19. Deut. 14. v. 18. Lxx. ἔποψ, Vulg. *upupa*. Alii, ut Bochartus de animal. sac. parte 2. l. 2. cap. 31. col. 343. Qimhhi, Aquinas, R. Serita Gaon, Pomarius, Elias Levita, &c. *gallus*, vel *gallina sylvestris*; ex דּוּךְ vel דִּיךְ, Arabibus

gallus, & כֵּיפָא *rupes*, *petra*. Alii radicem constituunt דָּמָה inusit.

דום QAL, unde 2. p. pl. m. IMPERATIVI ex forma hhólem, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 251. c. 1. דֹּמּוּ, Isai. 23. v. 2. Aq. σιωπήσατε, Sym. σιγήσατε, Vulg. & alii, *tacete*, *silete*. Lxx. ὅμοιοι γεγόνασι *similes facti sunt*; legebant דָּמוּ in 3. p. pl. c. praeteriti Qal verbi דָּמָה *similis fuit*.

POEL דּוֹמֵם, unde 1. p. s. c. PRAETER. cum praef. וְדוֹמַמְתִּי, Psal. 130. Heb. 131. v. 2. S. Hieron. & alii, *& silere feci*. Lxx. ἀλλὰ ὕψωσα, Vulg. Lat. *sed exaltavi*; legebant וְרוֹמַמְתִּי, à רוּם *exaltavi* in Qal, & *exaltare* in Poel. Sunt qui hanc personam uti & secundam plur. m. imperativi Qal referant ad דָּמַם, quod vide infra suo loco.

דּוּמָה f. Psal. 93. Heb. 94. v. 17. Ps. 114. Heb. 115. v. 17. Lxx. ᾅδης, Vulg. Lat. *infernus*, ubi perpetuum est silentium. Sic etiam S. Hieron. Psal. 93. at Psal. 114. *silentium* transtulit, ut & alii hanc vocem utrobique interpretantur. R. דום *silere*.

דּוּמָה Mass. & Vulg. *Dounâ*, vel *Dumâ*, nomen proprium 1°. filii Ismaëlis, Gen. 25. v. 14. 2°. urbis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 52. in Hebraeo. 3°. alterius urbis in Idumaea, Isai. 21. v. 11. Vel ibi est ipsa regio *Edom*, sive *Idumaea*, per aphaeresin τῆς א; unde Lxx. vertunt Ἰδουμαία. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 433. c. 1. tom. 2. p. 267. c. 2. Etym. *silentium*. Vide vocem praeced.

דּוּמִיָּה, & cum (ֻ) pro (וּ), דֻּמִיָּה, f. Aq. Sym. Theod. Psal. 21. Heb. 22. v. 2. al. 3. σιγή, S. Hieron. & alii, *silentium*. Lxx. ibid, ἄνοια, Vulg. Lat. *insipientia*. Lxx. item Verbaliter, ταπεινωθήσομαι *humilior*, Psal. 38. Heb. 39. v. 3. ὑποτάγηθι *subjicior*, Psal. 61. Heb. 62. v. 1. al. 2. πρέπει *decet*, Psal. 64. Heb. 65. v. 1. al. 2. R. דום & דָּמָה *siluit*.

דּוּמָם m. Vulg. & alii, *tacens*, *silens*. Et substantive, *silentium*. Lxx. Isai. 47. v. 5. κατανενυγμένη *compuncta* (Babylon); referebant ad דָּמַם, quod vide infra suo loco. Iidem. Habac. 2. v. 19. ὑψώθητι *exaltare*; legebant רוּם à רוּמָה in imperat. Qal, & cum ה parag. Cum praef. וְדוּמָם, Thren. 3. v. 26. Lxx. καὶ ἡσυχάσει *& quiescet*. Alii,

& quiescens, *& silens* (erit). Vulg. *cum silentio*; legebat בְּדוּמָם cum ב pro (ו). R. דום vel דָּמָה, *silere*.

דּוּמֶשֶׂק, 4. Reg. 16. v. 10. Mass. *Doummêśeq*, Vulg. *Damascus*, nomen propr. primariae & regiae urbis Syriae, quae est eadem ac דַּמֶּשֶׂק, & in pausa דַּמָּשֶׂק, ad Septentrionem Judaeae sive terrae promissionis. Etym. *similitudo sacci*; à דָּמָה *similis fuit*, & שַׂק *saccus*, &c. Vide infra דַּמֶּשֶׂק.

דון Heb. & Chald. QAL Lxx. Sym. κρίνω, Vulg. & alii, *judico*, *jus dico*, *causam ago*, *discepto*, &c.

PRAET. 3. p. s. m. דָּן *judicavit*. Cum aff. דָּנַנִּי *judicavit me*, c. Gen. 30. v. 6. ubi est dagh. forte in aff. ad compensandum נ epentheticum abjectum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 337. num. III. 339. c. 2. 3. p. pl. c. דָּנוּ *judicarunt*.

BEN. s. m. דָּן *judicans*. Plur. m. Chald. דָּאנִין, Esd. 7. v. 25. pro quo legendum docent Massorethae דָּיְנִין, *judicantes*, *judices*. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 604. c. 2. initio.

FUT. 3. p. s. m. ex forma hhólem, יָדוֹן Gen. 6. v. 3. Sym. κρινεῖ *judicabit*, *disceptabit*, Lxx. καταμείνῃ, Vulg. *permanebit*; videntur legisse יָלוּן pro יָדוֹן. Alii volunt ab eis lectum fuisse יָדוֹן à verbo inusit. נָדַן, unde נָדָן *vagina*; q. d. *non vaginabit*, non includetur quasi in vagina spiritus meus in homine in aeternum. Tertulliano corpus dicitur *adflatus Dei vagina*. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 218. c. 2. & sup. col. 326.

NIPHAL נָדוֹן, unde BEN. s. m. נָדוֹן, 2. Reg. 19. v. 9. al. 10. Lxx. διακρινόμενος *disceptans*. Vulg. *certabat*.

HIPHIL הֵדִין, Lxx. κρίνω, Vulg. & alii, *judico*, διακρίνω *discerno*, *dijudico*. Aq. Sym. διαδικάζω *discepto*. Vulg. item, *contendo*.

INFIN. cum praef. לָדִין, excluso ה characteristico, pro לְהָדִין, *ad judicandum*, *judicare*, *disceptare*, *contendere*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 148. c. 2. 259. c. 1.

IMPER. 2. p. s. m. cum aphaeresi characteristicae, הָדִין דִּין pro, *judica*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 259. c. 1. Sic cum praef. וְדִין pro וְהָדִין, *& judica*. 2. p. pl. m.

דִּינוּ, cum eadem aphæresi pro הָדִינוּ, *judicate*. Vide eandem Gram. ibid. c. 2.

Fut. 3. p. f. m. יָדִין *judicabit*. 2. p. f. m. תָּדִין *judicabis*. Cum præfix. תְּדִינֵנִי *judicabis me*, c.

דִּין, unde cum præfixo relativo pronomine ש notato cum (ְ) loco (ֶ), quod fit interdum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 74. c. 1. שְׁדִין, Job. 19. v. 29. ut legendum docent Massorethæ, quanvis scriptum sit שַׁדּוּן, Aq. Theod. κρίσις, Vulg. *judicium*. Lxx. ὕλη *materia*, nullo sensu. Alii, *quod æquum, quod justum est*. R. דִּין *judicare*.

דּוֹנַג, דֹּנַג, & in pausa דּוֹנָג, m. Lxx. κηρὸς, Vulg. & alii, *cera*. Cum præf. כַּדּוֹנַג, & in pausa כַּדּוֹנָג, *sicut cera*. R. דָּנַג inusit.

דוץ QAL, unde 3. p. f. f. Futuri תָּדוּץ, Job. 41. v. 13. al. 14. Lxx. τρέχει *currit*. Vulg. *præcedit*. Alii, *exsilit gaudio*. Idem est ac רוּץ literis ד & ר commutatis.

דּוֹר & דֹּר, m. vel c. Lxx. Aq. Sym. Theod. γενεὰ, Vulg. & alii, *generatio*. Lxx. item, συγγένεια *cognatio*, ἔγγονον *soboles*, τέκνον *filius*. Alii item, *ætas*. Cum præf. הַדּוֹר *generatio*, וְדוֹר & וָדֹר, *& generatio*, בְּדוֹר & בַּדּוֹר, *in generatione*, לְדוֹר, לְדֹר, לַדֹּר, *generationi*, מִדֹּר *de generatione*. Cum affix. דֹּרוֹ *generatio ejus*, m. Plur. דּוֹרִים, & ex terminatione fem. דֹּרוֹת & דֹּרֹת, *generationes*. Cum præf. הַדֹּרוֹת *generationes*, לְדֹרוֹת *in generationes*. Cum præf. & aff. בְּדֹרֹתָיו *in generationibus ejus*, m. לְדֹרֹתָיו *in generationes ejus*, m. לְדֹרֹתָם *in, per generationes eorum*, דֹּרֹתֵיכֶם *generationes vestræ*, m. לְדֹרֹתֵיכֶם *in generationes vestras*, m. דּוֹרוֹתֵינוּ vel דֹּרֹתֵינוּ, *generationes nostræ*, c. R. דּוּר *habitare*; unde *generatio*, quod in eodem loco vulgo habitet.

דֹּאר. Mass. & Vulg. *Dôr*, nomen proprium regionis & urbis ad mare, in dimidia Tribu Manasse cis Jordanem, Jos. 11. v. 2. c. 12. v. 23. &c. Etym. *ætas, generatio*. Vide vocem præced.

דור QAL. Lxx. οἰκέω, Vulg. & alii, *habito*.

Infin. cum præf. מִדּוּר *præ habitare, quam habitare*. Cum aff. & ex forma hhólem, de qua vide Gram. Heb. t. 1. p. 250. c. 1. דּוֹרִי, Isai. 38. v. 12. *habitare meum*, h. e, *habitatio mea*, sumto infinitivo pro substantivo, ut sæpe fit. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 541. c. 1. num. V. Hinc Lxx. συγγένειά μου, *cognatio mea*. Vulg. *generatio mea*. Pertinere etiam potest ad דּוֹר, quod vide in col. præcedenti.

דור Chald. PEAL. Theod. οἰκέω, κατοικέω, Vulg. & alii, *habito*, *inhabito*, ut apud Heb.

Ben. pl. m. דָּאֲרִין, pro quo legendum דָּיְרִין, secundum Mass. Dan. 2. v. 38. c. 3. v. 31. c. 6. v. 26. *habitantes*. Const. דָּאֲרֵי pro דָּיְרֵי, ibid. c. 4. v. 32. *habitantes*, *& habitatores*. Cum præf. וְדָאֲרֵי pro וְדָיְרֵי, ibid. *& habitatores*. Vide Gram. Chald. t. 2. p. 604. c. 1.

Fut. 3. p. f. f. תְּדוּר *habitabat*. 3. p. pl. m. cum metathesi literæ (י), יְדֻרוּן pro יְדוּרוּן, *habitabant*, Dan. 4. v. 9. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 604. c. 2.

דּוּר m. *pyra*, *rogus*. Hinc Ezech. 24. v. 5. דּוּר הָעֲצָמִים, Lxx. Verbaliter, ὑπόκαιε τὰ ὀστᾶ, *succende ossa*. Vulg. *compone strues ossium*. Qimhhi in h. l. *strue pyram* vel *rogum ossium*; ita ut דּוּר sit imperativus Qal verbi דּוּר *habitare*, & in alia significatione *succendere*, *struem componere*. Alii, *pyra*, *rogus ossium*. Rad. דּוּר *habitare*; unde *pyra*, *rogus*, quasi habitatio multorum lignorum simul.

דּוּרָא Mass. & Vulg. *Dourá* vel *Durá*, nom. proprium campi vel urbis in provincia Babylonis, Dan. 3. v. 1. Etym. *habitatio*, vel *pyra*, aut *rogus*; à דּוּר vel דּוֹר, idem.

דוש Heb. & Chald. QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀλοάω, Vulg. & alii, *trituro*. Lxx. Theod. item, καταξαίνω *contero*. Lxx. κατάγω *confringo*, πατέω *calco*, καταπατέω (Theod. συμπατέω) *conculco*, πρίζω *seco*.

Praet. 3. p. f. m. דָּשׁ *triturabat*. 1. p. f. c. cum præf. וְדַשְׁתִּי *triturabo*.

Ben. f. f. דָּשָׁא, Jerem. 50. v. 11. cum א in fine pro ה, nimirum דָּשָׁה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 407. c. 1. num. III. Lxx. ἐν βοτάνῃ *in herba*. Vulg. *super herbam*, h. e, *pinguis*, *lasciviens*. Legebant דֶּשֶׁא, à דָּשָׁא *herbascere*. Alii, *trituratus*.

Infin. ex forma hhólem, & cum א

prosthethico, אָדוּשׁ, Isai. 28. v. 28. pro דּוֹשׁ triturando. Alii fingunt verbum אָדַשׁ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 250. c. 2. 413. c. 1. Cum præf. & ex forma (ו), לָדוּשׁ, *ad triturandum*, 4. Reg. 13. v. 7. ubi Lxx. εἰς καταπάτησιν *in conculcationem*. Cum affix. דּוּשָׁם *triturare eos*.

Imper. 2. p. f. f. ex forma hhólem, & cum præf. (ו) affecto (ּ), quanvis accentus sit minister, וְדוֹשִׁי *& tritura*, Mich. 4. v. 13. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 385. c. 2.

Fut. 3. p. f. m. cum aff. & (ּ) pro (ו), תְּדוּשֶׁנּוּ יְדוּשֶׁנּוּ *triturabit eum*. 3. p. f. f. cum aff. תְּדוּשֶׁנָּה *conculcabit illud* (ovum). Cum præfix. & aff. וּתְדוּשִׁנַּהּ, Dan. 7. v. 23. Theod. καὶ συμπατήσει αὐτὴν, Vulg. *& conculcabit eam*. 2. p. f. m. תָּדוּשׁ *triturabis*.

Niphal נָדוֹשׁ, Lxx. καταπατέομαι, *conculcor*. Vulg. & alii, *trituror*, *teror*, *conteror*.

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנָדוֹשׁ, Isai. 25. v. 10. *& triturabitur*. Sym. καὶ ἀλοήσομεν *& triturabimus*. Is accepit וְנָדוּשׁ pro 1. p. pl. c. futuri Qal ex forma (ו).

Infin. ex forma (ו), & cum præfix. כְּהִדּוֹשׁ *sicut trituratur*, *ut teritur*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 253. c. 2.

Hiphil הֵדִישׁ, unde Infin. cum præf. aff. & sine ה characteristico, בְּדִישׁוֹ, Deut. 25. v. 4. pro בְּהַדִּישׁוֹ, *in triturare eum*, h. e. *qui triturat*; sive ut vertunt Lxx. ἀλοῶντα, Vulg. *triturans*. Alii fingunt nomen דַּיִשׁ, quod vide infra col. 400.

Hophal הוּדַשׁ, unde 3. p. f. m. Fut. יוּדַשׁ, Isai. 28. v. 27. Lxx. καθαίρεται *purgatur*. Aq. ἀλοηθήσεται, Vulg. & alii, *triturabitur*.

דּוֹת דָּוָה f. unde cum affix. דְּוֹתָהּ, Levit. 12. v. 2. Lxx. ἀφέδρου αὐτῆς *purgatio*, *menstruum ejus*, f. Aq. *miseria ejus*, Sym. *afflictio ejus*; quas versiones Latine tantum affert Hesychius. Theod. ὀδύνη αὐτῆς *dolor ejus*. Vulg. hanc vocem cum præcedenti & sequente conjunctam interpretatur: *separatio menstrua*. Alii, *languor ejus*, proprie ex fluxu menstruo. R. דָּוָה *languit*, *languidus fuit*.

דחה Qal. Lxx. ὠθέω, Vulg. & alii, *pello*, *impello*, *depello*, ἐκθλίβω *affligo*, ὑποσκελίζω *supplanto*, ἀνατρέπω *everto*.

Praet. 2. p. f. m. cum aff. דְּחִיתַנִי *impulisti me*.

Ben. f. m. דּוֹחֶה *impellens*, *persequens*. Fem. cum præf. הַדְּחוּיָה *impulsa*, *depulsa*.

Infin. דָּחֹה *impellendo*. Cum præf. & in alia forma, לִדְחוֹת *impellere*.

Niphal נִדְחָה, Lxx. ἀπωθέομαι *abjicior*. Sym. ἐξωθέομαι *expellor*. Lxx. item, ἀπόλλυμαι *pereo*, διασκορπίζομαι *dispergor*, ὑποσκελίζομαι *supplantor*. Vulg. & alii item, *impellor*, &c.

Ben. pl. m. const. נִדְחֵי *depulsi*, *expulsi*.

Fut. 3. p. f. m. יִדָּחֶה *expelletur*. 3. p. pl. m. cum (ּ) sub ד loco (ּ), & accentu in penultima, יִדַּחוּ, Jerem. 23. v. 12. *impellentur*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 294. c. 2. initio. Videtur esse potius ab inusit. דָּחַח, ut à שָׁחַח fit יָשֹׁחוּ, Eccle. 12. v. 4. Vide Gram. ibid. p. 222. c. 1. initio.

Pual דֻּחָה, unde 3. p. pl. c. Praet. דֹּחוּ, Psal. 35. Heb. 36. v. 13. Lxx. ἐξώσθησαν, Vulg. Latina, *expulsi sunt*. Sym. ὠθοῦνται *expelluntur*.

דַּחֲוָן fem. pl. Chald. à sing. inusit. דַּחֲוָה, vel דַּחְוָא, Dan. 6. v. 18. al. 19. Theod. ἐδέσματα, Vulg. *cibi*. Alii, *mensæ*, *cantiones*, *musici*, *instrumenta musica*, sic dicta, quod tristitiam expellant. Rad. דְּחָה Chald. *expulit*, &c.

דֶּחִי m. unde in pausa & cum præfix. מִדֶּחִי, Psal. 55. Heb. 56. v. 14. Psal. 115. Heb. 116. v. 8. Lxx. ἀπὸ ὀλισθήματος, Vulg. Lat. *à lapsu*. Alii, *ab impulsione*. R. דָּחָה *impulit*.

דְּחַל Chald. Peal, Theod. φοβέομαι, Vulg. & alii, *timeo*.

Ben. pl. m. cum præf. וְדָחֲלִין *& timentes*.

Peil f. m. דְּחִיל, Theod. φοβερὸς, Vulg. & alii, *terribilis*. Fem. דְּחִילָה *terribilis*, *timenda*.

Pael דַּחֵל, Theod. φοβερίζω, Vulg. & alii, *terreo*, *perterreo*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & aff. וִידַחֲלִנַּנִי, Dan. 4. v. 2. *& terruit me*, c. Ex (ּ) τοῦ (ו), & (ּ) τοῦ (ו) fit (ּ) sub (ו). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. IV.

דֹּחַן m. unde cum præf. וְדֹחַן, Ezech. 4. v. 9. Lxx. καὶ κέγχρος, Vulg. & alii, *& milium*, quod est frumenti genus. Aliis est species leguminis tenuissimi. R. דָּחַן inusit.

דָּחַף QAL. Lxx. σπεύδω *festino*. Theod. ὠθέω *pello, impello, urgeo*. Sic etiam recentiores.

Paoul pl. m. דְּחוּפִים *impulsi, citi, celeres, festinantes*. Cum præf. וּדְחוּפִים *& impulsi*, &c.

NIPHAL נִדְחַף, Lxx. σπεύδω, Vulg. *festino*, ἐπιστρέφω *revertor*, celeriter videlicet. Alii reciproce, *impello me, proripio cito, festinanter*.

Praet. 3. p. f. m. נִדְחַף *festinavit*. Alii, *impulsus est, impulit se ad aliquid*, &c.

דָּחַק QAL. Lxx. κακόω *malo afficio*. Vulg. & alii, *arcto, coarcto, premo, opprimo*.

Ben. pl. m. cum præf. & aff. וְדֹחֲקֵיהֶם *& opprimentes eos, & oppressores eorum*.

Fut. 3. p. pl. m. ex forma (-), cum ן parag. & in pausa; quare (-) mutatur in (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 161. post med. & 168. c. 2. יִדְחָקוּן *prement, oppriment*.

דַּי, & in pausa דָּי, m. *sufficientia*. Lxx. Aq. adjective, ἱκανὸς *sufficiens*. Cum præfix. וּכְדַי *& secundum sufficientiam*, לְמַדַּי, cum (-) sub מ loco (·), *ad sufficientiam*, עַד־בְּלִי־דָי, Malach. 3. v. 10. Lxx. ἕως οὗ ἱκανωθῆναι *donec sufficiat*. Vulg. *usque ad abundantiam*. Alii, *abundantissime, cumulatissime*. Cum affix. & in pausa; quare (י) afficitur (-) loco (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. num. IX. tom. 2. p. 311. c. 2. init. דֶּיֶּךָ *sufficientia tua*, m. cum dagh. in ד ad compensandum כ epenth. abjectum. דַּיָּם *sufficientia eorum*. Sequente affixo imprimitur dagh. forte τοῦ (י), quia nomen istud venit à דָּיַי inusit. Plur. const. דֵּי, contracte pro דְּיֵי, *sufficientia*. Cum præf. וְדֵי *& sufficientia*, וּכְדֵי *& secundum sufficientiam, & quantum satis est*. R. דָּיַי inusit.

דִּי particula expletiva, quæ nonnullis præpositionibus & adverbiis pleonastice quidem, sed eleganter, in fine adjicitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 378. med. Sic, בְּדִי *in, inter, pro*, כְּדִי *secundum, sicut*, מִדִּי *a, ab, è, ex, de, præ*, &c. Cum præfix. וּמִדִּי *& de*. Vide aliud דִּי in voce præced.

דִּי Chald. est 1°. Articulus gignendi casus, vide supra col. 369. & Gram. Chald. t. 2. p. 574. §. IV. c. 1. 2°. Relativum *qui, quæ, quod*, cujuslibet generis & numeri, respondetque Hebræorum pronomini אֲשֶׁר & שֶׁ; unde à Lxx. & Theod. redditur ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quæ, quod*, &c. Vide supra col. 369. & eandem Gram. ibid. p. 577. §. III. Cum particulis & quidem præpositis, וְדִי *& qui, quæ, quod, & quòd*, כְּדִי *cùm*, וּכְדִי *& cùm*, הָא־כְדִי *sicut, perinde ac, cum*, עַד־דִּי *usquedum*, עַל־דִּי *supra, magisquam*, כָּל־קֳבֵל דִּי, *propterea, propterea quod*. Cum particulis postpositis, דִּי־הֵן *quod si*, &c. Est etiam conjunctio *quòd, ut*, &c.

דִּיבֹן Mass. *Divón*, Vulg. *Dibón*, nomen proprium urbis à Mose Rubenitis datæ, sed inhabitatæ à Gaditis, Num. 32. vv. 3. 34. Jos. 13. vv. 9. 17. Sunt enim urbes quædam Rubenitis assignatæ, quæ tamen à Gaditis habitatæ leguntur. Vide doctiss. Reland. in Palæst. sacra, p. 735. Videtur eadem esse ac דִּבֹן גָּד *Dibón Gád*, Num. 33. v. 46. Etym. *abundantia intelligentiæ*, vel *ædificationis*; ex דַּי *abundantia*, & בִּין *intelligere*, aut בָּנָה *ædificare*. Vel Chaldaice, aut Syriace, *fluxus*; à דּוּב *fluere*.

דִּיבֹן גָּד Mass. *Divón Gádh*, Vulg. *Dibongád*, vide in voce præced.

דַּיָּג m. unde plur. cum præf. הַדַּיָּגִים, Isai. 19. v. 8. Lxx. ἁλιεῖς, Vulg. & alii, *piscatores*. R. דּוּג vel דִּיג, *piscari*, secunda radicali (י) facta mobili.

דַּיָּה f. idem quod דָּאָה, literis א & (י) commutaris. Vide supra col. 372. Hinc cum præf. וְהַדַּיָּה, Deut. 14. v. 13. Vulg. *& milvus*. Alii, *& vultur*. Vacat apud Lxx. Plur. דַּיּוֹת, Isai. 34. v. 15. Lxx. ἔλαφοι *cervi*. Vulg. *milvi*. Alii, *vultures*. R. דָּאָה *volavit*.

דְּיוֹ m. unde cum præf. בַּדְּיוֹ, Jerem. 36. v. 18. Vulg. & alii, *atramento*. Vacat apud Lxx. R. דְּיָה Chald. *atramento maculavit*.

דִּימוֹן, Isai. 15. v. 9. Mass. *Dimón*, Vulg. *Dibón*, nomen proprium urbis, quæ teste S. Hieron. eadem est ac דִּיבוֹן, quam vide supra, literis ב & מ commutatis. Aliis est rivus sive torrens, quem Eliseus precibus

regum Juda, Israel, & Edom, à Deo impetravit; & cujus aquæ ob solis radios ex adverso micantes rubræ instar sanguinis Moabitis apparuerunt. Vide 4. Reg. 3. vv. 16. 17. 20. & Gram. Heb. t. 2. p. 274. c. 1. Etym. *sanguinolenta*; à דם *sanguis*.

דימונה Mass. & Vulg. *Dimoná*, nomen proprium urbis in Tribu Juda, ad austrum, prope Idumæam, Jos. 15. v. 22. Etym. *sanguinolenta*; ex דם *sanguis*.

דין m. Heb. & Chald. Lxx. κριτὴς, Aq. δικαστὴς, Vulg. & alii, *judex*. Vulg. & alii item, *præses*, *causidicus*, *causarum cognitor*, &c. Hinc cum præf. לדין *in judicem*, *judex*. Const. & cum præfix. ודין *& judex*. Plur. Chald. cum præf. ודינין, Esd. 7. v. 25. *& judices*, *& præsides*, *& causarum cognitores*. R. דין *judicare*, &c.

דין m. Heb. & Chald. & emphatice דינא, & cum ה pro א, דינה, Chald. Lxx. κρίσις, Lxx. Theod. κρίσις, Vulg. & alii, *judicium*. Lxx. item, συνέδριον, Theod. κριτήριον, *synedrium*, *concilium*, *consessus judicum*. Lxx. item, δίκη *causa*. Cum præfix. דין, ודין, & Chald. ודינא, *& judicium*, *& judices*, seu *judicum consessus*, לדין *& inter litem*, *& inter causam*, מדין *à judicio*. Cum affix. דינך *causa tua*, f. Cum præf. & aff. ודיני *& causa mea*, c. R. דון vel דין *judicare*, &c.

דינה Mass. & Vulg. *Diná*, nom. proprium filiæ Jacobi ex Lia uxore, Gen. 30. v. 21. Etym. *judicium*. Vide vocem præced.

דינייא Mass. *Dinaïe*, Vulg. *Dinæi*, nomen propr. unius è populis quos ex Assyria in Samariam transtulit Asenaphar, Esd. 4. v. 9. Etym. *judices*; à דון vel דין *judicare*.

דיפת nomen propr. Vide ריפת, & Gram. Heb. tom. 1. p. 434. c. 1.

דיק m. Lxx. περίτειχος *circummurale*, προμαχὼν *propugnaculum*, φυλακὴ *custodia*, *præsidium*, βελόστασις *balista*, λίθοι τετράποδες *lapides quadrupedales*. Vulg. *munitiones*, *valla*. Alii, *aries*, seu machina quælibet bellica muris dejiciendis comminuendisque idonea; nam hanc vocem deducunt ex דקק *minuit*, *comminuit*. Alii fingunt דיק inusit.

דיש m. Levit. 26. v. 5. Lxx. ἀλοητὸς, Vulg. & alii, *tritura*. R. דוש *triturare*.

דיש m. idem, unde cum præf. & aff. בדישו *in tritura*, vel *trituratione ejus*, m. Vide supra col. 395. infinitivum Hiphil Verbi Rad. דוש *triturare*.

דישן Mass. *Dischán*, Vulg. *Disán*, nomen proprium filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 21. Etym. *trituratio*; à דוש *triturare*. Vel *pinguedo*, aut *cinis*; à דשן idem.

דישן vel דישון, m. Deut. 14. v. 5. Lxx. πύγαργος, Vulg. *pygargus*. Genus est capreæ sylvestris, aut tragelaphi, sic dicti à maculis cinereis quibus pars dorsi ejus respersa est, teste Agricola; à דשן *cinis*. Vide Bochart. de anim. sac. part. 1. l. 3. c. 20. col. 902.

דך Pronomen demonstrativum sing. femininum & Chaldaïcum, Lxx. ἐκείνη, *hæc*, *ista*, *illa*. Vide Gram. Chald. tom. 2. pag. 577. §. II.

דך, & in pausa דך, m. Lxx. πένης, Vulg. *pauper*, ταπεινὸς, Vulg. *humilis*, τεταπεινωμένος *humiliatus*. Aq. ἐπιτετριμμένος *attritus*. Sym. τεθλασμένος *fractus*, *confractus*, *contritus*. Sic etiam alii. Cum præf. & in pausa, ודך *& attritus*, לדך *attrito*. Plur. cum affix. דכיו, Prov. 26. v. 28. *Lingua fallax*, vel *mendax* (h. e. vir mendax) *odit* דכיו *attritos suos*, i. e. quos mendaciis suis atterit; ita ut odium in causa sit cur eos sic atterat, sive conterat. Lxx.... *odit* ἀλήθειαν, Vulg. *veritatem*; videntur legisse זכיו *puros*, *sinceros suos*, h. e. qui sincere & vere cum eo loquuntur, eumque corripiunt; posito abstracto pro concreto. Vel legerunt זכה *pura*; & substantive, *puritas*, *veritas*; à זכך *purus*, *mundus*, *sincerus fuit*. Ceterum דך venit à דכך inusit. sed idem significante ac דכא & דכה, de quibus infra.

דך Pronomen demonstrativum Chaldaicum, singulare, & masculinum, Lxx. ἐκεῖνος, *hic*, *iste*, *ille* Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 577. §. II. ubi scribitur דיך cum (י), ut invenitur plerumque in Targum, & ut etiam illud exhibent Grammaticæ Chaldaicæ; quanvis in Scriptura S. post inventa puncta legatur דך prout illud hic ponimus.

דכא

דָּכָא QAL, unde NIPHAL נִדְכָּא, ex quo Ben. pl. m. נִדְכָּאִים, Isai. 57. v. 15. Lxx. *συντετριμμένοι*, Vulg. & alii, *contriti*.

PIEL דִּכָּא, Lxx. *ἀδικέω injuria afficio, ἀτιμάζω ignominia afficio, καθαιρέω destruo, occîdo*; & Isai. 53. v. 10. *καθαρίζω purgo*, ubi referebant ad זָכָה, quod vide suo loco, *κακόω malis afficio, παίω percutio, ταπεινόω humilio, τιτρώσκω vulnero*. Vulg. & alii, *attero, contero*.

Praet. 3. p. s. m. ex forma quiesc. Lámedh ה, דִּכָּא *atterit, attrivit, contrivit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 275. c. 1. 2. p. s. m. ex eadem forma, sed א remanente, דִּכֵּאתָ *contrivisti*.

Infin. cum præfix. לְדַכֵּא *conterere*. Cum affix. דַּכְּאוֹ *conterere eum*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וִידַכֵּא *& conteret*, mutato utroque (ְ) in (ִי) sub (ו), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. IV. Sic cum præf. & aff. וִידַכְּאֵנִי *& conteret me*, c. 2. p. s. m. תְּדַכֵּא *conteras*. 3. p. pl. m. יְדַכְּאוּ *conterent*. Cum aff. יְדַכְּאוּם *conterunt eos*. 2. p. pl. m. תְּדַכְּאוּ *contereretis*. Cum præf. aff. & נ epenthetico affecto (ַ) loco (ְ), וּתְדַכְּאוּנַנִי, Job. 19. v. 2. *& attereretis, & contereretis me*, c. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 371. c. 2.

PUAL דֻּכָּא, Lxx. *μαλακίζομαι langueo, παύομαι quiesco, ἐν ὀδύνῃ εἰμὶ in dolore sum*. Aq. *συντρίβομαι*, Vulg. & alii, *conteror, atteror*. Aq. item & Theod. *ταπεινόομαι humilior*.

Praet. 3. p. pl. c. דֻּכְּאוּ *attriti, contriti sunt*.

Ben. s. m. מְדֻכָּא *attritus, contritus*. Pl. m. מְדֻכָּאִים *attrita, contrita*, fundamenta, retia, vel horrea.

Fut. 3. p. s. m. יְדֻכָּא *conteretur*.

HITHPAEL הִתְדַּכֵּא vel הִתְדַּכָּא, unde 3. p. pl. m. Futuri cum præf. & syncopa ת alterius literæ characteristicæ, vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 189. med. וִידַכְּאוּ, Job. 5. v. 4. & in pausa, ex forma (ָ), וִידַכָּאוּ, ibid. c. 34. v. 25. pro וְיִתְדַּכְּאוּ & וְיִתְדַּכָּאוּ, Lxx. Job. 5. v. 4. *καὶ κολαβρισθείησαν & conterantur*. Aq. *καὶ ἐκτριβήσονται*, Vulg. *& conterentur*. Sym. *καὶ ταπεινωθήσονται & humiliabuntur*. Theod. *καὶ κατεκλάσθησαν & confracti sunt*. Ibid. c. 34. v. 25. Lxx. *καὶ ταπεινωθήσονται & humiliabuntur*. Vulg. & alii, *& conterentur*.

דַּכָּא m. Lxx. *ταπεινὸς humilis*. Et substantive, seu abstractive, *ταπείνωσις humilitas*. Alii, *attritus, contritus*. Phrasis: פְּצוּעַ־דַּכָּא, Deut. 23. v. 1. al. 2. Lxx. *θλαδίας contusus, attritus*, testiculis videlicet. Aq. *τεθλασμένος ἐκτριμμῷ vulneratus attritione* (testiculorum). Vulg. *eunuchus*. Plur. const. דַּכְּאֵי *attriti, contriti*; unde דַּכְּאֵי רוּחַ, Psal. 33. Heb. 34. v. 18. al. 19. Lxx. *ὀλιγόψυχοι, pusillanimes*. Vulg. Lat. *humiles spiritu*. S. Hieron. *confracti spiritu*. Alii, *attriti, contriti spiritu*.

דָּכָה QAL, unde 3. p. s. m. Fut. יִדְכֶּה, ut legendum docent Massorethæ, Psal. 9. v. 31. vel, secundum Heb. Psal. 10. v. 10. quanvis scriptum sit ודכה, Lxx. *ταπεινώσει*, Vulg. Lat. *humiliabit* (eum). Aq. *θλασθεὶς fractus, attritus*. Alii, *atterit se, humiliat se*, h. e. membra sua contrahit, & in terra prorepit instar animalium quæ prædæ insidiantur.

NIPHAL נִדְכָּה, unde 1. p. s. c. Praet. cum præf. וְנִדְכֵּיתִי, Psal. 37. Heb. 38. v. 9. Lxx. *καὶ ἐταπεινώθην*, Vulg. Lat. *& humiliatus sum*. S. Hieron. *& incurvatus sum*. Alii, *& attritus, & contritus sum*.

Ben. s. m. cum præfix. וְנִדְכֶּה, Psal. 50. Heb. 51. v. 19. Lxx. *καὶ τεταπεινωμένην* (*καρδίαν*), Vulg. Lat. *& humiliatum*, alii, *& confractum, & contritum* (cor).

PIEL דִּכָּה, Lxx. *ταπεινόω humilio*, & passive, *ταπεινόομαι humilior*. Aq. *συνθλάω contero, confringo*; sic etiam alii.

Praeterit. 2. p. s. m. דִּכִּיתָ *contrivisti*. Cum affix. דִּכִּיתָנוּ *contrivisti nos*, c. Ceterum verbum istud idem est ac דָּכָא, sed in altero imperfectorum ordine.

דֳּכִי m. cum (ֳ) sub litera à gutturali diversa; quod fit interdum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. Lxx. *ἐπίτριψις allisio, contritio*. Vulg. Lat. & alii, *fluctus*, sic dicti, quod seinvicem collidant & conterant. Hinc cum affix. דָּכְיָם dochiam, Psal. 92. Heb. 93. v. 3. *contritio*, vel *fluctus eorum*, R. דָּכָה in Piel *attrivit, contrivit*.

דכן Pronomen demonstrativum Chaldaicum tertiæ personæ singularis communis generis, vide Gram. Chald. tom. 2. pag. 577. §. II. Theod. ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, Vulg. & alii, *ille, illa, illud, iste, ista, istud*.

דכר m. Chald. unde plur. דכרין, Lxx. κριοὶ, Vulg. & alii, *arietes*. Cum præf. ודכרין *& arietes*. R. דכר Chaldæis idem quod זכר Hebræis, *recordatus est*; unde זכר Heb. *masculus*, & דכר Chald. *aries*; quod sicut per masculum familia memoratur, h. e. continuatur: ita greges ovium per arietes perpetuantur.

דכרנה f. Chald. Esd. 6. v. 2. Lxx. ὑπόμνημα, Vulg. & alii, *commentarius, memoriale*. R. דכר *recordatus est*.

דכרניא dochrânaiiâ, m. pl. Chald. emphat. Esd. 4. v. 15. Lxx. ὑπομνηματισμὸς *commentarius*. Alius, ὑπομνηματίσματα *commentarii, commentationes*. Vulg. *historia*. R. דכר *recordatus est*; unde *commentarius*, q. d. memoriale.

דל & in pausa דָל, m. Lxx. Aq. Sym. πτωχὸς, Lxx. item, πένης, πτωχὸς, πτωχός, Vulg. & alii, *pauper, mendicus*. Lxx. item, ἁδρὸς *crassus*, ἀδύνατος *impotens*, ἀσεβὴς *impius*, ἀσθενὴς *imbecillis*, ἥττων *minor*, ταπεινὸς *humilis*, ταπεινότερος *humilior*, πονηρὸς *malus*, &c. Aq. item, ἄπορος *infirmus*, ἀραιὸς & ἀραιούμενος, *tenuis*. Sym. item, ἄγονος *sterilis*. Alii item, *attenuatus, exhaustus, macilentus*, &c. Cum præfixis, הַדַּל *attenuatus*, וְדַל, וְדָל in pausa, & וְהַדַּל, *& tenuis*, לְדַל & in pausa לְדָל, *tenui*. Plur. דַּלִּים *tenues*. Cum præfix. הַדַּלִּים *tenuissimi*, וְדַלִּים *& tenues*. Rad. דָּלַל *attenuatus, exhaustus est*.

דל m. Psal. 140. Heb. 141. v. 3. עַל־דַּל שְׂפָתָי, Lxx. περὶ τὰ χείλη μου, *circa labia mea*. Sym. ἐπὶ τοῖς χείλεσί μου, Theod. ἐπὶ τὰ χείλη μου, *super labia mea*; vocem Heb. prætermiserunt. S. Hieron. (serva) *paupertatem labiorum meorum*; referebat דַּל ad דָּלַל, vide vocem præced. Aliis דַּל est *elevatio, elatio*; à דָּלָה *erexit, extulit, elevavit*. Aliis est *porta*, à דֶּלֶת per apocopen; ut à בַּת fit בֵּנֶת, *filia* per syncopen.

דלג QAL, unde BENONI f. m. cum præf. הַדּוֹלֵג, Soph. 1. v. 9. Lxx. ἐμφανῶς *manifeste*, nullo aut parum commodo sensu. Sym. ἐπιβαίνοντες *ascendentes*, per enallagen plurale numeri pro singulari. Vulg. *qui arroganter ingreditur*. Alii, *saliens, subsiliens, insiliens*, &c.

PIEL דִּלֵּג, Lxx. πηδάω, Vulg. *salio*, ὑπερβαίνω *transgredior, transcendo*. Vulg. item & alii, *transilio, subsilio*.

BEN. f. m. מְדַלֵּג *transiliens, subsiliens*.

FUT. 3. p. f. m. יְדַלֵּג *transiliet*. 1. p. f. c. cum (·) in fine loco (-) ob Maqqaph, אֲדַלֶּג־ *transiliam, transgrediar*.

דלה QAL, Lxx. & alius, ἀντλέω, Vulg. & alii, *haurio*. Lxx. item, ἐξαντλέω, Vulg. & alii, *exhaurio*. Alii item, *eleva, exalto, effero*.

PRAET. 3. p. f. m. דָּלָה *hausit*.

INFIN. דְּלֹה *hauriendo*.

FUT. 3. p. f. m. cum affix. יִדְלֶנָּה *exhauriet illud* (consilium). 3. p. pl. f. cum præf. וַתִּדְלֶנָה *& hauserunt*, Exod. 2. v. 16. ubi deficit (י) post ל, pro וַתִּדְלֶינָה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 290. c. 2.

PIEL דִּלָּה, unde 2. p. f. m. PRAETERITI cum affix. & in pausa, דִּלִּיתָנִי, Psal. 29. Heb. 30. v. 1. al. 2. Lxx. ὑπέλαβές με, Vulg. Lat. *suscepisti me*, c. Aq. ἀνέσωσάς με, S. Hieron. *salvasti me*, c. Alius, ἀνεβίβασάς με, *ascendere me fecisti* (ex periculis), h. e. liberasti me, c. Alius, ἀνενέωσάς με, *renovasti me*, c. Alii, *elevasti, exaltasti me*, c.

IMPER. 2. p. pl. m. דַּלְיוּ, Prov. 26. v. 7. ubi tertia rad. ה mutatur in (י), & dagh. excidit ex ל ob (ִ) ei suppositum, pro דַּלּוּ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 296. c. 2. Lxx. ἄφελε *aufer*, per enallagen sing. pro plurali ἀφέλετε *auferte*. Sym. ἐξέλιπον *defecerunt*, legebat דָּלְיוּ in præt. Qal formæ בָּכְיוּ, quam vide in ead. Gram. Heb. ibid. p. 285. c. 1. Alii, *auferte tibias* (h. e. cothurnos, ornamenta tibiarum) *à claudo, & parabolam ab ore stultorum*; cujus loci sensum recte expressit Vulg. *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias*, sive cothurnos, *sic indecens est in ore stulti parabola*. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 46. c. 2.

דַּלָּה f. *tenuitas*, *paupertas*, &c. sed sumitur sæpius adjective ; unde Lxx. πένης, Vulg. *pauper*, πτωχὸς *mendicus*, καταλοίπος *reliquus*. Et substantive, Cant. 7. v. 5. al. 6. πλόκιον *capillus plexus*, *cincinnus*, *cæsaries*. Vulg. *coma*. Alius ibid. ἐξυλόσαμενος *ornatus*. Alii item, Isai. 38. v. 12. *peniculamentum*, seu *peniculi*, quos textores in extrema tela relinquunt ; q. d. filum tenue. Hinc cum præfix. מִדַּלָּה *præ tenuitate*, *præ filo tenuissimo*. Const. דַּלַּת *tenuitas*, *tenuissimi*. Cum præf. וְדַלַּת *& coma*, *& cæsaries*, *& capilli*, ומדלת *& de tenuitate*, *& de pauperibus*. Plur. דַּלּוֹת *tenuitates*, *tenues*, *pauperes*, *macilentæ*. Cum præf. ומדלות *& de tenuibus*, *& de pauperibus*. R. דָּלַל *attenuatus est*, &c.

דלח QAL. Lxx. καταπατέω *conculco*, ταράσσω, Vulg. & alii, *turbo*, *conturbo*, proprie aquas.

FUT. 3. p. f. f. ex forma (-), & cum aff. תִּדְלָחֵם, Ezech. 32. v. 13. *conturbabit eas* (aquas). 2. p. f. m. cum præf. וַתִּדְלַח, ibid. v. 2. *& conturbasti*.

דְּלִי m. Lxx. κάδος, Vulg. & alii, *cadus*, *situla*. Lxx. item metaphorice, σπέρμα *semen*. Hinc cum præf. מִדְּלִי *de fitula*. Plur. cum præf. aff. sine (י) indice pluralis numeri, & punctis transpositis, מִדָּלְיָו pro מִדְּלָיו, Num. 24. v. 7. *de fitulis ejus*, m. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 100. c. 1. 2. Vulg. *de fitula ejus*, m. legebat מדליו in sing. R. דָּלָה *hausit* ; unde *fitula*, q. d. haustrum.

דְּלָיָה, & cum syllabica adjectione

דְּלָיָהוּ, Mass. *Delaiá*, *Delaiáhou*, Vulg. *Dalaiá*, *Delaias*, nomen proprium 1°. filii Elioenai filii Naariæ, 1. Paral. 3. v. 24. 2°. filii Semeiæ, Jerem. 36. v. 12. Etym. *pauper*, sive *exhaustio*, aut *ramus Domini* ; à דַּל *pauper*, aut דָּלָה *exhausit*, aut דָּלִית vel דָּלִיָּה, inusit. *ramus*, & יָהּ *Dominus*.

דָּלִיּוֹת f. plur. à sing. inusit. דָּלִיָּה, cujus (-) antepenultimæ remanet ; quia motiones in hac syllaba non mutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 56. num. II. Lxx. κλάδοι, Vulg. & alii, *rami*, κλήματα, Vulg. & alii, *palmites*, *propagines*, &c. Hinc cum affix. דָּלִיּוֹתָיו *propagines ejus*, m. Cum præf. & aff.

וְדָלִיּוֹתָיו *& palmites ejus*, m. R. דָּלָה *hausit* ; unde *palmites*, quod succum è radice hauriant. Vel דָּלַל *extulit* ; unde *rami*, qui sursum extolluntur ; sed forma est à דָּלָה, cujus ה mutatur in (י).

דְּלִילָה Mass. *Delilá*, Vulg. *Dalilá*, nomen propr. mulieris, quam amavit Samsom, Jud. 16. v. 4. Etym. *paupertas*, vel *fitula*, vel *ramus ejus*, f. à דַּל *paupertas*, vel דְּלִי *fitula*, vel דָּלִית aut דָּלִיָּה, *ramus*, & aff. 3. p. f. f.

דלל QAL. Lxx. ἀσθενέω, Sym. ἀτονέω, *infirmus*, *imbecillis sum*. Lxx. item, πτωχεύω *mendico*, *pauper*, *miser sum*, ταπεινόομαι, Vulg. *humilior*. Vulg. item & alii, *exhaurior* (atque ita cum דָּלָה convenit) *attenuor*, *depauperor*.

PRAET. 1. p. f. c. דַּלּוֹתִי *attenuatus sum*. 3. p. pl. c. דַּלּוּ, & in forma perfecta דָּלְלוּ, *attenuantur*, *attenuant se*. 1. p. pl. c. דַּלּוֹנוּ *attenuati sumus*.

NIPHAL נָדַל, Lxx. πτωχεύω *mendico*, *pauper*, *miser sum*, ἐκλείψις εἰμι, *defectio sum*, *deficio*. Vulg. *humilior*. Alii, *attenuor*.

FUT. 3. p. f. m. יִדַּל *attenuabitur*. Cum præf. וַיִּדַּל *& attenuatus est*.

דִּלְעָן Mass. *Dilán*, Vulg. *Deleán*, nom. proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 38. Etym. *pauperis* vel *attenuati responsio*, aut *afflictio* ; à דַּל *pauper*, *attenuatus*, & עָנָה *respondit*, *afflixit*.

דלף QAL. Lxx. V^a. & VI^a. edit. στάζω, Vulg. & alii, *stillo*. Sym. καταστάζω *distillo*.

PRAET. 3. p. f. f. דָּלְפָה *stillat*. Lxx. Psal. 118. Heb. 119. v. 28. ἐνύσταξεν, Vulg. Lat. *dormivit* ; sed mendum graphicum videtur pro ἐνέσταξεν *distillavit*, ut vertit S. Hieron.

FUT. 3. p. f. m. יִדְלֹף, Eccle. 10. v. 18. *perstillat*. Vulg. *perstillabit*.

דֶּלֶף m. Lxx. Sym. σταγὼν *stilla*, *gutta*. Aq. σταγετὸς *stillicidium*. Vulg. *stillans*. Lxx. item, εὐχὴ *votum*, *oratio*. Cum præf. וְדֶלֶף *& stilla*. R. דָּלַף *stillavit*.

דַּלְפוֹן Mass. *Dalphón*, Vulg. *Delphón*, nomen proprium unius è filiis Aman, Esth. 9. v. 7. Etym. *stillicidium* ; à דָּלַף *stillavit*. Vel *pauperem*, *attenuatum*, *macilentum respiciens* ;

à דַּל *pauper*, *attenuatus*, *macilentus*, & פָּנָה *aspexit*, *respexit*.

דלק Heb. דְּלַק Chald. QAL & PEAL. Lxx. ἐμπυρίζομαι, ἐξάπτομαι, *incendor*, *succendor*, καίομαι, φλέγομαι (sic etiam Theod.) *ardeo*, *uror*, ἐκκαίομαι (sic etiam Sym.) *exuror*, καταδιώκω *fervide*, *ardenter insequor*. In hac postrema significatione construitur vel cum accusativo, vel cum præpositione אַחֲרֵי *post*.

Praet. 2. p. f. m. דָּלַקְתָּ *insectatus es*. 3. p. pl. c. cum præf. וְדָלְקוּ & *accensi sunt*. Cum affix. & (ֻ) pro (וּ), דְּלָקֻנוּ *persequuntur nos*, c.

Ben. pl. m. דֹּלְקִים, Prov. 26. v. 23. Lxx. δόλια *dolosa*, Vulg. *tumentia*, alii, *ardentia* (labia). Cum præf. לַדֹּלְקִים, Psal. 7. v. 14. Lxx. τοῖς καιομένοις, Vulg. Lat. *ardentibus*. Sym. εἰς τὸ καίειν, S. Hieron. *ad comburendum*. Alii, *ardentes* (ita ut ל sit pleonasticum) vel *in ardentes*. Alii, *fervide insectantibus*.

Peil f. m. דָּלִק, Dan. 7. v. 9. Theod. φλεγόμενον, Vulg. *accensus*.

Infin. cum præf. מִדְּלֹק, 1. Reg. 17. v. 53. *à persequendo*, *persequi*. Sym. substantive, ἀπὸ τῆς διώξεως *ab insectatione*.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (ַ), יִדְלַק *persequitur*, *incenditur*, &c.

HIPHIL הִדְלִיק, Lxx. ἀνάπτω, συγκαίω, Vulg. & alii, *accendo*, *succendo*.

Infin. הַדְלֵק *accendendo*.

Fut. 3. p. f. m. cum aff. יַדְלִיקֵם *incendat eos*.

דַּלֶּקֶת f. unde cum præf. וּבַדַּלֶּקֶת, Deut. 28. v. 22. Lxx. καὶ ῥίγει, Vulg. & *frigore*, per antiphrasin. Alii è contrario, & *febri ardente*. R. דָּלַק *accensus*, *succensus est*.

דֶּלֶת & in pausa דָּלֶת, c. sed sæp. f. Lxx. Aq. Sym. Theod. θύρα, Lxx. item, θύρωμα, πύλη, Vulg. & alii, *janua*, *porta*, *ostium*. Lxx. item, σανὶς *tabula*, pars pro toto; σελὶς *pagina*, sic dicta quod in membranis, sive voluminibus, quandam portæ formam haberet. Cum præf. הַדֶּלֶת, & in pausa הַדָּלֶת, *porta*, וְהַדֶּלֶת & *porta*, וּבַדֶּלֶת & *in porta*, לַדֶּלֶת *portæ*. Cum præf. & aff. בְּדַלְתּוֹ *in porta ejus*, m. דַּלְתֶּךָ, Lxx. ἡ θύρα σου, in sing. *porta tua*, m. Isai. 26. v. 20. à

sing. inusit. דָּלְתָּ, & cum (י) pleonastico, aut potius antiqua vocali *e*, quæ nunc exprimitur per (ְ) sub ת. Vel est mendum pro דְּלָתֶיךָ in plur. m. *portæ tuæ*, vel *ostia tua*, ut transtulit Vulg. Dual. דְּלָתַיִם *portæ*, *valvæ*, ab eodem sing. inusit. דָּלֶת, vel à plur. formæ masc. דְּלָתִים, vide similia exempla in Gram. Heb. tom. 1. p. 66. in Append. Cum præf. וּדְלָתַיִם, & in pausa וּדְלָתָיִם, & *portæ*, בִּדְלָתַיִם *in portis*. Const. דַּלְתֵי (à דֶּלֶת) *porta*, *fores*, *januæ*. Cum præf. וְדַלְתֵי & *fores*, בְּדַלְתֵי *foribus*, è בְּדַלְתֵי *foribus*, cum dagh. in ת, quod tamen in accuratissimis exemplaribus non paucis exsulat ab hac litera, forte per exceptionem, de qua vide Gram. Heb. t. 1. p. 32. c. 1. num. 6. Plur. ex terminatione masc. דְּלָתִים *fores*, unde cum aff. דְּלָתָיו *fores ejus*, f. דְּלָתַיִךְ *fores tuæ*, m. דְּלָתַי *fores meæ*, c. Ex terminatione fem. דְּלָתוֹת *fores*, *januæ*, *paginæ*. Cum præf. הַדְּלָתוֹת *januæ*, & וְהַדְּלָתוֹת & *januæ*, לַדְּלָתוֹת *januis*. Const. דַּלְתוֹת *fores*, cum (ַ) sub ד pro (ְ); quia duæ illæ motiones facile invicem permutantur. Cum præfix. בְּדַלְתוֹת *fores*, לְדַלְתוֹת *foribus*. Cum præf. & aff. דַּלְתוֹתָיו & דַּלְתֹתָיו, *fores ejus*, m. דַּלְתֹתַי, וְדַלְתוֹתָיו & *fores ejus*, m. *fores meæ*, c. וְדַלְתוֹתֵיהֶם & *fores eorum*. In his vocibus ת radicale caret dagh. leni post (ְ) quiesc. sub ל, quia (ְ) illud natum est ex (ֶ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 31. c. 2. R. דָּלַת inusit. Aliis דָּלַת est ipsa radix.

דם m. Lxx. Aq. Sym. Theod. αἷμα, Vulg. & alii, *sanguis*. Lxx. item, ὄρος *mons*, Levit. 19. v. 26. ubi pro דָּם legerunt הָם *excelsus* (locus); ὕδωρ *aqua*, Ose. 6. v. 8. quo in loco pro מִדָּם *à sanguine*, legisse videntur מַיִם *aquæ*; ὄνομα *nomen*, Psal. 71. Heb. 72. v. 14. ubi pro דָּמָם *sanguis eorum*, legerunt שְׁמָם *nomen eorum* Cum præfix. הַדָּם *sanguis*, וְדָם & וְהַדָּם, וָדָם, & *sanguis*, בַּדָּם & בְּדָם, *in sanguine*, וּבְדָם & *in sanguine*, כְּדָם *sicut sanguis*, לְדָם & לַדָּם, *sanguini*, מִדָּם *de sanguine*. Const. דַּם *sanguis*. Cum præf. הֲדַם *num sanguis?* וְדַם & *sanguis*, בְּדַם *in sanguine*, וּבְדַם & *in sanguine*, לְדַם *sanguini*, מִדַּם *de sanguine*, וּמִדַּם & *de sanguine*. Cum

præf. & affix. דָּמוֹ *sanguis ejus*, m. וְדָמוֹ *& sanguis ejus*, m. מִדָּמוֹ *de sanguine ejus*, m. דָּמָהּ *sanguis ejus*, f. מִדָּמָהּ *de sanguine ejus*, f. דָּמְךָ *sanguis tuus*, m. בְּדָמְךָ *in sanguine tuo*, m. Ezech. 19. v. 10. ubi quidam interpretantur *in similitudine tua*, à דָּמָה *similis fuit*; alii, *in quiete tua*, à דּוּם *silere*, *quiescere*. מִדָּמְךָ *de sanguine tuo*, m. דָּמֵךְ *sanguis tuus*, f. בְּדָמֵךְ *in sanguine tuo*, f. דָּמִי *sanguis meus*, c. וְדָמִי *& sanguis meus*, c. בְּדָמִי *in sanguine meo*, c. דָּמָם *sanguis eorum*, וְדָמָם *& sanguis eorum*, לְדָמָם *sanguini eorum*, מִדָּמָם *de sanguine eorum*, דִּמְכֶם *sanguis vester*, m. cum ( ) pro (-); quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 91. c. 1. Plur. דָּמִים *sanguines*. Lxx. bis φόνος *cædes*. Cum præf. הַדָּמִים *sanguines*, וְדָמִים *& sanguines*, בְּדָמִים & בַּדָּמִים, *in sanguinibus*, לְדָמִים *sanguinibus*, *cædibus*, מִדָּמִים *à sanguinibus*. Const. דְּמֵי *sanguines*. Cum præf. בִּדְמֵי *in sanguinibus*, וּכִדְמֵי *& secundum sanguines*, מִדְּמֵי *de sanguinibus*. Cum præf. & aff. דָּמָיו *sanguines ejus*, m. וְדָמָיו *& sanguines ejus*, m. דָּמֶיהָ *sanguines ejus*, f. דָּמַיִךְ *sanguines tui*, m. בְּדָמַיִךְ *in sanguinibus tuis*, m. דְּמֵיהֶם *sanguines eorum*. Phrasis: *sanguis ejus in eo*, vel *super caput ejus sit*, &c. est: *mortis suæ causa sit*, *reus sit mortis suæ*; unde Lxx. ἔνοχός ἐστι *reus est*. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 244. c. 1. & præter loca hîc laudata, vide Exod. 22. v. 3. Levit. 20. vv. 9. 11. 12. 13. 16. 27. &c. Sunt qui hanc vocem deducant ex אָדַם *rubuit*, per aphæresin τοῦ א.

דָּמָה Heb. & Chald. QAL. Lxx. ὁμοιόομαι, Vulg. & alii, *assimilor*, *similis fio*, ὅμοιός εἰμι *similis sum*, ὁμοιόω ἐμαυτὸν *assimilo me*, *assimilor*, σιγάω *sileo*, *quiesco*, διαλείπω *cesso*, &c. referebant ad דּוּם vel דָּמַם. Sym. ἐξισάζω *æquo me*, *æqualis sum*.

Praet. 3. p. s. m. דָּמָה *similis factus est*. 3. p. s. f. דָּמְתָה *similis facta est*. 2. p. s. m. דָּמִיתָ *similis es*. 1. p. s. c. דָּמִיתִי *similis factus sum*. 3. p. pl. c. דָּמוּ *similes fuerunt*. 1. p. pl. c. דָּמִינוּ *similes fuissemus*.

Ben. s. m. דּוֹמֶה, & Chald. דָּמֵה, Lxx. Theod. ὅμοιος *similis*. Fem. Chald. דָּמְיָה idem.

Imper. 2. p. s. m. דְּמֵה *similis esto*. Cum præf. וּדְמֵה *& similis esto*.

Fut. 3. p. s. m. יִדְמֶה *assimilabitur*. 3. p. s. f. תִּדְמֶה *quiescet*, *cessabit*. 3. p. pl. f. תִּדְמֶינָה *quiescent*, *cessabunt*. 1. p. pl. c. cum præf. וְנִדְמֶה, Isai. 46. v. 5. *& similes erimus*. Aliis est Benoni Niphal *& assimilatus* (sum).

NIPHAL נִדְמָה, Lxx. ὁμοιόομαι *assimilor*, ὅμοιός εἰμι *similis sum*. Et in alia significatione, ἀπόλλυμαι *pereo*, ἀπορρίπτομαι *abjicior*, κατανύσσομαι *compungor*. Alii item, *exscindor*, *abscindor*, &c.

Praet. 3. p. s. m. נִדְמָה *similis factus est*, *exscisus est*. 3. p. s. f. נִדְמְתָה *exscisa est*. 2. p. s. m. נִדְמִיתָ *similis factus es*; & expresso ה quod in fine latebat, נִדְמִיתָה *exscisus es*. 1. p. s. c. נִדְמֵיתִי *exscisus sum*. 3. p. pl. c. נִדְמוּ *similes facti sunt*, *exscissi sunt*.

Ben. s. m. נִדְמֶה *exscisus* (est), Ose. 10. v. 6. al. 7. ubi Lxx. active, ἀπέρριψε, Complut. ἀπέβαλε, *abjecit*. Vulg. *transire fecit*.

Infin. cum characteristica præteriti, & ex terminatione hhólem, נִדְמֹה *exscindendo*, Ose. 10. v. 15. al. cap. 11. v. 1. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 293. c. 1. initio.

PIEL דִּמָּה, Lxx. ὁμοιόω, Vulg. & alii, *assimilo*. Lxx. item, Aq. Theod. & VII. edit. ὑπολαμβάνω, *suscipio*, *suspicor*. Sym. νομίζω *existimo*, εἰκάζω *assimilo*, *conjicio*. Lxx. item, ἐνθυμέομαι *cogito*, εἶπω, ἐρέω, *dico*, ἐθέλω *volo*, διαγινώσκω, *statuo*, *decerno*, διώκω *persequor*, 2. Reg. 21. v. 5. ubi construitur cum ל. Alii item, *exscindo*.

Praet. 3. p. s. m. דִּמָּה *exscidit*. 2. p. s. m. דִּמִּיתָ *existimasti*. 1. p. s. c. דִּמִּיתִי *existimavi*. Cum præf. וְדִמִּיתִי, Ose. 4. v. 5. ubi in aliis exemplaribus legitur וְדָמִיתִי, Lxx. καὶ ὡμοίωσα *& assimilavi*. Vulg. *tacere feci*; referebat ad דָּמַם, de quo infra. Alii, *& exscindam*. Cum aff. דִּמִּיתִיךְ *assimilavi te*, m. 3. p. pl. c. דִּמּוּ *existimarunt*, *voluerunt*, *cogitarunt*. 1. p. pl. c. דִּמִּינוּ *existimavimus*, *cogitavimus*.

Fut. 3. p. s. m. יְדַמֶּה *cogitat*, *existimat*. 2. p. s. f. תְּדַמִּי *existimes*. 1. p. s. c. אֲדַמֶּה *assimilabo*. 2. p. pl. m. cum ן parag. & ה mutato in (י), תְּדַמְּיוּן *assimilabitis*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 297. c. 2. Sic cum affix.

תְּדַמְּיוּנִי *aſſimilabitis me*, c. Vide ibid.

HITHPAEL הִתְדַּמָּה, Lxx. ὅμοιός εἰμι, *ſimilis ſum*, ῥίπτομαι *jacior*, ἀποῤῥίπτομαι *projicior*, *abjicior*, πίπτω *cado*. Alii item, *exſcindor.*

FUT. 1. p. ſ. c. אֶדַּמֶּה *ſimilis ero*, cum ſyncopa ת alterius characteriſticæ literæ, pro אֶתְדַּמֶּה. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 306. c. 2. fin. Sic in 3. p. pl. m. יִדַּמּוּ *exſcindentur*, pro יִתְדַּמּוּ. 2. p. pl. m. תִּדַּמּוּ *exſcindamini*, pro תִּתְדַּמּוּ. Verum duæ illæ perſonæ melius referuntur ad futurum Niphal verbi דָּמַם, ob accentum in penultima. Vide Gram. Heb. ibidem.

דֻּמָּה & , ſecundum alia exemplaria, דֻּמָה, f. unde cum præf. כְּדֻמָה, aut כְּדֻמָּה, Ezech. 27. v. 32. Lxx. καταστιγηθεῖσα *ſilere facta*. Vulg. *quæ obmutuit*. Alii, *exſciſa*, neglecta ſimilitudinis particula, ut ſæpe fit. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 577. can. II. Sunt qui hanc vocem referant ad Paoul Qal verbi דּוּם *ſilere*. Aliis eſt nomen proprium. Vide interpretes. Rad. דּוּם vel דָּמַם *ſiluit*, *conticuit.*

דְּמוּת f. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὁμοίωσις, Lxx. item, ὁμοίωμα, Vulg. & alii, *ſimilitudo*. Lxx. item, εἰκὼν *imago*, ἰδέα *forma*. Et adjective, ὅμοιος *ſimilis*. Cum præfix. וּדְמוּת & *ſimilitudo*, בִּדְמוּת *in ſimilitudine*, כִּדְמוּת *ſecundum ſimilitudinem*. Cum præf. & aff. בִּדְמוּתוֹ *in ſimilitudine ejus*, m. כִּדְמוּתֵנוּ *ſecundum ſimilitudinem noſtram*, c. R. דָּמָה *ſimilis fuit.*

דְּמִי m. unde cum præf. בִּדְמִי, Iſai. 38. v. 10. Lxx. ἐν ὕψει *in altitudine*; legebant בְּרָמִי, ſecundum S. Hieron. comm. in h. l. à רוּם *altum eſſe*. Aq. Sym. Theod. teſte eodem Hieron. ibid. *in infirmitate*, *in ſilentio*. Alii, ſecundum Cyrillum, ἐν ἡμίσει, Vulg. *in dimidio*. Recentiores, *in exſciſione*, à דָּמָה in Niphal נִדְמָה *exſciſus eſt.*

דֳּמִי m. Pſal. 82. Heb. 83. v. 1. al. 2. cum (ֳ) ſub litera non gutturali, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. אַל־דֳּמִי־לָךְ, Lxx. τίς ὁμοιωθήσεταί σοι, Vulg. Lat. *quis ſimilis erit tibi?* Ad verbum: *non* (eſt) *ſimilitudo tibi* cum alio. S. Hieron. *ne taceas tibi*. Alii, *ne ſit tibi ſilentium*. Iſai. 62. v. 6. אַל־דֳּמִי לָכֶם, Lxx. οὐκ ἔστι γὰρ ὑμῖν ὅμοιος, *non enim eſt vobis ſimilis*. Sym. μὴ ἡσυχάσητε, *ne quieſcatis*. Vulg. *ne taceatis*. Alii, *non ſit vobis ſilentium*. Ibid. v. 7. וְאַל־תִּתְּנוּ דֳמִי לוֹ, Sym. μηδὲ δῶτε ἡσυχάσαι αὐτῷ, *neque detis quieſcere ei*. Theod. καὶ μὴ δῶτε σιγὴν αὐτῷ, Vulg. *neque detis ſilentium ei*. Vacat apud Lxx. R. דָּמָה *ſimilis fuit*, aut דּוּם *ſilere*, *quieſcere*, &c. Vel potius tria illa verba, דּוּם, דָּמָה, & דָּמַם, ſignificationes ſuas invicem commutant.

דִּמְיוֹן vide דּוּמִיָּה, ſupra col. 391.

דִּמְיֹן m. unde cum aff. דִּמְיֹנוֹ, Pſal. 16. Heb. 17. v. 12. S. Hieron. & alii, *ſimilitudo ejus*, m. Lxx. ὑπέλαβόν με, Vulg. Lat. *ſuſceperunt me*, c. Legebant דִּמּוּנִי, literis (ו) & (י) trajectis. R. דָּמָה *ſimilis fuit*, in Piel *ſuſcepit*, ſecundum Lxx.

דַּמִּים Maſſ. *Dammím*, Vulg. *Dommím*, nom. proprium loci in Tribu Juda, inter Socho & Azeca, 1. Reg. 17. v. 1. Etym. *ſanguines*, vel *cædes*; à דָּם *ſanguis*. Vel *ſilentes*; à דּוּם aut דָּמָה, *ſilere*. Vel *ſimiles*; à דָּמָה *ſimilis fuit.*

דָּמַם QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. σιωπάω, σιωπάομαι, Aq. Sym. Theod. item, σιγάω, Vulg. & alii, *ſileo*, *taceo*. Sym. item, ἠρεμέω, ἡσυχάζω, *quieſco*. Lxx. item, ἵστημι *ſto*, ἀφίστημι *recedo*, *ſecedo*, κατανύσσομαι *compungor*, παύομαι *quieſco*, ἀποῤῥίπτομαι *abjicior*, ὑποτάσσομαι *ſubjicior*, &c. Alii item, *exſpecto*, *ſubſiſto.*

PRAET. 3. p. pl. c. in pauſa דָּמּוּ pro דָּמְמוּ, *ſiluerunt*, *tacuerunt.*

IMPER. 2. p. ſ. m. דֹּם *ſile*, & דּוֹם *exſpecta*. 2. p. ſ. f. דֹּמִּי *exſpecta*. Cum præf. וָדֹמִּי & *ſile*, Jerem. 47. v. 6. ubi Lxx. καὶ ἐπάρθητι & *exaltare*; legebant וְרֹמִי à רָמַם *exaltari*. 2. p. pl. m. דֹּמּוּ *exſpectate*, *ſilete*. Cum præf. וָדֹמּוּ & *ſilete.*

FUT. 3. p. ſ. m. cum (ִ) loco (ַ) ſub charact. & dagh. in prima radicali, pro (ַ), idque per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 218. c. 1. יִדֹּם pro יַדֹּם, *ſilebit*. Sic cum præfix & in toto hoc futuro, וְיִדֹּם & *ſilebit*, וַיִּדֹּם & *conticuit*, & *ſubſtitit*. 3. p. ſ. f. תִּדֹּם *ſileat*. 2. p. ſ. m. תִּדֹּם *ſilebis*. 1. p. ſ. c. cum præf. וָאֶדֹּם & *ſilui*. 3. p.

pl. m. cum (ֻ) pro hhólem accelerandæ pronuntiationis gratia, & ſublato dagh. ex מ, quia daghéſch forte nunquam venit poſt (ְ), יִדְּמוּ, & ſine daghéſch in ד ob (ְ) ſuppoſitum, יִדְמוּ, pro יִדֹּמוּ aut יִדְּמוּ, *conticeſcent, ſubſiſtent.* Sic cum præf. וְיִדְּמוּ *& ſilebunt.* Sunt tamen qui tertiam illam perſonam referant ad Niph. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 222. c. 1. 1. p. pl. c. cum ה parag. & (ו) præf. וְנִדְּמָה *& ſilebimus.* Hæc quoque perſona ab aliis refertur ad Niphal. Vide Gram. ibid. c. 2.

NIPHAL נָדַם, unde 3. p. pl. c. PRAET. cum præf. וְנָדַמּוּ, Jerem. 25. v. 37. Lxx. *καὶ παύσεται & quieſcet.* Alii, *& conticuerunt, & ſiluerunt.*

FUT. 3. p. pl. m. in pauſa; quare (ַ) mutatur in (ָ) ſub ד, יִדָּמוּ *conticeſcent*, 1. Reg. 2. v. 9. ubi vacat apud Lxx. Perſonas יִדְּמוּ, aut יִדְמוּ, וִידְמוּ & וְנִדְּמָה, quas huc referunt nonnulli, vide in futuro Qal.

HIPHIL הֵדַם, unde 3. p. ſ. m. PRAET. cum aff. הֲדִמָּנוּ, Jerem. 8. v. 14. Lxx. *ἀπέῤῥιψεν ἡμᾶς projecit nos*, c. Vulg. & alii, *ſilere nos fecit.*

דְּמָמָה f. Lxx. Aq. Theod. *αὔρα* vel *αὔρας*, Vulg. *aura.* Sym. *γαλήνη tranquillitas*, *ἠρεμία quies.* Alii, *ſilentium.* Cum præf. לִדְמָמָה *in auram, in ſilentium, ſilentio.* R. דָּמַם *ſiluit, conticuit, quievit.*

דֹּמֶן m. Lxx. *κοπρία*, *κόπρος*, Sym. *κόπριον*, Vulg. & alii, *ſtercus, fimus.* Lxx. item, *παράδειγμα exemplum.* Cum præf. כְּדֹמֶן *ſicut ſtercus*, לְדֹמֶן *ſtercori.* R. דָּמַן inuſit.

דִּמְנָה Maſſ. *Dimná*, Vulg. *Damná*, nomen proprium urbis in Tribu Zabulon, quæ urbs Levitis data eſt, Joſ. 21. v. 35. Etym. *ſtercus*, vel *ſtercorea*; à דֹּמֶן *ſtercus.*

דָּמַע QAL, *ploro, lacrymor.* Hinc INFINIT. cum præf. & ex forma hhólem; & 3. p. ſ. f. FUTURI ex forma (ַ), וְדָמֹעַ תִּדְמַע, Jerem. 13. v. 17. Aq. Theod. *καὶ δακρύουσα δακρύσει*, Vulg. & alii, *& plorans plorabit.* Vacat apud Lxx.

דֶּמַע m. *lacryma*, & metaphotice, *liquor* quilibet ſponte fluens, puta vinum, oleum, &c. unde cum præf. & aff. Exod. 22. v. 28. וְדִמְעֲךָ, Lxx. *καὶ ἀπαρχὰς λήνου σου*, *& primitiæ torcularis tui*, m. Vulg. *& primitiæ tuæ*, m. R. דָּמַע *lacrymatus eſt.*

דִּמְעָה f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *δάκρυ*, vel *δάκρυον*, Vulg. & alii, *lacryma, lacrymæ.* Cum præf. בְּדִמְעָה *cum lacrymis*, מִדִּמְעָה *à lacrymis.* Conſt. דִּמְעַת *lacrymæ.* Cum præf. & aff. וְדִמְעָתָהּ *& lacrymæ ejus*, f. דִּמְעָתֶךָ in pauſa, *lacrymæ tuæ*, m. דִּמְעָתִי *lacrymæ meæ*, c. בְּדִמְעָתִי *lacrymis*, vel *in lacrymis meis*, c. Plur. cum præfix. בִּדְמָעוֹת *lacrymis.* R. דָּמַע *lacrymatus eſt.*

דַּמֶּשֶׂק Maſſ. *Damméſeq*, Vulg. *Damaſcus*, nomen proprium 1°. urbis, quæ eſt eadem ac דּוּמֶּשֶׂק, quam vide ſupra col. 392. 2°. filii procuratoris domus Abraham, Gen. 15. v. 2. Etym. *ſanguis ſacci*, vel *ſaccus ſanguinis*; à דָּם *ſanguis*, & שַׂק *ſaccus.* Vel *potus* aut *poculum ſanguinis*; à שָׁקָה in Hiph. *potum dedit*, & דָּם *ſanguis.* Vel *ſanguis ſemorum*; à דָּם *ſanguis*, & שׁוֹק *crus, armus, femur*, &c. Vide ſupra דּוּמֶּשֶׂק, & Gram. Heb. tom. 2. p. lvj.

דְּמֶשֶׁק m. unde cum præf. וּבִדְמֶשֶׁק, Amos. 3. v. 12. al. 13. *in angulo, in latere*, ſecundum Aben-Eſram, qui דְּמֶשֶׁק, hîc ſaltem, idem eſſe ac vocem præcedentem פֵּאָה *angulus*, exiſtimat. Aliis eſt nomen proprium *Damaſcus*; unde Lxx. *ἐν Δαμασκῷ*, Vulg. *in Damaſci* (grabato). Sic etiam ut nomen proprium interpretantur Chald. Syrus, Arabs, &c. qui legebant דַּמֶּשֶׂק.

דָּן Maſſ. & Vulg. *Dán*, nomen proprium 1°. quinti filii Jacob, à quo & Tribus Dan nomen ſortita eſt ſuum, Gen. 30. v. 6. 2°. urbis in Tribu Nephthali ad Septentrionem terræ promiſſionis cujus erat terminus, ſicut Berſabee eandem claudebat ad auſtrum, 1. Reg. 3. v. 20. Olim vocabatur Laïs, Jud. 18. v. 7. Laïſa, Iſai. 10. v. 30. Leſa, Gen. 10. v. 19. Græcis etiam dicta eſt Paneas, Dioſpolis, & demum Cæſarea Philippi. Etym. *judicans*, vel *judicium*; à דִּין *judicare.*

דֵּן, & cum ה paragog. דְּנָה, Pronomen demonſt. Chald. ſing. & ſæpius communis generis, ſaltem דְּנָה. Theod. *οὗτος, αὕτη, τοῦτο*, Vulg. & alii, *hic, iſte; hæc, iſta; hoc, iſtud*, &c. Vide Gram. Chald. t. 2.

p. 577. §. II. ubi דָּין scribitur cum (י) antiqua vocali *e*, quomodo scriptum legitur in plerisque Grammaticis. Cum præpositionibus, אַחֲרֵי דְנָה, בָּאתַר דְּנָה, Theod. ὁπίσω τούτου, *post hoc*; כָּל־קֳבֵל דְּנָה, עַל דְּנָה, διὰ τοῦτο, *propter hoc*, Theod. τότε *tunc*; מִן קַדְמַת דְּנָה, Theod. ἔμπροσθεν *antehac*; כִּדְנָה, Lxx. Theod. οὕτως *sic*. וּכְדְנָה, Lxx. καὶ τάδε & *hæc*. Vulg. & alii, & *sic*.

דִּנְג vide דּוֹנַג, supra col. 393.

דִּנָּה Mass. & Vulg. *Danná*, nom. propr. urbis in montanis Tribus Juda, Jos. 15. v. 49. Etym. *judicium*, vel *judicans*; à דִּין *judicare*.

דִּנָה Chald. vide דְּן in col. præced.

דִּנְהָבָה Mass. *Dinhâva*, Vulg. *Denâba*, nom. proprium civitatis Idumææ, in qua regnavit Bela filius Beor, Gen. 36. v. 32. Etym. *judicium ejus* (f.) *in ea*; ex דִּין *judicium*, ה aff. 3. p. f. f. & præp. ב cum eodem affixo. Vel *judicium præbens*; ex דִּין *judicium*, & הָבָה aut יְהַב, *dedit*, *præbuit*.

דָּנִיֵּאל Mass. *Dâniiél*, Vulg. *Daniél*, nomen proprium 1°. secundi filii Davidis ex Abigail Carmelitide, 1. Paral. 3. v. 1. 2°. prophetæ, Dan. 1. v. 6. Etym. *judicans me*, aut *judex meus Deus* (est); ex דָּן *judicans*, aut *judex*, aff. 1. p. f. c. & אֵל *Deus*.

דֵּעַ m. Lxx. ἐπιστήμη, Vulg. & alii, *scientia*. Aq. Theod. γνῶσις *cognitio*. Alii item, *sententia*, *experientia*. Hinc cum affix. דֵּעִי *scientia mea*, c. Plur. דֵּעִים *scientiæ*. R. יָדַע *scivit*; sed forma est à דּוּעַ ob (·) ubique retentum. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 94. c. 2.

דֵּעָה f. Lxx. ἐπιστήμη, Vulg. & alia, *scientia*. Lxx. item & Theod. γνῶσις, Sym. ἐπίγνωσις, *cognitio*. Et cum Deo tribuitur, *cura*, *providentia*. Plur. דֵּעוֹת *scientiæ*. R. יָדַע *scivit*; sed forma est à דּוּעַ ob (-) in plurali servatum. Vide vocem præcedentem.

דֵּעוּ m. unde const. דְּעוּ, Prov. 24. v. 14. Vulg. & alii, *doctrina* Lxx Verbal. αἰσθήσει *senties*, *intelliges*. Vide infra Imperat. Qal Verbi יָדַע *scivit*.

דְּעוּאֵל Mass. *Deoué'l*, Vulg. *Duél*, nomen proprium patris Eliasaph principis Tribus Gad, Num. 1. v. 14. qui c. 2. v. 14. dicitur רְעוּאֵל *Reoué'l*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 434. c. 1. Etym. *scientia Dei*; ex דֵּעַ vel דֵּעָה *scientia*, & אֵל *Deus*. Vel *cognoscite Deum*; ex דְּעוּ Imperat. Qal ejusdem verbi יָדַע *scivit*, *cognovit*, & אֵל *Deus*.

דָּעַךְ QAL. Lxx. σβέννυμαι, Vulg. & alii, *exstinguor*.

PRAET. 3. p. pl. c. דָּעֲכוּ *exstincti sunt*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), יִדְעַךְ & in pausa יִדְעָךְ, *exstinguetur*.

NIPHAL נִדְעַךְ, unde 3. p. pl. c. PRAET. נִדְעֲכוּ, Job. 6. v. 17. *exstinguentur*. Vulg. *solventur*. Lxx. οὐκ ἐπεγνώσθη *non agnitus est* (unusquisque illorum); sensum, non verbum, expresserunt.

PUAL דֹּעַךְ, unde 3. p. pl. c. PRAETER. דֹּעֲכוּ, Psal. 117. Heb. 118. v. 12. Aq. Sym. ἀπεσβέσθησαν, S. Hieron. *exstinctæ sunt* (gentes) sicut ignis in spinis, qui cito transit, seu extinguitur. Lxx. ἐξεκαύθησαν, Vulg. Lat. *exarserunt*. Sic interpretati sunt, ut videtur, ob vocem sequentem *ignis*, qui æque exardet atque extinguitur.

דַּעַת, & in pausa דָּעַת, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. γνῶσις, Lxx. item, ἐπίγνωσις, *cognitio*. Lxx. Sym. item, ἐπιστήμη, Vulg. & alii, *scientia*. Lxx. item, αἴσθησις *sensus*, βουλὴ *consilium*, ἔννοια *cogitatio*, πρόνοια *cura*, *providentia*, σοφία *sapientia*, σύνεσις *intelligentia*, &c. Phrasis: בִּבְלִי דַעַת, Lxx. ἐν ἀγνοίᾳ *in ignorantia*, ἀκουσίως *involuntarie*. Sym. adjective, ἀναίσθητος *sine sensu*, ἀνόητος *amens*, *stultus*. Cum præfix. הַדַּעַת, & in pausa הַדָּעַת, *scientia*, וְדַעַת, & in pausa וָדָעַת, & *scientia*, בְּדַעַת, & in pausa בְּדָעַת, *in scientia*, וּבְדַעַת & *in scientia*, לָדַעַת in pausa, *scientiam*, מִדַּעַת *præ scientia*. Cum præf. & affix. בְּדַעְתּוֹ *in scientia ejus* vel *sua*, m. contracte pro בְּדַעֲתוֹ; & sic in sequentibus, דַּעְתְּךָ *scientia*, *cognitio tua*, m. וְדַעְתֵּךְ & *scientia tua*, f. לְדַעְתִּי *ad scientiam meam*, c. מִדַּעְתִּי *ex scientia mea*, c. בְּדַעְתָּם & *scientia eorum*, כְּדַעְתְּכֶם *secundum scientiam vestram*, m. R. יָדַע Qal, *scivit*, *cognovit*; unde infinitivus דַּעַת, ad quem Grammatici non pauci referunt hoc nomen; non raro enim apud Hebræos infinitivi nominum substantivorum naturam induunt. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 541. c. 1. num. V.

דֹּפִי m. cum (-) sub litera à gutturali diversa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. Hinc in pausa דֹּפִי, Psal. 49. Heb. 50. v. 20. vide Gram. Heb. tom. 2. p. 311. c. 2. Lxx. σκάνδαλον, Vulg. Lat. *scandalum.* S. Hieron. *opprobrium.* Alii, *calumnia, infamia, vituperium, offendiculum.* R. דָּפָה inusit.

דפק QAL. Lxx. κρούω, Vulg. & alii, *pulso, impello, urgeo,* καταδιώκω *persequor, insector.*

Praet. 3. p. pl. c. cum praef. & affix. וּדְפָקוּם, Gen. 33. v. 13. & *impulerint eos,* h. e. & si nimium eos urserint, si plus aequo fecerint eos ambulare. Ibi est activum pro passivo, nempe si nimium urgeantur.

Ben. f. m. דּוֹפֵק *pulsans,* Cant. 5. v. 2.

HITHPAEL הִתְדַּפֵּק, unde plur. m. מִתְדַּפְּקִים, Jud. 19. v. 22. *pulsantes.*

דָּפְקָה Masc. *Dophqá,* Vulg. *Daphcá,* nomen proprium loci prope desertum Sin, ubi fuit nona mansio filiorum Israël, Num. 33. v. 12. Etym. *pulsatio, impulsio.* Vide vocem praeced.

דַּק, & in pausa דָּק, m. Lxx. Aq. λεπτὸς, Vulg. & alii, *minutus, minutum, tenuis, gracilis.* Lxx. item, ἔχων ἧλον *clavum* (alii, *pelliculam*) *habens in oculo,* Levit. 21. v. 20. ubi Vulg. *lippus;* σίελος *saliva,* Isai. 40. v. 15. legebant רֹק; Vulg. ibid. *pulvis,* Sym. & Theod. teste Hieron. comm. in h. l. Doc, retenta voce Hebraica, quam legebant דֹּק, vide mox infra. Vel in Hieronymo est sphalma graphicum pro Dac. Lxx. item, λευκὸς *albus,* vel λευκὸν *album,* Exod. 16. v. 14. Alii item, *comminutus, minutissimum.* Cum praef. כַּדַּק *sicut minutissimum, sicut pulvis.* Fem. דַּקָּה, Vulg. & alii, *tenuis* Plur. f. דַּקּוֹת *tenues.* R. דָּקַק *minuit, comminuit.*

דֹּק m. unde cum praef. כַּדֹּק, Isai. 40. v. 22. Lxx. ὡς καμάραν *ut camera, ut fornix.* Vulg. *velut nihilum.* Alii, *ut pellis, pellicula,* proprie tenuissima, *conopaeum, auleum, cortina.* R. דָּקַק *minuit, comminuit.*

דִּקְלָה Masc. *Diqlá,* Vulg. *Declá,* nom. proprium filii Jectan, Gen. 10. v. 27. Etym. *comminutio ei* vel *ejus,* f. à דָּקַק *minuit, comminuit,* & לָהּ *ei, ejus,* f.

דקק QAL. Lxx. Sym. Theod. λεπτύνω, Vulg. & alii, *comminuo.* Lxx. item, καταπατέω *conculco.* Et passive, aut intransitive, λεπτὸς γίνομαι *tenuis fio, comminuor.*

Praet. 3. p. f. m. דַּק, & in pausa דָּק, *comminutus, comminutum est* vel *esset.*

Fut. 3. p. f. m. cum affix. יְדֻקֶּנּוּ *comminuet eum.* 2. p. f. m. cum praefix. וְתָדֹק & *comminues.*

HIPHIL הֵדַק vel הֵדֵק, Lxx. λεπτύνω, Vulg. & alii, *comminuo.*

Praet. 3. p. f. m. ex forma (-) הֵדַק *comminuit.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 224. c. 1. 2. p. f. f. cum praef. וַהֲדִקּוֹת & *comminues.*

Infin. הָדֵק *comminuenda.* Cum praefix. וְהָדֵק & *comminuendo,* לְהָדֵק, 2. Paral. 34. v. 7. *ad comminuendum,* ex forma (-), & cum (-) anomalo sub ה loco (·). Vide Gram. Heb. ibid. p. 225. c. 2.

Fut. 3. p. f. m. cum praef. & (·) in fine pro (-), ob accentum ab ultima ad penult. retractum, וַיָּדֶק & *comminuit.* Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 310. c. 1. 1. p. f. c. cum affix. אֲדִקֵּם, 2. Reg. 22. v. 43. *comminuam eos,* pro quo Psal. 17. Heb. 18. v. 43. legitur אֲרִיקֵם *evacuabo eos.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 367. c. 2.

HOPHAL הוּדַק, unde 3. p. f. m. Fut. in pausa; quare (-) mutatur in (·), יוּדָק, Isai. 28. v. 28. Lxx. βρωθήσεται *comedetur.* Aq. Sym. Theod. λεπτοκοπηθήσεται, Vulg. & alii, *comminuetur.*

דקק Chald. PEAL, Theod. λεπτύνομαι, Vulg. & alii, *minuor, comminuor.*

Praet. 3. p. pl. m. דָּקוּ *comminuta sunt,* ex forma quiescent. Aiin, pro דָּקּוּ. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 596. c. 1.

HIPHIL אַדֵּק, aut cum ה pro א, ex forma quasi Hebraica הַדֵּק, Theod. λεπτύνω, Vulg. & alii, *minuo, comminuo.*

Praet. 3. p. f. f. cum praef. & ה charact. pro א, הַדֶּקֶת & *comminuit,* Dan. 2. vv. 34. 45. ubi accentu ab ultima ad penultimam anomalos retracto, retinetur (-) motio primariae vocis, & (-) ultimae mutatur in (·); quia duae illae motiones saepius invicem permutantur, pro וְאַדְּקַת. Vide Gram. Chald. t. 2. p. 596. c. 1. 3. p. pl. m.

הַדְּקוּ, cum eodem ה pro א, *comminuerunt.* Vide eandem Gram. ibid.

Ben. f. m. מַהְדֵּק, servato charactere, pro מַדֵּק, *comminuens.* Vide Gram. Chald. tom. 2. pag. 596. c. 2. Fem. מַדְּקָה cum ה in fine pro א, מַדְּקָא, *comminuens.* Vide eandem Gram. Chald. ibid. Sic cum præf. וּמַדְּקָה & *comminuens.*

Fut. 3. p. f. m. תַּדֵּק *comminuet.* Cum præf. & affix. וְתַדְּקִנַּהּ, aut secundum alia exemplaria, וְתַדְּקִנַּהּ, & *comminuet eam.* Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 617. c. 1.

דקר QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐκκεντέω, Lxx. item, ἀποκεντέω, Vulg. & alii, *transfigo, transfodio, confodio.* Lxx. item, συμποδίζω *obligo, supplanto.*

Praet. 3. p. pl. c. in pausa; quare (-) mutatur in (ָ), דָּקָרוּ, Zach. 12. v. 10. Aq. Sym. Theod. Ald. & S. Joann. c. 19. v. 37. ἐξεκέντησαν *transfixerunt.* Lxx. Vatic. κατωρχήσαντο *insultarunt.* Hi pro דָּקָרוּ *transfixerunt*, legebant רָקְדוּ *insultarunt*, transpositis literis ד & ר. Vide Gram. Heb. tom. 2. pag. 299. c. 1. Cum præf. affix. & (ְ) pro (ו), וּדְקָרֻהוּ, & *configent eum*, וּדְקָרֻנִי, & *confodiant me*, c.

Imper. 2. p. f. m. cum præf. & affix. וְדָקְרֵנִי vedhoqréni & *confode me*, c.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. וַיִּדְקֹר & *confodit.* Cum præf. & affix. וַיִּדְקְרֵהוּ & *confodit eum.*

NIPHAL נִדְקַר, unde 3. p. f. m. Fut. יִדָּקֵר, Isai. 13. v. 15. Lxx. ἡττηθήσεται *vincetur.* Aq. Sym. Theod. ἐκκεντηθήσεται *transfigetur.* Vulg. *occidetur.*

PUAL דֻּקַּר, unde Paoul pl. m. מְדֻקָּרִים, Lxx. ἐκκεκεντημένοι *confossi.* Cum præfix. וּמְדֻקָּרִים, Lxx. καὶ κατακεκεντημένοι & *confossi.* Vulg. & *occisi*, & *vulnerati.*

דָּר m. Chald. & cum præf. וְדָר; unde conjunctim עִם־דָּר וְדָר, Dan. 3. v. 33. c. 4. v. 31. Theod. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, Vulg. & alii, *in generationem & generationem.* Idem est ac Heb. דּוֹר vel דֹּר, quod vide supra col. 393.

דַּר m. unde cum præf. וָדַר, Esth. 1. v. 6. Lxx. καὶ παρίνῳ λίθῳ, & *Parius lapis.* Alii, & *Parium marmor.* Bocharto part. 2. de animal. sac. l. 5. c. 8. col. 709. & seqq. est *margarita* sive *unio*, qui Arabibus dicitur *Dor*, & in plurali *Dar*; putatque doctissimus ille vir in versione Lxx. esse vocum trajectionem (quod in hac translatione non raro contingere arbitratur) & pro καὶ πιννίνῳ, καὶ παρίνῳ λίθῳ, legendum: καὶ παρίνῳ, καὶ πιννίνῳ λίθῳ; adeo ut vox πιννίνῳ respondeat Hebraicæ דַּר. Eruditi viri sententiam confirmant editio Origeniana & msf. Alexandrinus, in quibus hic ordo cernitur. Ipsi autem πίννος est *margarita*, quæ ex pinna (Gallice *nacre*) educitur. R. דָּרַר inusit.

דר vide דּוּר, supra col. 393.

דֵּרָאוֹן m. Heb. & Chald. Isai. 66. v. 24. Lxx. εἰς ὅρασιν *in visionem*; legebant לְרֵאוֹן, à רָאָה *vidit.* Vulg. *usque ad satietatem visionis*; & Hebræum, & Lxx. versionem simul conjunxit. Cum præf. & in alia forma, לְדִרְאוֹן, Dan. 12. v. 2. Theod. εἰς αἰσχύνην *in*, vel *ad ignominiam.* Vulg. *ut videant*; legebat לִרְאוֹן *ad visionem*, à רָאוֹן inusit. formæ חָזוֹן. Alii utrobique, *contemtus, nausea, fastidium, reprobatio.* R. דָּרָא Hebræis inusitatum, sed Chaldæis & Arabibus, *repulit, rejecit, reprobavit*, &c.

דָּרְבָן secundum Judæos Orientales, & דָּרְבָן secundum Occidentales, m. unde cum præf. הַדָּרְבָן, 1. Reg. 13. v. 21. Lxx. δρέπανον *falx* (hic apud Lxx. voces וְלְהַצִּיב הַדָּרְבָן trajiciuntur). Alius, βούκεντρον, Vulg. & alii, *stimulus, aculeus*, quo boves arantes punguntur & exstimulantur. Sunt qui neglecta Judæorum Orientalium & Occidentalium lectione sive distinctione, legant דָּרְבָן dorbán, formæ קָרְבָן qorbán *munus.* Plur. דָּרְבֹנוֹת, Eccle. 12. v. 11. à sing. inusit. דָּרְבֹנָה, Lxx. βούκεντρα, Vulg. & alii, *stimuli.* R. דרבן quadrilit. inusit.

דַּרְדַּע Mass. *Dardá*, Vulg. *Dordá*, nom. propr. filii Mahol, 3. Reg. 4. v. 31. Etym. *generatio scientiæ*; à דר *generatio*, & דַּע *scientia.*

דַּרְדַּר m. Lxx. τρίβολος, Vulg. & alii, *tribulus, carduus.* Hinc cum præf. וְדַרְדַּר & *tribulus.* R. דרדר quadrilit. inusit. Sunt qui hanc vocem referant ad דְּרוֹר *libertas*, quod sponte & sine cultura nascatur *tribulus.*

דָּרוֹם m. Lxx. νότος, Vulg. & alii, *auster, meridies, plaga australis, plaga meridionalis.* Cum præf. הַדָּרוֹם *auster*, וְדָרוֹם *& auster*, בַּדָּרוֹם, לַדָּרוֹם, *ad austrum*, מִדָּרוֹם *ab austro.* R. דָּרַם inusit.

דְּרוֹר vel **דְּרֹר**, m. Lxx. ἄφεσις, Vulg. *remissio.* Vulg. item & alii, *libertas, indulgentia.* Lxx. item, Exod. 30. v. 23. ἐκλεκτῆ, Vulg. & alii, *electa* (myrrha), h. e. præstantissima; ad verbum, *myrrha libertatis*, i. e. quæ sponte ex arbore fluit; q. d. flos myrrhæ. Cum præf. הַדְּרוֹר *libertas.* Rad. דָּרַר inusit.

דְּרוֹר m. Lxx. Aq. στρουθὸς, Vulg. *passer.* Lxx. item, τρυγὼν, Vulg. *turtur.* Alii, *hirundo.* Bocharto est *palumbus*, sive *columba agrestis*; quarum avium turmam S. Basilius epist. 175. ad Julittam appellat αὐτονόμον ἀγέλην, *liberum gregem.* Hinc cum præf. וּדְרוֹר, Psal. 83. Heb. 84. v. 4. *& turtur*, כַּדְּרוֹר, Prov. 26. v. 2. *ficut turtur.* R. דָּרַר inusit. unde דְּרוֹר *libertas*, & nomen hujus avis, quod, inquiunt, libere loca omnia pervadat, in iisque nidificet.

דָּרְיָוֶשׁ Mass. *Dáreiávesch*, Vulg. *Darius*, nomen propr. regis Medorum, Dan. 5. v. 31. al. c. 6. v. 1. Esd. 4. v. 5. Etym. *quærens*, aut *requirens*; à דָּרַשׁ *quæsivit, requisivit.*

דָּרַךְ QAL. Sym. ὁδεύω, Lxx. διοδεύω, *iter facio, pertransео, permeo.* Lxx. item, ἐπιβαίνω *ascendo*, ἐπιβιβάζω *ascendere facio*, πατέω, Vulg. *calco*, καταπατέω, Vulg. *conculco*, περιπατέω *incedo, ambulo*, πιέζω *premo*, πεπαίνω *maturesco, ad maturitatem procedo*, ἀνατέλλω, Vulg. *orior*, τρυγάω *vindemio*, τείνω, Vulg. *tendo*, διατείνω (Sym. ἐκτείνω), Vulg. *extendo*, ἐντείνω *intendo*, de arcu. Sym. item, ληνοβατέω *torcular calco*, sive *calco in torculari.*

Praet. 3. p. f. m. דָּרַךְ *calcavit, incessit, ambulavit.* Cum præf. וְדָרַךְ *& calcabit.* 3. p. f. f. דָּרְכָה *incessit.* 2. p. f. m. דָּרַכְתָּ *incessisti, ambulasti.* 1. p. f. c. דָּרַכְתִּי *calcavi.* 3. p. pl. c. דָּרְכוּ *calcarunt.* Cum præfix. וְדָרְכוּ *& tetenderunt.*

Ben. f. m. דֹּרֵךְ *ambulans.* Cum præfix. הַדֹּרֵךְ *calcans, tendens*, ודריך & וְדֹרֵךְ, *& ambulans*, כְּדֹרֵךְ *ficut calcans.* Plur. m. דֹּרְכִים *calcantes.* Cum præf. כְּדֹרְכִים *ficut calcantes.* Conft. דֹּרְכֵי *calcantes.* Cum præf. וְדֹרְכֵי *& calcantes.*

Paoul f. f. דרוכה *extensus* (arcus). Plur. f. דְּרֻכוֹת, cum (ֻ) pro (וּ), *extenti* (arcus).

Fut. 3. p. f. m. יִדְרֹךְ *calcabit, tendet.* 3. p. f. f. תִּדְרֹךְ *calcabit.* 2. p. f. m. תִּדְרֹךְ *calcabis.* 2. p. f. f. תדרכי *calcabis, calca.* 1. p. f. c. cum præf. & aff. וְאֶדְרְכֵם *& calcabo; & conculcabo eos.* 3. p. pl. m. יִדְרְכוּ, & cum ן parag. יִדְרְכוּן, *calcabunt.* Cum præf. וַיִּדְרְכוּ *& calcarunt.* 2. p. pl. m. תִּדְרְכוּ *calcabitis.*

HIPHIL הִדְרִיךְ, Lxx. ὁδηγέω *deduco*, ἐπιβιβάζω *ascendere facio*, πατῆσαι ποιέω *calcare facio.* Et intransitive, διαπορεύομαι *transeo*, ἀλοάομαι *trituror.* Alii, *calco, conculco, intendo*, ut in Qal.

Praet. 3. p. f. m. cum præfix. וְהִדְרִיךְ *& deducet.* 2. p. f. m. cum aff. הִדְרַכְתִּיךְ *deduxi te*, m. 3. p. pl. c. cum aff. & (ִ) euphonico pro (וּ), הִדְרִיכֻהוּ *conculcarunt eum.*

Ben. f. m. cum aff. מַדְרִיכְךָ *deducens te*, m.

Infin. cum aff. & (ֵ) pro (ַ) sub characterist. הדריכה pro הַדְרִיכָהּ, *calcandi eam.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 185. c. 2.

Imper. 2. p. f. m. cum aff. הַדְרִיכֵנִי *deduc me*, c.

Fut. 3. p. f. m. יַדְרִךְ *deducet.* Cum affix. יַדְרִיכֵנִי *deducet me.* Cum præf. & aff. וַיַּדְרִיכֵם *& deduxit eos.* 1. p. f. c. cum aff. אַדְרִיכֵם *deducam eos.* 3. p. pl. m. cum præf. וַיַּדְרְכוּ *& intendunt*, Jerem. 9. v. 2. ubi est (ְ) sub ר loco (ִי), accelerandæ pronuntiationis gratia. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 186. c. 2.

דֶּרֶךְ, & in pausa דָּרֶךְ, c. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὁδὸς, Vulg. & alii, *via, iter.* Lxx. item, διοδος, πάροδος, Sym. διάβασις, *transitus, pertransitus.* Lxx. item, τρίβος *semita*; & metaphorice, βίος *vita, agendi ratio*, ἐθισμὸς *consuetudo*, πρᾶξις, ἔργον, *actio, opus*, ἐπιτήδευμα *institutum*, &c. Alii item, *cultus, religio, doctrina, dogma*, quo sensu ὁδὸς sæpe legitur in Actibus Apost. per Hebraismum.

Cum præf. הַדֶּרֶךְ, & in pausa הַדָּרֶךְ, *via*, וְדֶרֶךְ & וָדֶרֶךְ, *& via*, בְּדֶרֶךְ, in pausa בְּדָרֶךְ, בַּדֶּרֶךְ, in pausa בַּדָּרֶךְ, & extra pausam cum ה articulo, בְּהַדֶּרֶךְ, *in via*, הֲבַדֶּרֶךְ *num*

in via? כְּדֶרֶךְ *secundum viam*, וּבַדֶּרֶךְ *& secundum viam*, לַדֶּרֶךְ, & in pausa לַדָּרֶךְ, *ad viam*, מִדֶּרֶךְ, & in pausa מִדָּרֶךְ, *de via*, *à via*.

Cum præf. & aff. וְדַרְכּוֹ *via ejus*, m. וּבְדַרְכּוֹ *& via ejus*, m. *& per viam ejus*, m. לְדַרְכּוֹ *ad viam ejus*, m. כְּדַרְכּוֹ *secundum viam ejus*, m. מִדַּרְכּוֹ *à via ejus*, m. וּמִדַּרְכּוֹ *& à via ejus*, m. דַּרְכָּהּ *via ejus*, f. לְדַרְכָּהּ *in viam ejus*, f. דַּרְכְּךָ in pausa דַּרְכֶּךָ, *via tua*, m. בְּדַרְכְּךָ *in via tua*, m. לְדַרְכְּךָ *per viam tuam*, m. דַּרְכֵּךְ *via tua*, f. מִדַּרְכֵּךְ *à via tua*, f. דַּרְכִּי *via mea*, c. הֲדַרְכִּי *an via mea?* c. דַּרְכָּם *via eorum*, כְּדַרְכָּם *secundum viam eorum*, לְדַרְכָּם *viam*, *in*, *per viam eorum*, vel *suam*, m. מִדַּרְכָּם *à via eorum*, וּמִדַּרְכָּם *& à via eorum*, דַּרְכְּכֶם *via vestra*, m. לְדַרְכְּכֶם *in viam vestram*, m. דַּרְכֵּנוּ *via nostra*, c.

Dual. דְּרָכַיִם *duæ viæ*, à sing. inusitato דֶּרֶךְ; nam à דֶּרֶךְ esset דַּרְכַּיִם. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 67. c. 1.

Plur. דְּרָכִים *viæ*. Cum præf. הַדְּרָכִים *viæ*. Const. דַּרְכֵי *viæ*. Cum præf. בְּדַרְכֵי *in viis*, וּבְדַרְכֵי *& in viis*. Cum præf. & aff. דְּרָכָיו, & sine (י), דְּרָכָו, *viæ ejus*, m. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 128. §. IV. c. 1. וּדְרָכָיו *& viæ ejus*, m. בִּדְרָכָיו *in viis ejus*, m. כִּדְרָכָיו *secundum vias ejus*, m. מִדְּרָכָיו *de viis ejus*, m. דְּרָכֶיהָ, & sine (י) דְּרָכֶהָ, *viæ ejus*, f. דְּרָכֶיךָ *viæ tuæ*, m. vide Gram. Heb. t. 1. p. 128. §. IV. c. 1. וּדְרָכֶיךָ *& viæ tuæ*, m. בִּדְרָכֶיךָ *in viis tuis*, m. מִדְּרָכֶיךָ *à viis tuis*, m. דְּרָכַיִךְ, & in pausa דְּרָכָיִךְ, *viæ tuæ*, f. כִּדְרָכַיִךְ, & in pausa כִּדְרָכָיִךְ, *secundum vias tuas*, f. דְּרָכַי, & in pausa דְּרָכָי, *viæ meæ*, c. הֲדְרָכַי *num viæ meæ?* c. בִּדְרָכַי *in viis meis*, c. דַּרְכֵיהֶם *viæ eorum*, בְּדַרְכֵיהֶם *in viis eorum*, מִדַּרְכֵיהֶם *à viis eorum*, מִדַּרְכֵיהֶן *à viis earum*, דַּרְכֵיכֶם *viæ vestræ*, m. כְּדַרְכֵיכֶם *secundum vias vestras*, m. מִדַּרְכֵיכֶם *à viis vestris*, m. דְּרָכֵינוּ *viæ nostræ*, c. כִּדְרָכֵינוּ *secundum vias nostras*, c. R. דָּרַךְ *incessit*, *ambulavit*, *iter habuit*.

דַּרְכְּמוֹן m. Lxx. Vatic. χρυσοῦν *aurum*, χρυσοῦν *aureum*, χρυσοῦ νόμισμα, *nummus aureus*, μνᾶ *mina*. Complut. & mſ. Alex. δραχμή, Vulg. & recentiores, *drachma*, Alexandrina videlicet, quæ Atticæ dupla fuit. Enimvero Græca vox nata videtur ex

Heb. דַּרְכְּמוֹן. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 514. c. 1. ubi nummi hujus & pretium, & natura, quantum conjicere licet, explicantur. Hinc plur. דַּרְכְּמֹנִים & דַּרְכְּמוֹנִים, *drachmæ*. Vox illa componitur, secundum nonnullos, ex דֶּרֶךְ *via*, & מָנָה *numeravit*; quasi viaticum numeratum. Alii fingunt radicem quiniliteram דרכמן.

דַּרְמֶשֶׂק Maſſ. *Darméseq*, Vulg. *Damascus*, 1. Paral. 18. v. 5. 2. Paral. 28. v. 5. eadem civitas, quæ דַּמֶּשֶׂק; sed inserto ר. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 433. c. 1. & supra col. 414.

דָּרַע Maſſ. & Vulg. *Dára*, nom. propr. filii Zaræ filii Judæ, 1. Paral. 2. v. 6. Etym. *generatio*, aut *habitatio pastoris*, vel *mali*, aut *societatis*; à דּוֹר *generatio*, *habitatio*, & רֹעֶה *pastor*, aut רַע *malus*, aut רֵעַ *socius*, *societas*.

דְּרָע m. Chald. idem quod Heb. זְרוֹעַ, ר & ע commutatis. Hinc plur. cum affix. & præf. וּדְרָעוֹהִי, Dan. 2. v. 32. Theod. καὶ βραχίονες αὐτῆς, Vulg. & alii, *& brachia ejus*, m.

דַּרְקוֹן Maſſ. & Vulg. *Darqón*, aut *Darcón*, nomen proprium viri principis familiæ, quæ duce Zorobabele è Babylonia in Judæam reversa est, Esd. 2. v. 56. Etym. *generationis*, aut *habitationis possessio*; à דּוֹר *generatio*, *habitatio*, & קָנָה *possedit*.

דרר vide דְּרוֹר, supra col. 421.

דָּרַשׁ QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ζητέω, Vulg. & alii, *quæro*. Lxx. Aq. Sym. item, ἐκζητέω, Vulg. & alii, *exquiro*. Lxx. Sym. item, πυνθάνομαι *sciscitor*, *percontor*. Sym. item, ἀντιποιέομαι, Lxx. ἀντέχω, *vendico*. Lxx. item, ἀναζητέω *requiro*, ἐπιζητέω *inquiro*, ἀνετάζω, ἐξετάζω, *examino*, ἐξιχνιάζω *investigo*, ἐπερωτάω *interrogo*, ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπέω, *inspicio*, δέομαι *precor*, ἐλπίζω *spero*, κρίνω *judico*, ἐκβάλλομαι *ejicior*, &c. Vulg. & alii item, *consulo*. Construitur cum ב, ל, אֶל, & עַל.

Praet. 3. p. f. m. דָּרַשׁ & in pausa דָּרָשׁ, *quæsivit*, *requisivit*, *consuluit*. 3. p. f. f. דָּרְשָׁה *quæsivit*. 2. p. f. m. דָּרַשְׁתָּ *quæsivisti*. Cum præf. וְדָרַשְׁתָּ *& quæres*. 1. p. f. c. דָּרַשְׁתִּי & in pausa דָּרָשְׁתִּי, *quæsivi*, *requisivi*. Cum præf. וְדָרַשְׁתִּי *& requiram*. Cum aff. דְּרַשְׁתִּיהָ *quæsivi te*, m. דְּרָשׁוּ & in pausa דָּרָשׁוּ, *quæsierunt*. Cum præfix. & extra pausam, וְדָרְשׁוּ

& quæsierunt, & quærent. Cum præf. & affix. וַיִּדְרְשׁוּ, cum (ֻ) pro (ו), *quæsierunt eum*, וַיִּדְרְשֻׁהוּ *& quærent, & quæsierunt eum*, דְּרָשׁוּנִי *requisierunt me*, c. דְּרָשׁוּם *consuluerunt ea* (solem, lunam, &c.) 1. p. pl. c. דָּרַשְׁנוּ *requisivimus.* Cum affix. & (ֻ) euphonico pro (ו), דְּרַשְׁנֻהוּ *requisivimus eum.*

BEN. f. m. דֹּרֵשׁ & דּוֹרֵשׁ, *quærens.* Cum præf. הַדֹּרֵשׁ *quærens*, וְדֹרֵשׁ *& quærens.* Plur. m. conft. דֹּרְשֵׁי *quærentes.* Cum præf. וְדֹרְשֵׁי *& quærentes.* Cum affix. דֹּרְשָׁיו *requirentes eum*, דֹּרְשֶׁיךָ *requirentes te*, m.

PAOUL f. f. דְּרוּשָׁה *quæsita.* Pl. m. דְּרוּשִׁים *quæsita, exquisita* (opera Domini).

INFIN. דָּרוֹשׁ *quærere*, דְּרשׁ *quærendo.* Cum præf. לִדְרשׁ, sequente Maqqaph לִדְרָשׁ־ lidhrosch-, & cum (י) epenthetico & trajecto, de quo vide Gram. Heb. tom. 1. p. 165. c. 1. 2. לִדְרוֹשׁ, Esd. 10. v. 16. *quærere, ad quærendum*, הֲלִדְרשׁ *an ad quærendum?* Cum affix. דָּרְשׁוֹ dorschó *quærere eum.* Cum præf. & affix. לְדָרְשֵׁנִי ledhorschéni *ad quærendum me, ad consulendum me*, c.

IMPER. 2. p. f. m. cum (ׇ hhatoúph in fine pro hhólem ob sequens Maqqaph, דְּרָשׁ־ derosch- *consule.* 2. p. plur. m. דִּרְשׁוּ *quærite, consulite.* Cum præf. וְדִרְשׁוּ *& quærite.* Cum aff. דִּרְשׁוּנִי *quærite me*, c.

FUT. 3. p. f. m. יִדְרשׁ *quæret.* Cum præf. וְיִדְרשׁ *& requiret*, וַיִּדְרשׁ *& quæsivit, & sciscitatus est.* Cum præf. & aff. יִדְרְשֶׁנּוּ *requiret illud*, וַיִּדְרְשֵׁהוּ *requisivisset eum*, וַיִּדְרְשֵׁהוּ *& requisivit eum.* 2. p. f. m. תִּדְרשׁ *quæres.* Cum affix. תִּדְרְשֶׁנּוּ *requires eum.* 1. p. f. c. אֶדְרשׁ *requiram.* Cum præf. & ה paragog. וְאֶדְרְשָׁה־ *& consulam.* Cum affix. אֶדְרְשֶׁנּוּ *requiram illum.* 3. p. pl. m. יִדְרֹשׁוּ, in pausa & cum ן paragog. יִדְרְשׁוּן, *requirent.* Cum præfix. וַיִּדְרְשׁוּ *& inquisierunt.* Cum affix. יִדְרְשׁוּהוּ *requirent eum.* 2. p. pl. m. תִּדְרְשׁוּ *requiretis.* Cum aff. & (ֻ) pro (ו), תִּדְרְשֻׁהוּ *quæretis eum*, תִּדְרְשֻׁנִי *quæretis me*, c. 1. p. pl. c. נִדְרשׁ *requiremus.* Cum præfix. & ה parag. וְנִדְרְשָׁה *& quæremus.*

NIPHAL נִדְרַשׁ, Lxx. ἐκζητέομαι, Vulg. & alii, *requiror, exquiror, reposcor*, ἀποκρίνομαι *disquiror*, ἐμφανὴς γίνομαι *manifestus fio*, ἀποκρίνομαι *respondeo*, &c. Vulg. & alii item, *interrogor, consulor, quæror*, &c.

PRAET. 3. p. f. m. in pausa; quare (ֻ) mutatur in (ָ), נִדְרָשׁ *reposcitur.* 1. p. f. c. נִדְרַשְׁתִּי *quæsitus sum.* 3. p. pl. c. in pausa; unde (ֻ) mutatur in (ָ), נִדְרָשׁוּ *quæsiti sunt.*

INFIN. cum ה interrog. א pro ה charact. & ex terminatione hhólem, הַאִדָּרשׁ *an consulendo?* Ezech. 14. v. 3. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 172. c. 1.

FUT. 1. p. f. c. אִדָּרֵשׁ *consular*, cum (ִ) sub א pro (ֶ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 173. c. 1.

דשא QAL, unde 3. p. pl. c. PRAETERITI דָּשְׁאוּ, Joel. 2. v. 22. Lxx. βεβλάστηκε (τὰ πεδία), Vulg. & alii, *germinarunt.*

HIPHIL הִדְשִׁיא, unde 3. p. f. f. FUTURI תַּדְשֵׁא, Gen. 1. v. 11. Lxx. Aq. βλαστησάτω, Vulg. & alii, *germinet.* Sym. ἐξαγαγέτω *educat.* Theod. ἐξενεγκάτω *producat.* Alii, *herbascat.*

דשא דֶּשֶׁא m. Lxx. Aq. Sym. πόα, Lxx. Theod. βοτάνη, Lxx. item, χλόη, ἄγρωστις, Vulg. & alii, *herba*, proprie tenera & insativa, herbula. Lxx. item, χόρτος *gramen, fœnum*, σῖτος *cibus, pabulum*, de animalibus. Aq. item, βλάστημα *germen.* Cum præfix. כַּדֶּשֶׁא *sicut herba.* R. דָּשָׁא *germinavit, herbam produxit.*

דשון דִּשּׁוֹן vide infra דָּשֵׁן.

דשן QAL, unde PIEL דִּשֵּׁן, Lxx. λιπαίνω, πιαίνω, Vulg. & alii, *impinguo, pinguefacio*, καλυπτῆρα ἐπιτίθημι, *operculum impono, operio*, Num. 4. v. 13. ubi alii, *cineres removeo*, Vulg. *mundo.* Alii item alibi, *in cineres redigo, incendo.*

PRAET. 2. p. f. m. דִּשַּׁנְתָּ *impinguasti, pinguefecisti.* 3. p. pl. c. cum præfix. וְדִשְּׁנוּ *& cineres removebunt*, q. d. *& decinerabunt.*

INFIN. cum præf. & affix. לְדַשְּׁנוֹ *ad decinerandum illud* (altare), *ad cineres ab eo removendos*, Vulg. *suscipiendos.*

FUT. 3. p. f. m. cum ה parag. præcedente (ֶ) pro (ֵ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 178. c. 1. יְדַשְּׁנֶה, Psal. 19. Heb. 20. v. 4. Sym. πίονα ποιήσαι, alius, στεατώτω, *pinguefaciat* (holocaustum tuum), h. e. gratum habeat instar pinguis victimæ. Alii co-

dem sensu, *in cineres redigat*, ut igne è cœlo demisso in cineres redegit sacrificium Abelis, &c. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 259. c. 1. S. Hieron. & Vulg. *pinguefiat*. Vel legebant יְדֻשְּׁנֶה in Pual; vel mutarunt activum in passivum. 3. p. f. f. cum Maqqaph; quare (-) mutatur in (·), יְדַשֶּׁן־ *impinguat, impinguabit*.

PUAL דֻּשַּׁן, Lxx. ἐμπλησθήσομαι *impleor*. Aq. Sym. Theod. πιαίνομαι, Vulg. & alii, *impinguor, pinguis fio*.

Fut. 3. p. f. m. in pausa; quare (-) mutatur in (·), יְדֻשָּׁן *impinguabitur*. 3. p. f. f. in eadem pausa, תְּדֻשָּׁן *pinguis fiet*.

HOPHAL הֻדְּשָׁן hodschan, unde 3. p. f. f. PRAETERITI, composita partim ex hac conjugatione, partim ex Hithpael, הֻדַּשְּׁנָה, Isai. 34. v. 6. Lxx. ἐπαχύνθη *impinguatus est*, Vulg. *incrassatus est* (gladius). Vocis hujus analysis ea est: ה est ex Hophal cum (·) pro (· hhatoúph), quod non raro accidit; dagh. in ד compensat ת characterist. abjectum ex conjugatione Hithpael; denique dagh. alius character exulat à ש ob (·) ei suppositum; vox enim analoga esset הִתְדַּשְּׁנָה in Hithpael. Si legas הֻדְשְׁנָה, vox erit analoga in Hophal. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 190. c. 1.

דָּשֵׁן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. πίων, Sym. item, λιπαρὸς, Vulg. & alii, *pinguis*. Lxx. item substantive, πλησμονὴ *abundantia, satietas*, Isai. 30. v. 23. ubi pro דָּשֵׁן videntur legisse דֶּשֶׁן, quod vide mox infra. Cum præf. וְדָשֵׁן, Deut. 31. v. 20. *& pinguis erit*. Lxx. (καὶ) κορήσουσι *& satiabuntur*. Vulg. *crassique fuerint*, mutato numero sing. in pluralem. Plur. דְּשֵׁנִים & conft. דִּשְׁנֵי *pingues*. Rad. דָּשֵׁן in Piel *impinguavit*.

דֶּשֶׁן, & in pausa דָּשֶׁן, m. Lxx. πίοτης, Sym. λίπος, Vulg. & alii, *pinguedo*. Lxx. item, τὰ ἀγαθὰ *bona*. Et in alio sensu, Lxx. καταλάρπωσις, Lxx. Theod. σποδία, Lxx. item, σποδὸς, Vulg. & alii, *cinis*. Cum præfix. הַדֶּשֶׁן & in pausa הַדָּשֶׁן, *cinis*. וְדֶשֶׁן & וְהַדָּשֶׁן, *& pinguedo, & cinis*, בַּדֶּשֶׁן *in pinguedine*, מִדֶּשֶׁן *de pinguedine*. Cum affix. דִּשְׁנִי *pinguedo mea*, c. R. דָּשֵׁן in Piel *impinguavit, in cineres redegit*.

דִּישׁוֹן, & cum (י) דִּישֹׁן, Mass. *Dischón*, Vulg. *Dison*, nomen proprium 1°. filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 21. 2°. filii Anæ filii Sebeon, ibid. v. 25. Etym. *trituratio*, vel *pinguedo*, aut *cinis*; à דּוּשׁ *triturare*, vel à דֶּשֶׁן *pinguedo*, aut *cinis*.

דָּת, & emphatice

דָּתָא f. Heb. & Chald. Lxx. Theod. νόμος *lex*. Lxx. item, νόμιμα, Theod. νόμιμον, *legitimum, lege sancitum*. Lxx. item, πρόσταγμα, Theod. δόγμα, *mandatum, decretum, edictum*. Theod. item, γνώμη *sententia*, ῥῆμα *verbum*. Alii item, *tributum statutum & decretum*. Cum præfix. הַדָּת *lex*, וְדָתָא, Chald. & וְהַדָּת *& lex*, בְּדָת *in lege*, כְּדָת & כַּדָּת, *secundum legem*. Cum præf. & affix. וְדָתוֹ *lex ejus*, m. וְדָתָהּ *& lex ejus*, m. דָּתְכוֹן Chald. *lex vestra*, m. Plur. conft. דָּתֵי *leges*. Cum præfix. בְּדָתֵי *inter leges*. Cum præf. & affix. וְדָתֵיהֶם *& leges eorum*. Rad. דוּת (inusit.) ob (·) ubique servatum.

דִּתְאָא f. Chald. emphat. unde cum præfix. בְּדִתְאָא, Dan. 4. vv. 12. 20. Theod. ἐν τῷ χλόῃ, *in herba*. Vulg. *in herbis*. Idem est atque Heb. דֶּשֶׁא, quod vide supra col. 426. literis ש & ת commutatis.

דְּתָבְרַיָּא m. plur. Chald. emphat. Dan. 3. vv. 2. 3. Vulg. *tyranni, optimates*. Theod. hanc vocem cum seq. תִּפְתָּיֵא conjunctam interpretatur, οἱ ἐπ' ἐξουσιῶν *qui erant in potestatibus*, h. e. potentes. Alii, *legisperiti, consiliarii regii*, quorum jus & decreta pura esse debent vel electa, id est, justa; à דָּת *lex, jus, decretum*, & בָּרָא, aut בְּרָה, *elegit*. Alii fingunt rad. inusit. דתבר.

דֹּתַיְנָה vide infra דֹּתָן.

דָּתָן Mass. & Vulg. *Dathán*, nom. proprium filii Eliab, Num. 16. v. 1. Etym. *ritus, lex*; à דָּת idem.

דֹּתָן Mass. & Vulg. 4. Reg. 6. v. 13. *Dothán*, nomen proprium urbis & loci in Tribu Zabulon, 12. milliariis Samaria aquilonem versus distantis, ac in terra campestri siti. In duali דֹּתַיִן (quasi à דּוֹת), unde cum ה locali & in pausa, דֹּתַיְנָה, Gen. 37. v. 17. Vulg. *in Dothain*. Etym. *lex* aut *ritus*. Vide vocem praced.

ה litera illa est

I. articulus omnium fere casuum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 67. art. IV. Genuina ejus motio est (ַ) cum daghésch in litera seq. modo sit illius recipiendi capax; hocque daghésch imprimitur ad compensandam literam ל ejectam; nam ה istud est pro הַל ecce. Vide Gram. Heb. ibid. p. 69. c. 1. Si prima litera, cui daghésch imprimi debet, sit gutturalis aut ר; pro (ַ), ה afficitur (ָ). Vide ibid. Cum prima illa litera est ה, ח, ע, affecta (ָ) & rarissime (ֳ); neque vox est monosyllabica: pro (ָ), ה notatur cum (ֶ) ad euphoniam. Vide ibid. Sæpissime daghésch excidit ex ה & ח, necnon ex aliis literis (ְ) affectis sine ulla compensatione. Vide ibid. & c. 2. ה istud articulus modo emphasin importat, respondetque articulo nostro Gallico *le*, *la*; imo quandoque superlativum gradum efficit; modo, & sæpius quidem, nihil addit significationi, & ad solum orationis ornatum adhibetur. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 422. can. I.

II. Interdum refert pronomen relativum *qui*, *quæ*, *quod*, si addatur præteritis & participiis; & iisdem motionibus afficitur, quibus movetur cum est articulus. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 422. can. II.

III. Adverbium est interrogationis; tuncque notatur cum (ֲ). Ante literam (ְ) affectam notatur cum solo (ַ); tuncque huic literæ modo daghésch imprimit, modo non imprimit. Eadem motione (ַ) afficitur ante schevà compositum, necnon gutturales alia motione quam (ָ) affectas. At quando literæ illæ gutturales notantur cum (ָ); tunc ה istud interrogativum afficitur (ֶ), ut ה articulus. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 375. c. 1. 2. 423. c. 1.

IV. Particula, sive adverbium exclamationis est & apostrophæ nota; tuncque iisdem motionibus insignitur, quibus afficitur ה articulus. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 422. can. II.

V. Est præpositio motum vel quietem exprimens, aut saltem ei respondet, & vices ejus exsequitur, quando nominibus in fine additur præcedente (ָ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 102. §. XI.

הָא Chald. Dan. 3. v. 25. Theod. δὲ *autem*: Ald. & Complut. ὧδε *hîc*. Ms. Alex. ἰδού, Vulg. & alii, *ecce*. R. הָא inusit. Alii adverbium istud radicem efficiunt.

הֵא Heb. & Chald. Lxx. ἰδού, Vulg. & alii, *ecce*. הֵא־כְדִי, Dan. 2. v. 43. Theod. καθὼς, Vulg. & alii, *sicuti*; ad verbum, *ecce sicut*. R. הָא inusit. Aliis est ipsa radix.

הֶאָח vox præ lætitia gestientis & insultantis. Lxx. Sym. εὖγε, Vulg. & alii, *euge*. Lxx. item, ἡδὺ *jucundum*, *dulce*. Aliis, è contrario, est particula dolentis & ejulantis *heu! ah!* Unde Aq. Psal. 39. Heb. 40. v. 16. ἆ ἆ *aa*. Ex hac particula venit altera synonyma אָח, quam vide supra col. 55. sublato ה per aphæresin. Alii, contra, הֶאָח referunt ad אָח, præfixo ה affecto (ֶ) loco (ָ) ob aliud (ָ) sequens sub gutturali א.

הָאֲרָרִי Mass. *Hárarí*, Vulg. *Arorites*, nomen proprium loci vel patriæ Aiam, de quo loco altum silent interpretes, 2. Reg. 23. v. 33. Forte nomen istud appellativum est, ac *montanum* significat, ut fert ejus etymologia; venit enim ab הָרָר *mons*. Quare א videtur antiqua vocalis *a*, quæ hodie exprimitur per (ָ) sub הָ.

הַבְהָבִים m. pl. unde cum affix. הַבְהָבַי, Ose. 8. v. 13. Lxx. θυσία *hostia*, neglecto pronomine affixo. Vulg. Verbal. *offerent*. Alii, *dona mea*, h. e. dona mihi dicata vel debita. Aq. φέρε, φέρε *age*, *age*; legebat הַב הַב. Sym. ἐπάλληλοι *alia post alias* (hostiæ), h. e. frequentes. Theod. μεταφοραὶ *oblationes*. Rad. יָהַב *dedit*, *donavit*, unde

חֲבִחָבִים, geminata secunda & tertia radicali, *dona, munera, hostiæ.*

הָבַל QAL. Lxx. Aq. Theod. *ματαιόομαι evanesco.* Vulg. & alii, *vanus fio.* Sym. *ἀτμὶς γίνομαι vapor sum*, vel *fio.* Lxx. item, *κενὰ ἐπιβάλλω vana injicio* Vulg. *vana loquor*, *ἐπιποθέω*, Psal. 61. Heb. 62. v. 11. Vulg. *concupisco.*

הִתְנַדְּבוּת f. Heb. & Chald. Esd. 7. v. 16. Lxx. ἑκουσιασμὸς *spontanea oblatio*; sic etiam recentiores. Vulg. *quod offerre voluerit* (populus). Rad. נָדַב Heb. נְדַב Chald. *sponte obtulit*.

הַתִּרְשָׁתָא Mass. *Hattirschátha*, Vulg. *Athersátha*, nom. proprium vel potius cognomen Nehemiæ, Nehem. 8. v. 9. al. 10. cap. 10. v. 1. Etym. *contemplans*, aut *explorans fundamentum*; ex תּוּר *contemplari*, *explorare*, & שָׁתָא aut שְׁתִיָּא Chald. *fundamentum*. Vel *turturis fundamentum*; ex תּוֹר *turtur*, & שְׁתִיָּא *fundamentum*.

הָתַת QAL, unde POEL הוֹתֵת, ex quo 2. p. pl. m. FUTURI, תְּהוֹתְתוּ, Psal. 61. Heb. 62. v. 4. Lxx. ἐπιτίθεσθε *imponitis*. Vulg. Lat. *irruitis*. Aq. ἐπιζεύετε, S. Hieron. *insidiamini*. Sym. ματαιοπονήσετε *vane laboratis*, aut *laborabitis*. Alii, *prava molimini*.

ו

ו Conjunctionum præcipua, cujus motio genuina est (ְ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 384. c. 1. Sæpe tamen aliis motionibus afficitur; ac

I. quidem (ּ), 1°. cum duo nomina conjungit, quorum posterius monosyllabum est, aut dissyllabum penacutum, etiamsi posterius illud nomen incipiat vel à ב, vel à מ, vel à פ. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 2. num. V. & infra num. V. 2°. quando præmittitur vocibus monosyllabis aut dissyllabis penacutis, & cum accentu regio notatis, à quacunque litera incipiant. Vide ibid. 3°. ante (ֲ), quia (ו) istud exclusit ה articulum, quæ litera ה ante hoc (ֲ) afficienda erat (ָ) magno, vide ibid. p. 38. Reg. I. 41. c. 1. & 385. c. 1. num. II. 4°. denique ante primam personam futuri quod convertit in prænt. Vide Gram. ibid. p. 384. c. 2. in fine.

II. notatur cum (ַ) 1°. ante (ּ) vel expressum, vel subintellectum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 384. c. 1. num. I. in fine. 2°. ante futura, quæ convertit in præterita. Vide ibid.

III. afficitur (ֶ) ante (ֱ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. col. 1. num. II. Si hoc (ֱ) sub א reperiatur, sæpe ex eo & ex (ְ) sub (ו), fit contractio in (ֵ) sub eodem (ו). Vide ibid.

IV. movetur per (ִ) quando præfigitur vocibus incipientibus ab (י) affecto (ְ); nam ex hoc (ְ), & altero, quod, ut diximus, genuina est motio hujus conjunctionis, fit (ִ) sub eo (ו). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. IV.

V. denique (ו) istud fit (וּ), 1°. ante voces, quarum prima litera notatur cum (ְ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. III. 2°. ante voces incipientes vel à ב, vel à מ, vel à פ, modo non sint monosyllabæ, aut dissyllabæ cum accentu regio in penultima notatæ; aut modo non habeant ante se aliud nomen quocum jungantur per illud (ו), tunc enim (ו) notatur cum (ָ), neque fit (וּ). Vide supra numerum I. & Grammaticam Heb. tom. 1. p. 385. col. 1. num. III.

Ea conjunctio æque varia est in suis sensibus atque in motionibus; nam præter copulandi usum *&*, significat insuper *etiam*, *si*, *aut*, *sed*, *autem*, *vero*, *tamen*, *attamen*, *quamvis*, *quia*, *enim*, *nam*, *ut*, *itaque*, *cum*, *tunc*, *donec*, *quum*, *quando*, *sic*,

ſic, imo, quin, nempe, inquam, id eſt, qui, quæ, quod, an? utrum? nunquid? Interdum deficit; è contrario ſæpiſſime abundat, maxime in principio librorum, capitum, ſententiarum, &c. Vide Gram. Heb. tom. I. p. 611. & ſeqq.

וָו m. unde pl. וָוִים, Lxx. ἀγκύλαι *anſæ*, κρίκοι *annuli*, *fibulæ*, κεφαλίδες, Vulg. *capitella.* Alii, *unci*, *uncini.* Conſt. וָוֵי *uncini.* Cum aff. וָוֵיהֶם *uncini eorum.* R. וָיַר aut וִיר inuſit. quare (ּ) remanet in plur. conſt. & cum affixis conſtructis. Vide Gram. Heb. t. I. p. 90. c. 2.

וָלָד m. Gen. 11. v. 30.... *& non erat ei* (Saraï) וָלָד *proles.* Vulg. *nec habebat liberos.* Lxx. καὶ οὐκ ἐτεκνοποίει, *& non pariebat filios*, ſeu *liberos.* Rad. יָלַד *genuit*, mutato (י) in (ו).

וֶלֶד m. unde in pauſa וָלֶד, 2. Reg. 6. v. 23. ut ibi legendum docent Maſſorethæ, Lxx. παιδίον *puer*, *puerulus.* Vulg. *filius.*

Alii, *proles*, *ſoboles.* R. יָלַד *genuit.* Vide vocem præced.

וַנְיָה Maſſ. & Vulg. *Vaniá*, nom. proprium viri è poſteris Bani, Eſd. 10. v. 36. Etym. *& habitatio Domini;* ex וְ *&*, נָוֶה vel נָוָה, *habitatio*, & יָהּ *Dominus.*

וָפְסִי Maſſ. *Vophsí*, Vulg. *Vapsí*, nomen proprium patris Nahabi, Num. 13. v. 15. Etym. *& pars*, *& particula*, *& defectus*, *& imminutio;* à וְ *&*, & פַּס *pars*, *particula*, &c.

וַשְׁנִי Maſſ. *Vaſchní*, Vulg. *Vaſſení*, nomen proprium primogeniti Samuëlis, 1. Paral. 6. v. 28. Etym. *& ſecundus;* ex וְ *&*, & שֵׁנִי *ſecundus.* Vel *& mutatus;* ex וְ *&*, & שָׁנָה *mutatus eſt.* Vel *& coccineus;* ex וְ *&*, & שָׁנִי idem, &c.

וַשְׁתִּי Maſſ. *Vaſchtí*, Vulg. *Vaſthí*, nomen proprium uxoris Aſſueri, Eſth. 1. v. 9. Etym. *& potus*, *& compotatio*, *& ſtamen;* ex וְ *&*, & שְׁתִי *potus*, *compotatio*, *ſtamen.* Vel *ponens;* ex וְ *&*, & שׁוּת *poſuit*, &c.

זְאֵב m. Lxx. λύκος, Vulg. & alii, *lupus.* Aq. Habac. 1. v. 8. πάρδαλις *pardalis*, ſeu *panthera.* Plur. cum præfix. כִּזְאֵבִים *ſicut lupi.* Conſt. זְאֵבֵי *lupi.* Cum præf. מִזְּאֵבֵי *præ lupis.* Servatur ubique (ֵ) ultimæ ob (ּ) præcedens. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 60. c. 1. num. II. p. 94. c. 1. num. II.

זְאֵב Maſſ. *Zeév*, Vulg. *Zéb*, nom. proprium unius è principibus Madianitarum, quem interfecerunt Ephraimitæ, Jud. 7. v. 25. Pſal. 82. Heb. 83. v. 12. Etym. *lupus.* Vide vocem præced.

זֹאת pronomen demonſtrativum ſingul. femininum. Formatur ex זֶה, de quo infra, inſerto א, & ה mutato in ת. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 73. §. II. p. 74. c. 2. initio. Lxx. αὕτη, Vulg. & alii, *hæc*, *iſta*, *illa*, τοῦτο, *hoc*, *iſtud*, *illud;* Hebræi enim feminino etiam genere utuntur ad exprimendum neutrum, quo caret eorum lingua. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 50. Cum præf. הֲזֹאת *num hoc?* הַזֹּאת *hæc*, Jerem. 26. v. 6. cum ה abundante in fine,

ſecundum Maſſotethas; בְּזֹאת *in hoc*, כָּזֹאת וְכָזֹאת *ſecundum hoc & ſecundum hoc*, id eſt, *ſic*, *ita;* לְזֹאת & לָזֹאת, *huic*, *ad hoc.* R. זֶה *hic.*

זָבַד QAL, unde 3. p. ſ. m. PRAET. cum affixis, זְבָדַנִי, Gen. 30. v. 20. Lxx. δεδώρηταί μοι *dedit*, *donavit mihi.* Vulg. *dotavit me*, c. Sic etiam recentiores.

זָבָד Maſſ. *Zavádh*, Vulg. *Zabád*, nom. proprium 1°. filii Nathan filii Ethei filii Seſan, 1. Paral. 2. v. 36. &c. 2°. filii Tahath, 1. Paral. 7. v. 20. 3°. filii Oholi, 1. Paral. 11. v. 41. 4°. filii Semmath, qui regem Joas dominum ſuum interfecit, 2. Paral. 24. v. 26. Etym. *donum*, *dos*, vel *donatus.* Vide vocem præced. & ſequentem.

זֶבֶד m. Gen. 30. v. 20. Lxx. δῶρον *donum.* Vulg. *dos.* Sic etiam alii. R. זָבַד *dedit*, *donavit*, *dotavit.*

זַבְדִּי Maſſ. *Zavdí*, Vulg. *Zabdí* & *Zebedæus*, nomen proprium 1°. patris Charmi patris Achan, Joſ. 7. v. 1. 2°. filii Semei, 1. Paral. 8. v. 19. 3°. Levitæ, Nehem. 11. v. 17,

4°. patris Jacobi & Joannis, Matth. 4. v. 21. Etym. *donum meum*; ex זֶבֶד *donum*, & affix. 1. p. f. c. Vel *fluxus abundantiæ*; ex זָב *fluxus*, & דַּי *abundantia*.

זַבְדִּיאֵל Maff. *Zavdiël*, Vulg. *Zabdiël*, nom. proprium patris Jesboam, 1. Paral. 27. v. 2. Etym. *donum meum Deus*; ex זֶבֶד *donum*, affix. 1. p. f. c. & אֵל *Deus*.

זְבַדְיָה Maff. *Zevadhiá*, Vulg. *Zabadiás* & *Zebediá*, nomen proprium 1°. filii Bariæ, 1. Paral. 8. v. 15. 2°. filii Elphaal, ibid. v. 17. 3°. filii Asaëi, ibid. c. 27. v. 7. 4°. filii Michaël, Esd. 8. v. 8 Etym. *dos*, vel *donum Domini*; ex זֶבֶד *dos*, *donum*, & יָהּ *Dominus*.

זְבוּב m. Lxx. Sym. μυῖα, Vulg. & alii, *musca*. Cum præfix. לִזְבוּב *muscæ*. Plur. conft. זְבוּבֵי *muscæ*. R. זָבַב inusit.

זָבוּד Maff. *Zavoúdh*, Vulg. *Zabúd*, nomen proprium filii Nathan Sacerdotis, 3. Reg. 4. v. 5. Etym. *donatus*, *dotatus*; à זָבַד *donavit*, *dotavit*.

זְבוּדָה Maff. *Zevoudhá*, Vulg. *Zebidá*, legebat זְבִידָה, ut habet τὸ קְרִי; Lxx. vero legerunt ut Mafforethæ; habent enim Ζαβουδά. Nomen proprium matris Joakim, 4. Reg. 23. v. 36. Etym. *donata*, vel *dotata*. Vide nomen præced.

זְבוּל, & cum ( ) pro ו, זְבֻל, m. Lxx. οἶκος *domus*, Aq. κατοικητήριον, Vulg. & alii, *habitatio*, *habitaculum*. Lxx. item, ἅγιος *sanctus*, δόξα *gloria*, h. e. habitaculum fanctum & gloriofum; unde Sym. Pfal. 48. Heb. 49. v. 15. οἴκησις ἔντιμος *habitatio honorabilis*. R. זָבַל *habitavit*.

זְבוּלָה, unde cum (ֻ) pro (וּ) זְבֻלָה, Habac. 3. v. 11. Lxx. τάξις *ordo*. Vulg. & alii, *habitaculum*. Idem videtur ac nomen præcedens זְבוּל, seu זְבֻל, cui adjectum est ה locale; quare accentus est in penultima. Ea etiam de causa Lxx. transtulerunt ἐν τῇ τάξει αὐτῆς *in ordine suo*, Vulg. *in habitaculo suo*; nisi spectarint ה ut affixum, & præpositionem ἐν *in* ad sensum complendum addiderint.

זְבוּלֹנִי Maff. *Zevoúlonî*, Vulg. *Zabulonita*, *Zabulonites*, nomen commune Ifraëlitis ex Tribu Zabulon oriundis, Jud. 12. v. 11. Etym. *habitaculum*; à זָבַל *habitavit*.

זָבַח QAL. Lxx. Aq. θύω, Lxx. Aq. Sym. θυσιάζω, Vulg. & alii, *macto*, *sacrifico*, *immolo*. Lxx item, προσφέρω *offero*, σφάζω, σφάττω, *jugulo*, ἐκζητέω *requiro*, sacrificiis nimirum & hostiis. Hoc verbum affinitatem habet cum טָבַח idem significante, literis ז & ט permutatis, ut sæpe fit in lingua Chaldaica.

PRAET. 3. p. f. m. זָבַח *sacrificavit*. Cum præf. וְזָבַח *& mactavit*. 2. p. f. m. cum præf. וְזָבַחְתָּ *& sacrificabis*. 1. p. f. c. זָבַחְתִּי *sacrificavi*. 3. p. pl. c. cum præf. וְזָבְחוּ *& sacrificabunt*. 2. p. pl. m. cum præf. וּזְבַחְתֶּם *& sacrificabitis*, *& sacrificate*. 1. p. pl. c. cum præf. וְזָבַחְנוּ *& ut sacrificemus*.

BEN. f. m. זֹבֵחַ *sacrificans*. Cum præfix. הַזֹּבֵחַ *qui sacrificat*, וְזֹבֵחַ *& sacrificans*, וְלַזֹּבֵחַ *& sacrificanti*. Plur. m. abfol. זֹבְחִים, cum præf. הַזֹּבְחִים, & conft. זֹבְחֵי *sacrificantes*.

INFIN. זְבֹחַ *sacrificare*, & substantive Lxx. θυσία *victima*. Cum præf. לִזְבֹּחַ *ad sacrificandum*, וְלִזְבֹּחַ *& ad sacrificandum*. Cum præf. & aff. בְּזָבְחוֹ bezovhhó *in sacrificando eo*, *cum sacrificaret*.

IMPER. 2. p. f. m. ex forma (-), זְבַח *sacrifica*, *immola*. 2. p. pl. m. זִבְחוּ *sacrificate*.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. & ex forma (-), וַיִּזְבַּח *& sacrificavit*. Cum præf. aff. & ex eadem forma, וַיִּזְבָּחֵהוּ *& sacrificavit illud*. 3. p. f. f. cum præf. aff. & in ead. forma, וַתִּזְבָּחֵהוּ *& mactavit eum*. 2. p. f. m. ex eadem forma (-), תִּזְבַּח *sacrificabis*. Cum aff. & ex eadem forma, תִּזְבָּחֶנּוּ *immolabis eum*. 2. p. f. f. cum præf. aff. & ex eadem forma, וַתִּזְבָּחִים *& sacrificasti illos*. 1. p. f. c. ex eadem forma, אֶזְבַּח, & cum ה parag. אֶזְבְּחָה, *sacrificabo*. Cum præf. & eodem ה parag. וְאֶזְבְּחָה *& sacrificabo*. 3. p. pl. m. יִזְבְּחוּ *sacrificabunt*. Cum præf. וְיִזְבְּחוּ *& sacrificabunt*, וַיִּזְבְּחוּ *& sacrificaverunt*, הֲיִזְבָּחוּ *num sacrificabunt?* cum (ָ) loco (ְ) sub ב ob pausam, qua revocata est motio primariæ vocis (-), ac insuper mutata est in (ָ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 160. in medio. 168. c. 2. 2. p. plur. m. תִּזְבְּחוּ, & in pausa תִּזְבָּחוּ, *sacrificabitis*. Cum affix. ex forma (-), & cum (ֻ) pro (וּ) sub ה, תִּזְבָּחֻהוּ

sacrificabitis illud. 1. p. pl. c. ex forma (-), נִזְבַּח, & cum ה parag. נִזְבְּחָה, *sacrificabimus, sacrificemus* Cum præf. & eodem ה parag. וְנִזְבְּחָה *& sacrificemus.*

PIEL זִבַּח vel זִבֵּחַ, Lxx. θύω, θυσιάζω, Vulg. & alii, *macto, sacrifico*, ut in Qal. Lxx. item, θυμιάω *adoleo.*

PRAET. 3. p. ſ. m. זִבַּח *sacrificabat.* 3. p. plur. c. זִבְּחוּ, & in pauſa ex forma (-), זִבֵּחוּ, *sacrificarunt.*

BEN. ſ. m. מְזַבֵּחַ *sacrificans.* Pl. m. מְזַבְּחִים *sacrificantes.* Plur. f. cum præf. וּמְזַבְּחוֹת *& sacrificantes.*

INFIN. cum præf. לְזַבֵּחַ *sacrificando.*

FUT. 3. p. ſ. m. יְזַבֵּחַ *sacrificabit.* Cum præf. וַיְזַבֵּחַ *& sacrificavit.* 1. p. ſ. c. אֲזַבֵּחַ *sacrificabo.* 3. p. pl. m. ex forma (-), quod retinetur ob pauſam, יְזַבֵּחוּ *sacrificabunt.*

זֶבַח & in pauſa זָבַח, m. Lxx. Aq Sym. θυσίασμα, Lxx. item, θῦμα, σφάγιον, Vulg. & alii, *victima, sacrificium, hostia.* Lxx. item, θυμίαμα *thymiama, incensum*, ὁλοκαύτωμα *holocaustum*, θεοῖ *Dii*, Ezech. 20. v. 28. ubi tamen hanc vocem addidiſſe videntur potius quam eâ Hebraicam expreſſiſſe. Alii item, *mactatio, mactatilia animalia.* Cum præf. וָזֶבַח & in pauſa וָזָבַח, *sacrificium*, הַזֶּבַח, הַזָּבַח, in pauſa הַזָּבַח, & cum ה artic. וְהַזֶּבַח, *& sacrificium*, בְּזֶבַח & in pauſa בְּזָבַח, *cum sacrificio*, לְזֶבַח, in pauſa לְזָבַח & לַזָּבַח, *in sacrificium*, וּלְזֶבַח & in pauſa וּלְזָבַח, *& sacrificii, & sacrificio, & in sacrificium*, מִזֶּבַח & in pauſa מִזָּבַח, *de sacrificio, præ sacrificio.* Cum præf. & affix. זִבְחוֹ *sacrificium ejus*, m. מִזִּבְחוֹ *de sacrificio ejus*, m. זִבְחִי *sacrificium meum*, c. בְּזִבְחִי *in sacrificium meum*, c. מִזִּבְחִי *de sacrificio meo*, c. זִבְחֲכֶם *sacrificium vestrum*, m. Plur. זְבָחִים *sacrificia.* Cum præfix. הַזְּבָחִים idem, וּזְבָחִים & וְהַזְּבָחִים, *& sacrificia.* Conſt. זִבְחֵי *sacrificia.* Cum præf. לְזִבְחֵי *ad sacrificia*, מִזִּבְחֵי *de sacrificiis.* Cum præf. & aff. זְבָחֶיהָ *sacrificia tua*, m. וּזְבָחֶיךָ *& sacrificia tua*, m. זִבְחֵיהֶם, & cum affixo poëtico זְבָחֵימוֹ, *sacrificia eorum*, וְזִבְחֵיהֶם *& sacrificia eorum*, מִזִּבְחוֹתָם, Oſe. 4. v. 19. ex terminatione feminina, *à sacrificiis eorum*, זִבְחֵיכֶם *sacrificia vestra*, m. וְזִבְחֵיכֶם *& sacrificia vestra*, m. וּמִזְּבָחֵינוּ

& de sacrificiis nostris, c. Rad. זָבַח *sacrificavit.*

זֶבַח Maſſ. *Zéva*, Vulg. *Zebée*, nomen propr. regis Madianitarum, Jud. 8. v. 5. Pſal. 82. Heb. 83. v. 12. Etym. *victima, sacrificium.* Vide vocem præced.

זִבְחָה f. unde pl. cum præf. & affix. מִזִּבְחוֹתָם, Oſe. 4. v. 19. Lxx. Varic. ἐκ τῶν θυσιαστηρίων αὐτῶν, *ab altaribus eorum.* Ald. ἐκ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, Vulg. & alii, *à sacrificiis suis*, m. ita ut idem ſit ac זֶבַח in plurali ex terminatione fem. Vide in fine col. præced. Rad. זָבַח *sacrificavit.*

זַבַּי Maſſ. & Vulg. *Zabbâï*, nomen proprium unius è poſteris Bebai, Eſd. 10. v. 28. Etym. *fluens, aut fluxus*; ex זוּב *fluere.*

זְבִינָא Maſſ. *Zevinâ*, Vulg. *Zabinâ*, nomen propr. viri de filiis Nebo, Eſd. 10. v. 43. Etym. *fluens nunc*; ex זוּב *fluere*, & נָא *nunc.*

זָבַל QAL, unde 3. p. ſ. m. FUT. cum aff. יִזְבְּלֵנִי, Gen. 30. v. 20. contracte pro יִזְבֹּל עִמִּי, Lxx. αἱρετιεῖ με *eliget me* ad habitandum mecum. Sym. συνοικήσει μοι *cohabitabit mecum.* Alii, *habitabit mecum.* Vulg. *mecum erit.*

זְבֻל *habitaculum*, vide זְבוּל supra col. 483.

זְבֻל Maſſ. *Zevúl*, Vulg. *Zebúl*, nomen proprium ſervi Abimelech filii Gedeonis, Jud. 9. v. 28. Etym. *habitaculum*; ex זָבַל *habitavit.* Vel Chaldaïce, *sterquilinium*; à זֶבֶל aut זְבַל, *stercus, fimus.*

זְבֻלֻת vide זְבוּלֻת, ſupra col. 483.

זְבֻלוּן Maſſ. *Zevuloún*, Vulg. *Zabulón*, nom. proprium decimi filii Jacobi ex Lia ejus uxore; à quo & denominata eſt Tribus Zabulon, Gen. 30. v. 20. Etym. *babitans* vel *habitaculum*; à זָבַל *habitavit.*

זְבַן Chald. PEAL, unde BENONI pl. m. זָבְנִין, Dan. 2. v. 8. *redimentes* (eſtis). Theod. ἐξαγοράζετε, Vulg. *redimitis.*

זָג m. Num. 6. v. 4. Lxx. γίγαρτον *acini vinacei nucleus* (Gallice *pepin*); ſic etiam Chald. cum quibuſdam Rabbinis. Vulg. *acinus.* Alii, quos inter Qimhhi, *cutis, cortex uvarum exterior.* R. זגג inuſit.

זֵד m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὑπερήφανος, Vulg. & alii, *superbus.* Lxx. item, ἄνομος *iniquus*, παράνομος *transgressor legis*, θράσεις

audax, ἀλλογενὴς, Malach. 3. v. 19. al. 4. v. 1. *alienigena*, ἀλλότριος, Psal. 18. Heb. 19. v. 13. al. 14. Malach. 3. v. 15. *alienus*; his tribus ultimis in locis legebant זָר à זור *alienum esse*. Plur. cum præfix. הַזֵּדִים *superbi*, מִזֵּדִים *a superbis*. Servatur ( ), quia nomen istud venit à R. זוד *superbire*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 94. c. 1.

זָדוֹן & זְדוֹן, m. Lxx. ὑπερηφάνεια, ὑπερηφανία, Vulg. & alii, *superbia*. Lxx. item, ἀσέβεια *impietas*, ἰταμία *temeritas*, ὕβρις *contumelia*. Adjective, ὑβρίστρια *contumeliosa*, *convitiatrix*. Et subintellecto nomine אִישׁ *vir*, παράνομος *transgressor legis*, Prov. 21. v. 24. ubi Sym. ὑπερήφανος *superbus*. Pro ellipsi nominis אִישׁ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 494. §. XI. Cum præf. הַזָּדוֹן *superbia*, בְּזָדוֹן *in*, *cum superbia*. Const. זְדוֹן *superbia*. Cum affix. זְדֹנְךָ *superbia tua*, m. Rad. זוד *superbire*.

זֵידוֹן m. unde plur. cum præfix. הַזֵּידוֹנִים vel הַזֵּידוֹנִים, Psal. 123. Heb. 124. v. 5. Lxx. ἀνυπόστατον, Vulg. Lat. *intolerabilis* (aqua). Aq. ὑπερήφανοι *superbi*. S. Hieron. *superbia*. Sym. Theod. ὑπερήφανα (ὕδατα) *superbæ* (aquæ). Alii, *elatæ*, *intumescentes*, *superbientes* (aquæ). R. זוד vel זיד, *superbire*; quare in הַזֵּידוֹנִים (-) penultimæ servatur ad compensandam secundam radicalem (ו) exsulantem.

זָדֹן vide זָדוֹן supra.

זֶה pronomen demonstrativum singulare masculinum, Lxx. οὗτος, Vulg. & alii, *hic*, *iste*; *hoc*, *istud*; eo enim quandoque utuntur Hebræi ad exprimendum neutrum genus, quo caret eorum lingua. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 50. 474. can. I. Geminato hoc pronomine distributio significatur, זֶה, זֶה, *hic*, *ille*. Eo interdum exprimitur relativum *qui*, *quæ*, *quod*, aut in eo includitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 507. can. III. Interdum est adverbium temporis, *jam*, *jam nunc*, *hoc tempore*. Cum præf. הַזֶּה, cum ל epenthetico הַלָּזֶה, & cum apocopa ה posterioris & motionis præcedentis, הַלָּז, *iste*, *ille ipse*, הֲזֶה *num iste?* בָּזֶה cum (ּ) loco (-) & daghésch per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. & sine præpositione זֶה, *hic*, *in hoc*, וּבָזֶה *& in hoc*, וְזֶה *& hic*, & plural. Job. 19. v. 19. *& hi*, כָּזֶה pro כְּזֶה, vide supra בָּזֶה, & Gram. ibid. p. 376. c. 2. *sicut hic*, הֲכָזֶה *num sicut hoc?* וְכָזֶה *& secundum hoc*, לָזֶה *huic*, מִזֶּה *ab hoc*, *hinc*, וּמִזֶּה *& ab hoc*, *inde*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 73. c. 1. fin.

זֹה pronomen demonstrativum singulare femininum, *hæc*, *ista*, Lxx. τοῦτο *hoc*, usurpato feminino genere pro neutro exprimendo. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 50. 474. can. I. Cum præf. בָּזֹה *secundum hoc*, cum (ּ) sub ב loco (-) & daghésch per legem æquivalentiæ. Vide supra in זֶה. Rad. זֶה *hic*.

זָהָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. χρυσίον, Lxx. item, χρυσὸς, Vulg. & alii, *aurum*. Lxx. item adjective, χρυσοῦς *aureus*. Alii item metonymice, *nummus*, seu *siclus aureus*; & metaphorice, *serenitas*, *serenum*, *lux purissima*, &c. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 142. c. 1. Cum præf. הַזָּהָב *aurum*, וְזָהָב & וְהַזָּהָב, *& aurum*, בַּזָּהָב & בְּזָהָב, *in auro*, וּבַזָּהָב & וּבְזָהָב, *& in auro*, כַּזָּהָב *sicut aurum*, לַזָּהָב *auro*, וְלַזָּהָב *& auro*, מִזָּהָב *præ auro*, וּמִזָּהָב *& præ auro*. Const. זְהַב *aurum*. Cum præfix. וּזְהַב *& aurum*, מִזְּהַב *de auro*. Cum præf. & affix. זְהָבוֹ *aurum ejus*, m. זְהָבֶךָ in pausa, quare ב afficitur (ֶ) pro (ְ), *aurum tuum*, m. וּזְהָבְךָ *& aurum tuum*, m. וּזְהָבִי *& aurum meum*, c. וְלִזְהָבִי *& auro meo*, c. מִזְּהָבִי *ex auro meo*, c. זְהָבָם *aurum eorum*, וּזְהָבָם *& aurum eorum*. R. זָהַב inusit.

זְהִירִין m. pl. Chald. unde cum præf. וּזְהִירִין, Esd. 4. v. 22. Lxx. πεφυλαγμένοι *custoditi* (sitis), h. e. cauti, caventes vobis. Vulg. Verbaliter, *videte*. Alii, *moniti*, *admoniti* (estote). Potest esse Peil, sive participium passivum, Verbi Rad. זְהַר in Aphel *monuit*, *admonuit*.

זָהַם QAL, unde PIEL זִהֵם vel זִהַם, sine daghésch excidentis compensatione. Hinc 3. p. s. f. PRAETERITI cum præf. & affix. וְזִהֲמַתּוּ, Job. 33. v. 20. contracte pro וְזִהֲמַתְהוּ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 340. c. 1. *& abominatur ipsum*. Lxx. οὐ μὴ δύναται προσδέξασθαι *non potest sumere*, *accipere*,

manducare. Vulg. intranſitive, *abominabilis ei fit.* Alii, *& faſtidit ipſum.* Pro affixo hic pleonaſtico vide Gram. Heb. tom. 1. p. 513. can. II.

זַהַם Maſſ. *Záham*, Vulg. *Zóom*, nomen proprium filii Roboam ex Abihail, 2. Paral. 11. v. 19. Etym. *abominans*, vel *abominatio.* Vide vocem præcedentem.

זָהַר QAL, unde NIPHAL נִזְהַר, Lxx. Aq. φυλάσσω, φυλάσσομαι, *cuſtodio, obſervo.* Lxx. item, προσέχω *attendo, caveo*, Sym. *præcaveo*, Eccle. 4. v. 13. ſecundum S. Hieron. comm. in h. l. Alii, *moneor, commoneor, admoneor.*

Praet. 3. p. ſ. m. נִזְהַר *cuſtodit, cuſtodivit, monitus, admonitus eſt.*

Ben. ſ. m. נִזְהָר *monitus, admonitus, cavens, præcavens*, &c.

Infin. cum præf. לְהִזָּהֵר *admoneri, cavere, præcavere.*

Imper. 2. p. ſ. m. הִזָּהֵר *monitus eſto, cave.*

HIPHIL הִזְהִיר, Lxx. διαμαρτύρομαι *teſtificor*, σημαίνω *ſignifico*, διαστέλλω *edico, præcipio*, διαπυλίω *minor*, προεπαγγέλλω *prænuntio.* Sym. προφυλάσσω *præcaveo.* Alii item, *moneo, admoneo.* Et in alia ſignificatione, Lxx. Theod. λάμπω, Vulg. & alii, *ſplendeo, fulgeo.*

Praet. 3. p. ſ. m. cum præfix. וְהִזְהִיר *& monuerit.* Cum præf. & aff. וְהִזְהִירָה *& monuerat eum*, 4. Reg. 6. v. 10. ubi eſt ה in fine pro (ו), ſic וְהִזְהִירוֹ, ut ibi legendum docent Maſſorethæ. 2. p. ſ. m. הִזְהַרְתָּ *admonuiſti.* Cum præf. וְהִזְהַרְתָּ, & expreſſo ה in fine וְהִזְהַרְתָּה, *& admonebis.* Cum affix. הִזְהַרְתּוֹ *monueris eum.* 2. p. pl. m. cum præf. וְהִזְהַרְתֶּם *& monebitis.*

Infin. cum præf. לְהַזְהִיר *ad monendum.*

Fut. 3. p. pl. m. יַזְהִירוּ *ſplendebunt, fulgebunt.*

זֹהַר m. Lxx. Theod. αὔγη *aura* (ſplendens). Lxx. item, λαμπρότης, Vulg. & alii, *ſplendor.* Aq. Sym. participialiter, φέγγων *ſplendens.* Cum præf. כְּזֹהַר *ſicut ſplendor.* R. זָהַר in hiph. *ſplenduit.*

זִו, 3. Reg. 6. vv. 1. 37. Maſſ. *Zív*, Vulg. *Zió*, legebar זִיו, nomen menſis octavi in anno civili, ſecundi autem in anno ſacro. Hinc Lxx. δεύτερος *ſecundus.* Reſpondet Aprili & Maio. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 427. c. 2. Sunt qui velint menſem hunc ſic dictum à voce Chaldaica זִיו *ſplendor, amœnitas*, quod eo tempore conſpiciatur arborum amœnitas. Vide Gram. ibid. p. 428. c. 2.

זוּ, & cum (ו) pro (ו)

זוּ, pronomen demonſtrativum ſingulare communis generis, maxime זוּ, Lxx. οὗτος αὕτη, τοῦτο, Vulg. & alii, *hic, hæc, hoc.* Interdum זוּ ponitur pro relativo אֲשֶׁר *qui, quæ, quod;* aut ſaltem hoc relativum ſubintelligitur, ut illud ſupplent Lxx. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 507. can. III. Rad. זֶה *hic*, mutato ה in (ו).

זוּב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ῥέω, Lxx. item, ῥυέω, Vulg. & alii, *fluo*, proprie de fluxu ſeminis in viro, & ſanguinis menſtrui in muliere. Hinc iidem Lxx. γονοῤῥυέω *fluxum ſeminis patior.* Inſuper iidem, Thren. 4. v. 9. πορεύομαι *proficiſcor* nimirum ex hac vita lente & quaſi liqueſcendo; unde Vulg. ibid. *extabeſco.*

Ben. ſ. m. זָב & cum præf. הַזָּב, Lxx. γονοῤῥυὴς *feminifluus, fluxu laborans.* Fem. זָבָה & conſtruct. זָבַת, *fluens, fluxu laborans.* Servatur (ָ) penult. in regimine ad compenſandam ſecundam radicalem (ו) abjectam. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 87. c. 1.

Fut. 3. p. ſ. m. יָזוּב *fluet.* 3. p. ſ. f. תָּזוּב *profluet.* 3. p. pl. m. cum (ֻ) pro (ו) ſub ז, יָזֻבוּ *fluxerint.* Cum præf. וַיָּזוּבוּ, & cum (ֻ) pro (ו) וַיָּזֻבוּ, *& fluxerunt.*

זוֹב m. Lxx. ῥύσις, Vulg. & alii, *fluxus, profluvium* ſeminis aut ſanguinis. Cum præf. מִזּוֹב *à fluxu.* Cum præf. & affix. זוֹבוֹ *fluxus ejus*, m. בְּזוֹבוֹ *in fluxu ejus*, m. מִזּוֹבוֹ *à fluxu ejus*, m. זוֹבָהּ *fluxus ejus*, f. מִזּוֹבָהּ *à fluxu ejus*, f. R. זוּב *fluere.*

זוּד Heb. & Chald. QAL. ἀνθίστημι *reſiſto*, ἐπιτίθεμαι *aggredior, adorior per inſidias.* Aq. Sym. Theod. ὑπερηφανεύομαι, Vulg. & alii, *ſuperbio, ſuperbe ago.*

Praet. 3. p. ſ. f. זָדָה *ſuperbiit.* 3. p. pl. c. זָדוּ *ſuperbiunt, ſuperbierunt.*

HIPHIL הֵזִיד, & in Aphel Chaldæorum אָזִיד vel אֲזִיד, Lxx. Aq. Theod. ὑπερ-

κραταιόομαι, Lxx. item, ὑπερηφανέω, Vulg. & alii, *superbio, superbe, arroganter ago.* Lxx. item, ἀσεβέω *impius sum, impie ago,* ἐπιτίθεμαι *per insidias aggredior*, ut in Qal, καταδυναστεύομαι *vim facio.*

PRAET. 3. p. pl. c. הֵזִידוּ *superbe egerunt.*

INFIN. Chald. cum duplici ה pro duplici א, לַהֲזָדָה, Dan. 5. v. 20. *ad superbiendum.* Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 604. c. 2. fin.

FUT. 3. p. s. m. יָזִיד & יָזֵד, *superbe egerit.* 2. p. pl. m. cum ן parag. יְזִידוּן *superbe agent.* 2. p. pl. m. cum præfix. וַתָּזִידוּ *& superbe egistis.*

זוֹחֵת Mass. *Zobhéth*, Vulg. *Zobéth*, nomen proprium filii Jesi, 1. Paral. 4. v. 20. Etym. *iste stupens, pavidus*, aut *confractus*; ex זֶה vel זוּ, *hic, iste*, & חָתַת *territus, confractus est, stupens, pavidus fuit.*

זָוִיֹּת f. plur. à sing. inusit. זָוִית. Hinc cum præf. כְּזָוִיֹּת, Psal. 143. Heb. 144. v. 12. Lxx. κεκαλλωπισμέναι, Vulg. Lat. *compositæ.* Aq. ὡς ἐπιγώνια, S. Hieron. & alii, *sicut anguli*, h. e. lapides angulares. Zach. 9. v. 15. Vulg. *quasi cornua*, alii, *quasi anguli.* Vacat apud Lxx. Rad. זָוָה inusit. aut potius זוּי itidem inusit. ob (·) servatum in antepen. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. c. 1.

זוּל QAL, unde BENONI pl. m. cum præf. הַזָּלִים, Isai. 46. v. 6. Lxx. συμβαλλόμενοι *conferentes, symbolam dantes.* Vulg. *qui confertis.* Alii, *vilipendentes, ut rem vilem profundentes.*

FUT. 2. p. s. f. ex forma quiesc. Pe (י), quam huc referunt nonnulli, תֵּזְלִי, Jerem. 2. v. 36. Lxx. καταφρονήσεις *contempsisti.* Vulg. passive aut intransitive, *vilis facta es.* Alii, *vilipendis te.* Alii, *ibis, abibis*, ab אָזַל, quod vide supra col. 49. Vide etiam Gram. Heb. tom. 1. pag. 230. c. 1. 409. c. 2.

HIPHIL הֵזִיל, unde 3. p. pl. c. PRAET. cum aff. & ex forma defect. Pe נ, הִזִּילוּהָ, Thren. 1. v. 8. pro הֵזִילוּהָ aut הִזִּילוּהָ, Lxx. ἐταπείνωσαν αὐτὴν *humiliaverunt eam.* Vulg. *spreverunt illam.* Alii, *vilipenderunt illam.*

זוֹלֵל & זֹלֵל, m. Lxx. συμβολοκοπῶν, Aq. Sym. Theod. συμβολοκόπος, *qui symbolam dat* ad convivium. Lxx. item, πορνοκόπος *scortator*, ἀνάξιος *indignus.* Et substantive, ἀσωτία *luxuria, prodigalitas, profusio, nequitia.* Alii, *comessator, epulo.* Cum præf. וְזוֹלֵל *& comessator*, מִזּוֹלֵל *à comessatore.* Pl. זוֹלְלִים *comessatores.* Const. cum præfix. בְּזֹלְלֵי *cum epulonibus.* R. זָלַל inusit.

זוֹלֵלָה f. Thren. 1. v. 11. al. 12. Lxx. ἠτιμωμένη *ignominia affecta.* Vulg. *vilis facta.* R. זוּל *vilem esse.*

זוּלַת, unde cum (י) paragogico, aut potius antiqua vocali *e*,

זוּלָתִי, Lxx. πάρεξ, Aq. παρεκτός, Vulg. & alii, *præter.* Lxx. item, πλὴν *præterquam, nisi*, ἀλλ' ἢ *sed.* Const. זוּלַת *præter*; nam hæc præpositio videtur esse composita ex nomine substantivo זוּלָה inusit. & præpositione subintellecta, quales sunt aliæ quædam præpositiones & adverbia. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 375. c. 1. 379. c. 1. Cum affix. זוּלָתָהּ *præter eam*, זוּלָתֶךָ & in pausa זוּלָתֶךָ, *præter te*, m. זוּלָתִי *præter me*, c. R. זָלַת inusit. aut זוּל inusit. pariter in hac significatione.

זוּן Chald. unde 3. p. s. m. FUT. ITHPEAL ex forma hhiriq, יִתְּזִין, Dan. 4. v. 9. Theod. ἐτρέφετο *nutriebatur, alebatur.* Vulg. *vescebatur.* מְיֻזָּנִים, Jerem. 5. v. 8. quod trajectis literis, huc referunt nonnulli, vide in יָזַן.

זוֹנָה & זֹנָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. πόρνη, Vulg. & alii, *meretrix, scortum.* Lxx. item, πορνεία *fornicatio*, ἀλλότριος οἶκος *aliena domus*, per metonym. continentis pro contento. Alii item, *hospita, cauponaria*, Jos. 2. v. 1. quasi *cibatrix*, à זוּן *alere, cibare*; atque ita explicant Chaldæus, R. Salomon, & plerique omnes Hebræi. Alii tamen, & maxime SS. Patres, זוֹנָה hîc *meretricem* interpretantur aut intelligunt. Cum præf. הַזּוֹנָה *meretrix*, בַּזּוֹנָה *pro meretrice*, כַּזּוֹנָה *sicut meretrix*, הַכְזוֹנָה *an sicut meretrix?* לְזוֹנָה *pro scorto*, מִזּוֹנָה *à scorto.* Plur. זֹנוֹת *meretrices.* Cum præf. הַזֹּנוֹת *meretrices*, וְהַזֹּנוֹת, 3. Reg. 22. v. 38. Lxx. καὶ αἱ πόρναι *& meretrices.* Vulg. *& habenæ.* Alii, *& arma*; à זְיָן Chald. *arma, armatura.* R. זָנָה *scortatus est.*

זוע Heb. & Chald. QAL. Lxx. σαλεύομαι, Vulg. & alii, *moveor*, *commoveor*, timore aut debilitate ; hinc Theod. τρέμω *tremo*.

Praet. 3. p. f. m. זָע *motus est*.

Ben. pl. m. Chald. זָאֲעִין, Dan. 5. v. 19. ubi Massorethæ legendum docent זָיְעִין, vide Gram. Chald. t. 2. p. 604. c. 1. Theod. τρέμοντες *trementes*. Vulg. *tremebant*.

Fut. 3. p. pl. m. cum præf. & (ִ) pro (ו), שֶׁיָּזֻעוּ, Eccle. 12. v. 3. Lxx. ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐὰν σαλευθῶσι *qua* (die), Vulg. *quando commovebuntur*. Alii, *contremiscent*.

PIEL geminata prima & tertia radicali, זַעֲזַע, unde

Ben. pl. m. cum aff. מְזַעְזְעֶיךָ, Habac. 2. v. 7. Lxx. ἐπίβουλοί σου *insidiatores tui*, m. Vulg. *lacerantes te*, m. Alii, *commoventes*, *exagitantes te*, m.

זְוָעָה f. Isai. 28. v. 19. Lxx. ἐλπὶς πονηρὰ *spes mala*. Aq. βρασμὸς *æstus*, *ebullitio*. Sym. σεισμὸς, Theod. κίνημα, *motus*, *motio*, *commotio* (sic etiam recentiores). Vulg. *vexatio*. R. זוע *moveri*, *commoveri*, secunda radicali (ו) facta mobili.

זור QAL. Lxx. ἀπαλλοτριόομαι *abalienor*, Vulg. & alii, *alienor*, ἀλλότριος εἰμι *alienus sum*. Alii reciproce, *alieno me*. Et in alia significatione, Lxx. & alius, ἐκπιάζω *premo*, *comprimo*, σκορπίζω (à זָרָה) *spargo*, στερίσκομαι *privor*. Et in alio sensu, *sanor*, *curor*, Vulg. *circumligor*, de vulneribus, quæ alligantur ut curentur.

Praet. 3. p. f. m. זָרָה *alienatus est* (spiritus). 3. p. pl. c. זָרוּ, & ex forma hhólem זֹרוּ, vide Gram. Heb. tom. 1 p. 249. c. 1. *alienati*, *abalienati sunt* ; & in alia significatione, Isai. 1. v. 6. *ligata*, *curata sunt* (vulnera).

Paoul f. f. cum præf. & (ִ) in fine pro (ֶ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 250. c. 2. וְהַזּוּרֶה, Isai. 59. v. 5. Lxx. καὶ συντρίψας οὔριον *& frangens putridum* ; legisse videntur זָרָה à וְהַזּוֹרֶה in Benoni Qal. Aq. & Theod. καὶ τὸ θαλφθὲν *& fotum*. Vulg. *& quod confotum est*. Sym. τὸ δὲ συνεσπαρμένον, *quod autem convolutum* (est). Alii, *& hoc* (ovo) *compresso*, seu *fracto*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & (ֵ) in fine pro (ֲ hhatoúph), ob tertiam radicalem ר, & accentum ab ultima ad penultimam retractum, וַיָּזַר, Jud. 6. v. 38. *& compressit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 251. c. 1. 3. p. f. f. cum aff. תְּזוּרֶהָ, Job. 39. v. 15. *comprimit illud* (ovum).

NIPHAL נָזוֹר, unde 3. p. pl. c. Praet. נָזֹרוּ, Isai. 1. v. 4. Aq. vel Theod. ἀπηλλοτριώθησαν, Vulg. *abalienati sunt*. Vacat apud Lxx. Et Ezech. 14. v. 5. Lxx. Participialiter, ἀπηλλοτριωμένας (καρδίας) *abalienata* (corda). Vulg. *recesserunt*. Alii, *alienati*, *abalienati sunt*.

POEL זוֹרֵר, unde 3. p. f. m. Futuri cum præf. וַיְזוֹרֵר, 4. Reg. 4. v. 35. Complut. καὶ ἀνδρίσατο *& viriliter egit*. Alius, καὶ διεκινήθη *& commotus est*. Vulg. *& oscitavit*. Alii, *& sternutavit*. Vacat apud Lxx. Vatic.

HOPHAL הוּזַר, unde Paoul f. m. מוּזָר, Psal. 68. Heb. 69. v. 9. Lxx. ἀπηλλοτριωμένος *abalienatus*. Vulg. Lat. *extraneus*. Alii, *alienus*.

זִיזָא Mass. Zazá, Vulg. Zizá, nomen proprium filii Jonathan filii Jada filii Onam, 1. Paral. 2. v. 33. Etym. *fera*, aut *splendor* ; à זִיז idem.

זחח QAL, unde 3. p. f. m. Fut. NIPHAL יִזַּח... וְלֹא, Exod. 28. v. 28. Complut. & alius, ἵνα μὴ χαλᾶται *ut non laxetur*. Alius, καὶ οὐ μὴ ἀποσπάσῃς *& non abstraxeris*, h. e. ita ut abstrahi, separari nequeat. Alius, καὶ οὐ σαλευθήσεται *& non movebitur*. Alius, καὶ μὴ ἀποκλίνητε *& non declinetis*, h. e. separetis. Vulg. *& à se invicem nequeant separari*. Alii, *neque tolletur*, *auferetur*, *removebitur*, *separabitur*, &c. Vacat apud Lxx. Vatic. ut & Exod. c. 39. v. 21. ubi incertus vertit ἵνα μὴ χαλᾶται *ut non laxetur*, sicut c. 28. v. 28.

זחל QAL. Lxx. ἡσυχάζω *quiesco*, σύρω, Vulg. *traho me*, h. e. ut interpretantur recentiores, *repo*, *serpo*. Vulg. item, *demisso sum capite*. Alii item, *vereor*, *revereor*, *paveo*.

Praet. 1. p. f. c. זָחַלְתִּי, Job. 32. v. 6. Lxx. ἡσύχασα *quievi*, *quiesco*. Vulg. *demisso* (sum) *capite*. Alii, *veritus sum*.

Ben. f. f. ex forma ה præcedente duplici (ּ), עִם אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת, 3. Reg. 1. v. 9. Lxx. μετὰ αἰθὴν τοῦ Ζωελεθι, *cum Æthe Zoeleth.* Vox αἰθὴν mendum est graphicum pro λίθου. Mf. Alex. παρὰ τὸν λίθον τοῦ Ζωελὲθ, Ald. & Complut. παρὰ τὸν λίθον τοῦ Ζωελεθι, Vulg. *juxta lapidem Zoeleth*, qui vicinus erat fonti Rogel, prope Jerusalem ad orientem; quique sic dictus est, ut volunt, ob serpentum multitudinem. Plur. m. const. זֹחֲלֵי *serpentes.* Cum præfix. כְּזֹחֲלֵי *sicut serpentes.*

זֹחֲלוֹת vide Benoni Verbi præcedentis.

זֵידוֹן vide זֵדוֹן supra col. 487.

זִיו m. Chald. Theod. μορφὴ *forma*, Vulg. *figura*, ὄψις *aspectus*, Vulg. *facies*, *vultus*, *intuitus.* Alii, *splendor.* Cum præf. & affix. וְזִיוֵהּ *& intuitus ejus*, m. וְזִיוִי *& figura, & forma mea*, c. Plur. cum præfix. & aff. זִיוֹהִי *facies, vultus, splendores ejus*, m. וְזִיוֹהִי *& vultus ejus*, m. וְזִיוָךְ *& vultus tuus*, m. וְזִיוַי *& facies mea*, c.

זִיז m. Lxx. Psal. 49. Heb. 50. v. 11. ὡραιότης, Vulg. Lat. *pulchritudo.* Aq. παντοδαπὰ *omnimoda, omnigena* (animalia, &c.) S. Hieron. *universitas.* Qimhhi *fera.* R. Salomon *reptile.* Aben-Esra *aves, volatilis.* Chald. *gallus sylvestris.* Et Psal. 79. Heb. 80. v. 13. al. 14. Lxx. Sym. μονιὸς, Vulg. Lat. *singularis*, h. e. *aper.* Vide Bochart. de anim. sac. part. 1. col. 978. Idem Sym. secundum alios, vel in altera versione, ζῶα *animalia.* Aq. παντοδαπὸν *omnimodum.* S. Hieron. *omnes bestiæ.* Isai. 66. v. 11. Lxx. εἴσοδος *ingressus.* Aq. παντοδαπία, Vulg. *omnimoda.* Theod. πλῆθος *multitudo.* Alii, *splendor, fera.* Item, *motio, commotio*, à זוּז *movere se, moveri*, secundum Rabbinos. Hinc cum præf. וְזִיז *& fera*, מִזִּיז *à splendore, à multitudine*, &c. R. זוּז vel זִיז inusit.

זִיזָא Mass. & Vulg. *Zizá*, nomen proprium filii Sephei, 1. Paral. 4. v. 37. Etym. *splendor*, vel *fera.* Vide vocem præced.

זַיִן m. Chald. unde cum א heemantico אָזֵן, ex quo cum affix. & in pausa; quare נ afficitur (ּ) pro (ּ), אֲזֵנֶךָ, Deut. 23. v. 13. al. 14. Lxx. ζώνη σου *zona tua*, m. Vulg. *balteus tuus*, m. Alii, *arma tua*; leguntque אֲזֵנֶיךָ in plurali, & ex dialecto Chaldaïca, in qua זַיִן *arma* significat. Alii, *paxillus, instrumentum auris formam habens*; ab אָזַן in Piel *auscultavit.*

זִינָא Mass. *Ziná*, Lxx. Ζιζὰ, Vulg. *Zizá*, legebant זִיזָא, nomen propr. filii Semei, 1. Paral. 23. v. 10. Etym. *fornicatio*; à זָנָה *fornicatus est.* Vel Chald. *arma*, vide vocem præced. Vel *alimentum, cibus*; à זוּן Chald. *alere, pascere.*

זִיעַ Mass. *Zía*, Vulg. *Zíe*, nomen proprium viri è Tribu Gad, 1. Paral. 5. v. 13. Etym. *sudor*; à זֵעָה idem. Vel *motio, commotio*; à זוּעַ *moveri.* Vel denique *tremor*; ab eodem Verbo Chaldæis *tremere.*

זִיף Mass. & Vulg. *Zíph*, nomen proprium 1°. unius, vel, secundum alios, duarum civitatum in Tribu Juda, quarum altera nomen dedit vicinæ solitudini, Jos. 15. vv. 24. 55. 1. Reg. 23. v. 14. & 1. Paral. 2. v. 42. 2°. filii Jaleleel, 1. Paral. 4. v. 16. Etym. *istud os, oris*; ex זוֹ *istud*, & פֶּה *os, oris.* Vel Chaldaice, *falsus, falsitas*; à זִיף, aut in Pael זַיֵּף *falsare, corrumpere.*

זִיפָה Mass. & Vulg. *Ziphá*, nom. proprium alterius è filiis Jaleleel, 1. Paral. 4. v. 16. Vide nom. præced. cum ejus etymologia.

זִיקוֹת f. plur. Isai. 50. v. 11. à sing. inusit. זִיקָה, Lxx. φλὸξ *flamma*, mutato plurali numero in singularem. Vulg. *flammæ.* Alii, *scintillæ.* Cum præf. וּבְזִיקוֹת, ibid. *& in flammis.* Rad. זוּק vel זִיק, inusit.

זַיִת & in pausa זָיִת, c. sed sæpius f. Lxx. Sym. ἐλαία, Vulg. & alii, *oliva, olea.* Lxx. item, ἔλαιον *oleum*, ἐλαιὼν *olivetum.* Et adjective, ἐλάινος *oleaginus.* Et de arbore & de ejus fructu dicitur. Cum præf. הַזַּיִת *oliva*, כְּזַיִת & כַּזָּיִת, *sicut oliva*, לַזַּיִת *olivæ.* Const. זֵית *oliva.* Cum præf. & aff. זֵיתְךָ & in pausa זֵיתֶךָ, *oliva tua*, m. לְזֵיתֶךָ in pausa, *olivæ tuæ*, m. Plur. זֵיתִים *olivæ.* Cum præf. הַזֵּיתִים idem, וְזֵיתִים *& olivæ.* Cum præf. & affix. וְזֵיתֵיהֶם *olivæ, oliveta eorum*, וְזֵיתֵיכֶם *& oleæ vestræ*, m. R. זִית inusit.

זֵיתָן Mass. & Vulg. *Zethán*, nomen proprium filii Balan filii Jadihel filii Benjamin, 1. Paral. 7. v. 10. Etym. *oliva*, vel *olivetum.* Vide vocem præcedentem.

זַךְ & in pausa זָךְ, m. Lxx. *καθαρὸς*, Vulg. & alii, *purus*, *mundus*. Lxx. item & alius, *διαφανὴς* (Aq. *διαυγὴς*) *pellucidus*. Lxx. item, *ἄχυρος defæcatus*, *ὀρθὸς rectus*, *ὅσιος sanctus*, *φανερὸς manifestus*. Cum præf. וְזַךְ *& purus*. Fem. זַכָּה *pura*, *munda*. R. זָכַךְ *purus*, *mundus fuit*.

זָכָה QAL. Lxx. *ἀποκαθαρίζω emundo*, *expurgo*, *purifico me*, *ἄμεμπτός εἰμι inculpatus*, *irreprehensibilis sum*, *δικαιόομαι justificor*. Lxx. item, Sym. Theod. & alius, Psal. 50. Heb. 51. v. 6. *νικάω*, Aq. ibid. *ὑπερπερισσεύομαι*, Vulg. & S. Hieron. *vinco*, ex lingua Syriaca. Sym. item, Job. 25. v. 4. *ἀῤῥυπός εἰμι sine sordibus sum*. Alii, *purus*, *mundus sum*; & active, *purifico*, *purum habeo*, *purum pronuntio*, *purum declaro*.

Fut. 3. p. s. m. יִזְכֶּה *purus*, *mundus erit*. 2. p. s. m. תִּזְכֶּה, Psal. 50. Heb. 51. v. 6. *purus*, *mundus sis*. Alii, *vincas*. 1. p. s. c. cum ה interrog. affecto (-) ob sequens א alia motione quam (·) affectum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 375. c. 2. הַאֶזְכֶּה, Mich. 6. v. 11. *an purum habebo*, *pronuntiabo*, *declarabo?*

PIEL זִכָּה, Lxx. *ἁγνὸν ἔχω purum habeo*, *δικαιόω justifico*, *κατορθόω corrigo*, *rectum facio*. Aq. Sym. *καθαρίζω purifico*. Sym. item, *λαμπρύνω splendidum reddo*.

Praet. 1. p. s. c. זִכִּיתִי *purificavi*.

Fut. 3. p. s. m. יְזַכֶּה *purificabit*, *corriget*, *corrigit*.

HITHPAEL הִזְדַּכָּה cum metathesi primæ radicalis ז & ת charact. quod ת mutatur insuper in ד. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 189. circa finem. Hinc 3. p. pl. m. Imperativi cum syncopa ה, הִזַּכּוּ pro הִזְדַּכּוּ, Isai. 1. v. 16. Lxx. *καθαροὶ γένεσθε*, Vulg. *mundi estote*. Alii, *purificate*, *mundate vos*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 306. c. 2.

זַכָּה f. vide supra in זַךְ.

זָכוּ f. Chald. cum apocopa ה pro זָכוּת, Dan. 6. v. 22. al. 23. Theod. *εὐθύτης rectitudo*, *integritas*. Vulg. *justitia*. Alii, *jus*, *justa causa*, *puritas*. R. זְכָה *purus fuit*, ut apud Heb.

זְכוּכִית f. unde cum præfix. וּזְכוּכִית, Job. 28. v. 17. Lxx. *καὶ ὕαλος*, Vulg. *& vitrum*, *& crystallus*. Sym. *καὶ κρύσταλλος διαφανὴς & crystallus pellucidus*. Paraph. Chald. *& speculum*. Alii, *& gemma nitidissima*, *& lapis pretiosus nitidus*. Rad. זָכַךְ *purus*, *mundus*, *nitidus fuit*.

זָכוּר m. Lxx. *ἀρσενικὸς*, Vulg. & alii, *mas*, *masculus*, *masculinus*. Hinc cum aff. זְכוּרָהּ *mas*, *masculus ejus*, f. זְכוּרְךָ *mas tuus*, m. R. זָכַר in Niph. *masculum nasci*.

זַכּוּר Mass. *Zaccoúr*, Vulg. *Zachúr* & *Zechúr*, nomen propr. 1°. patris Sammua, Num. 13. v. 5. 2°. filii Masma, 1. Paral. 4. v. 26. 3°. filii Merari, ibid. c. 24. v. 27. Etym. *memor*, aut *masculinus*; à זָכַר *recordari*, *memorare*, & in Niphal *masculum nasci*.

זַכַּי Mass. *Zaccaí*, Vulg. *Zachaí*, nomen proprium viri patrisfamilias, cujus posteri è captivitate Babylonica duce Zorobabele in Judæam reversi sunt, Esd. 2. v. 9. Etym. *purus*, aut *nitidus*; à זָכָה *purus*, *nitidus fuit*. Vel *justus*, Chaldaice, à זְכָה *justus fuit*.

זָכַךְ QAL. Lxx. *καθαρίζομαι*, *καθαρός εἰμι*, Vulg. & alii, *purus*, *mundus sum*. Aq. *διαυγάζομαι pelluceo*, *pellucidus sum*. Sym. *ἄσπιλός εἰμι sine macula sum*.

Praet. 3. p. pl. c. זַכּוּ cum accentu in ultima, quasi à זָכָה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 216. c. 2. Vulg. & alii, *puri*, *mundi sunt*.

HIPHIL הֵזַךְ, unde 1. p. s. c. Praet. cum præf. וַהֲזִכּוֹתִי, Job. 9. v. 30. Lxx. *καὶ ἀποκαθάρωμαι & mundavero* in puritate manus meas. Vulg. *& fulserint* velut mundissimæ manus meæ.

זָכַר QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. *μνάομαι*, Lxx. item, *ἀναμιμνήσκομαι*, *μιμνήσκω*, *μνημονεύω* (sic etiam Va. edit.) *μνείαν ποιέω*, Sym. item, *ἀναμιμνήσκω*, Vulg. & alii, *memini*, *recordor*, *memoro*, *memoriam facio*. Lxx. item, *ἀναπολέω in mente verso*, *οὐ πτοίομαι non terreor*, &c. Alii item, *odoror*, *acceptum habeo*, cum de sacrificiis usurpatur.

Praet. 3. p. s. m. זָכַר & in pausa זָכָר, *recordatus est*. Cum aff. זְכָרָנוּ *recordatus est nostri*. 3. p. s. f. זָכְרָה *recordata est*. 2. p. s. m. cum præf. וְזָכַרְתָּ *& recordaberis*. Cum aff. זְכַרְתַּנִי *recordatus es mei*, c. זְכַרְתָּם *recordatus es eos*. Cum præf. & aff. וּזְכַרְתַּנִי *& recordaberis mei*, c. 2. p. s. f. זָכַרְתְּ, in pausa זָכָרְתְּ,

& cum (׳) parag. aut potius antiqua vocali *e*, וזכרתי *recordata es*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 165. c. 1. Cum præf. וזכרת *& recordata es*. 1. p. f. c. זכרתי & in pausa זכרתי, *recordatus sum*. Cum præf. וזכרתי *& recordabor*. Cum aff. זכרתיך *recordor*, *recordatus sum tui*, m. 3. p. pl. c. זכרו *recordati sunt*. Cum præf. וזכרו *& recordabuntur*. 2. p. pl. m. cum præf. וזכרתם *& recordabimini*. 1. p. pl. c. זכרנו *recordamur*.

Ben. pl. m. const. cum præfix. ולזכרי *& erga recordantes*, *& recordantibus*.

Infin. זכור & זכר, *recordari*, *recordando*. In alia forma & cum præf. כזכר *secundum recordari*, *cum recordati fuerint*, לזכר *ad recordandum*. Cum præf. & aff. בזכרנו bezochrénou *in recordando nos*, c. *dum recordamur*, aut *recordaremur*.

Imper. 2. p. f. m. זכר, זכור, sequente Maqqaph זכר־ zechor-, ex forma infinitivi זכור, & cum ה paragog. זכרה zochrá, *recordare*. Cum præt. וזכר *& recordare*. Cum affix. זכרני *recordare mei*. 2. p. pl. m. זכרו & in pausa זכרו, *recordamini*.

Fut. 3. p. f. m. יזכר, & sequente Maqqaph יזכר־ iizcor- *recordabitur*. Cum præf. ויזכר *& recordabitur*, ויזכר *& recordatus est*. Cum affix. ויזכרה *& recordatus est ejus*, f. 2. p. f. m. תזכר, & sequente Maqqaph תזכר־ tizcor-, *recordaberis*. Cum præf. & affix. תזכרנו *recordaberis ejus*, m. ותזכרני *& recorderis mei*, c. 2. p. f. f. תזכרי *recordaberis*. 1. p. f. c. אזכר, sequente Maqqaph אזכר־ ezcor-, & cum ה parag. אזכרה, *recordabor*. Cum affix. אזכרנו *recordabor ejus*, m. אזכרך ezcorchá *recordabor tui*, m. אזכרכי *recordabor tui*, f. cum aff. Chald. & Poëtico, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 366. c. 1. fin. 3. p. pl. m. יזכרו *recordabuntur*. Cum præf. ויזכרו *& recordati sunt*. Cum affix. יזכרוך *recordabuntur tui*, m. יזכרוני *recordabuntur mei*, c. 2. p. pl. m. תזכרו *recordabimini*.

NIPHAL נזכר, Lxx. Sym. ἀναμιμνήσκομαι *memoror*, *in memoria sum*. Lxx. item, μνεία ἔσται, μνεία γίνεται, *memoria est*, *fit mentio*. Et active, Ezech. 21. ✝. 24. ἀναμνάω vel ἀναμιμνήσκω, *memoro*, *commemoro*. Alii item. *nascor masculus*.

Praet. 2. p. pl. m. cum præf. ונזכרתם, *& memorabimini*.

Ben. pl. m. נזכרים *memorati*.

Infin. cum aff. הזכרכם *memorari vos*, m.

Fut. 3. p. f. m. יזכר *commemorabitur*. 3. p. f. f. תזכר *mentio fiat*, *memoria fit*. Et ex forma (-) mutata in (·) ob pausam תזכר, Exod. 34. v. 19. *mascula nascetur* (pecus). 2. p. f. f. in pausa; quare retinetur (-) primariæ vocis, תזכרי *memoraberis*. 3. p. pl. m. יזכרו *commemorabuntur*. 3. p. pl. f. ex forma (-), תזכרנה, & sublato ה per apocopen, תזכרן *commemorabuntur*.

HIPHIL הזכיר, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀναμιμνήσκω *recordor* Lxx. item, καλέω *voco*, ἐπικαλέω *invoco*, ὀνομάζω *nomino*, ἐπονομάζω *appello*, ἀναφωνέω *exclamo*, *resono*, ἀγαπάω *diligo*, &c. Alii item, *commemoro*, *in memoriam revoco*, *memoriam celebro*, *mentionem facio*; & de sacrificiis usurpatum, *adoleo*.

Praet. 3. p. f. m. הזכיר *commemoravit*. 2. p. f. m. cum præf. & aff. והזכרתני *memor eris mei*, c.

Ben. f. m. מזכיר, & cum præfix. המזכיר, Lxx. ὁ ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, ὑπομνηματογράφος, *a commentariis*. Aq. Sym. ἀναμιμνήσκων *commemorator*. Lxx. item substantive, μνημόσυνον *memoriale*. Femin. ex forma ת præcedente duplici (·), מזכרת *in memoriam revocans*. Pl. masc. cum præf. המזכירים *memorantes*.

Infin. cum præfix. להזכיר *ad commemorandum*. Lxx. interdum substantive, εἰς ἀνάμνησιν *ad recordationem*. Cum alio præf. ולהזכיר *& ad commemorandum*. Cum præf. & aff. כהזכירו *secundum memorare eum*, *cum mentionem fecit*, הזכרכם *memorare vos*, m. Ezech. 21. v. 24. al. 29. ubi est anomalus (-) sub כ pro (׳.). Vide Gram. Heb. t. 1. p. 352. c. 2. fin.

Imper. 2. p. f. m. cum aff. הזכירני *fac me recordari*, *in memoriam mihi revoca*. 2. p. pl. m. הזכירו *commemorate*.

Fut. 3. p. f. m. יזכיר *memorabit*. 1. p. f. c. אזכיר, & cum ה parag. אזכירה, *commemorabo*. 3. p. pl. m. יזכירו *recordabuntur*, *recordantur*. 2. p. pl. m. תזכירו *recordabimini*. 1. p.

pl. c. נִזְכִּיר, & cum ה parag. נִזְכִּירָה, *recordabimur*, *commemorabimus*.

זָכָר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἄρσην vel ἄρσεν, Lxx. item, ἄῤῥην, Vulg. & alii, *mas*, *masculus*. Lxx. item, ἀνὴρ *vir*. Et adjective, ἀρσενικὸς *masculus*, *masculinus*. Cum præf. הַזָּכָר *masculus*, לְזָכָר *masculo*, מִזָּכָר *à mare*, *à masculo*. Plut. cum præfix. הַזְּכָרִים *mares*, *masculi*, לַזְּכָרִים *maribus*, *ad mares*. R. זָכַר *recordatus est*, unde זָכָר *masculus*, quod per eum familiæ *memoria* conservetur; nam Hebræi per solos mares genealogias texunt suas.

זֵכֶר, & cum duplici (·)

זֵכֶר m. Lxx. Aq. Sym. μνήμη, Lxx. item, μνεία, Vulg. & alii, *memoria*. Lxx. Aq. & Theod. μνημόσυνον *memoriale*, *monimentum*. Sym. item, ἀνάμνησις *recordatio*. Lxx. item, ὄνομα *nomen*, ἄρσην *mas*, Isai. 26. v. 14. ubi legebant זָכָר, & μνησθείσης *recordans*, Psal. 6. v. 6. quo in loco legebant זֹכֵר in Benoni Qal verbi זָכַר, quod vide sup. col. 499. Alii item, *odor*, cum de sacrificiis est sermo. Cum præf. לְזֵכֶר *ad memoriam*. Cum præf. & affix. זִכְרוֹ *memoria ejus*, m. זִכְרְךָ & in pausa זִכְרֶךָ, *memoria tui*, m. וְזִכְרְךָ & *memoria tui*, m. וּלְזִכְרְךָ & *ad memoriam tui*, m. זִכְרִי *memoria mei*, c. זִכְרָם *memoria eorum*, וְזִכְרָם & *memoria eorum*. R. זָכַר *recordatus est*.

זֶכֶר Mass. *Zécher*, Vulg. *Zácher*, nomen proprium filii Abigabaon, 1. Paral. 8. v. 31. qui ibid. cap. 9. v. 37. dicitur Zacharias. Etym. *memoria*, vel *masculus*; à זֵכֶר *memoria*, vel זָכָר *mas*, *masculus*.

זִכָּרוֹן m. Lxx. μνήμη *memoria*, ἀνάμνησις *recordatio*, μνημόσυνον, Vulg. & alii, *memoriale*, *monimentum*, ψαλμὸς, Zach. 6. v. 14. *psalmus*, memorialis videlicet; vel est metonymia pro materia psalmi seu laudis. Cum præf. הַזִּכָּרוֹן *memoriale*, וְזִכָּרוֹן & *memoriale*, לְזִכָּרוֹן *in memoriam*, *in monimentum*, וּלְזִכָּרוֹן & *in memoriam*, & *in monimentum*. R. זָכַר *recordatus est*.

זִכְרוֹן vel זִכְרֹן, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. μνημόσυνον, Vulg. & alii, *memoriale*, *monimentum*. Lxx. item, μνήμη, Vulg. *memoria*, γαυρίαμα *gloriatio*, *elatio*. Alii item, *odor*, vel *suffitus*, cum de sacrificiis usurpatur. Cum aff. זִכְרֹנְךָ *monimentum tuum*, f. Plur. cum aff. זִכְרֹנֵיכֶם *memoriæ vestræ*, m. Job. 13. v. 12. ubi Vulg. *memoria vestra*, singul. alii, *memorialia vestra*, *monimenta vestra*. Plur. ex terminatione fem. aut à sing. inusit. זִכְרֹנָה & cum præf. הַזִּכְרֹנוֹת, Esth. 6. v. 1. *memoriæ*, Vulg. *historiæ*. Alii, *res memorabiles*, *commentarii*, &c. R. זָכַר *recordatus est*.

זִכְרִי Mass. *Zichrí*, Vulg. *Zechri*, nomen proprium 1°. filii Isaar filii Caath filii Levi, Exod. 6. v. 21. 2°. filii Semei, 1. Paral. 8. v. 19. &c. Etym. *memoria mea*; ex זֵכֶר *memoria*, & affix. 1. p. s. c. Vel *masculus meus*; ex זָכָר *masculus*, & eodem affixo.

זְכַרְיָה Mass. *Zecharíá*, Vulg. *Zacharias*, nomen propr. 1°. filii Mosollamiæ, 1. Paral. 9. v. 7. c. 9. v. 21. 2°. filii Jeroboam filii Joas regis Israel, 4. Reg. 14. v. 29. 3°. filii Barachiæ, Isai. 8. v. 2. 4°. filii alterius Barachiæ, qui Zacharias est minorum prophetarum ultimus, Zach. 1. v. 1. &c. Etym. *memoria*, aut *masculus Domini*; ex זֵכֶר *memoria*, aut זָכָר *masculus*, & יָהּ *Dominus*.

זִכְרֹן vide זִכָּרוֹן, supra in col. præced.

זֻלּוּת f. plur. Psal. 11. Heb. 12. v. 9. ubi alia exemplaria habent זֻלֹּת in sing. Aq. ἀτιμώσεις, Sym. ἀτιμίας, *viles*. S. Hieron. *vilissimi*; concretum pro abstracto posuerunt, ut postulat sensus. Alii, *vilitates*. Lxx. verbaliter, ἐπολυώρησας *multa cura dignatus es*. Vulg. Lat. *multiplicasti*. V^{a}. edit. ἐξουδένωσας *contemsisti*; legebant זַלּוֹתָ, à זָלַל *vilipendere*, Arabibus *bonum facere*. R. זָלַל vel זוּל, *vilem esse*, *vilipendere*.

זַלְזַלִּים m. pl. unde cum præf. הַזַּלְזַלִּים, Isai. 18. v. 5. Lxx. βοτρύδια μικρὰ *racemuli parvi*. Vulg. *ramusculi*. Alii, *flagella vitis*, *rami luxuriantes*, qui vitis succum absumunt & quasi epotant. Rad. זָלַל aut זוּל, unde זוֹלֵל *epulo*. Prima & secunda radic. geminantur minuendi gratia. Vide Grammat. Heb. tom. 1. p. 471. c. 1. 2. & tom. 2. p. 253. c. 2.

זֹלֵל vide זוֹלֵל, supra col. 491. fin.

זַלְעָפָה vel זִלְעֲפָה, f. Lxx. καταιγὶς, Vulg. & alii, *tempestas*, *procella*. Lxx. item, ἀθυμία,

Psal. 118. Heb. 119. v. 53. ubi Vulg. Lat. *defectio*, S. Hieron. *horror*, alii, *terror*, *tremor*, *afflictio*, &c. Plur. absol. זַלְעָפוֹת, & const. זַלְעֲפוֹת, *tempestates*. R. זלעף inusit. Alii vocem hanc componunt ex נָזַל *fluxit*, & עוּף *volare*; quod tempestates, seu turbines, hinc inde volitando fluant & circumrotentur.

זִלְפָּה Mass. *Zilpá*, Vulg. *Zelphá*, nom. proprium ancillæ Liæ uxoris Jacob, Gen. 29. v. 24. Etym. *vilitas*, vel *contemtus oris*; ex זָלַל vel זוּל *vilem*, *contemtibilem esse*, & פֶּה *os*, *oris*.

זִמָּה f. Lxx. ἀνόμημα, ἀνομία, *iniquitas*, *flagitium*, ἀσέβημα, ἀσέβεια, *impietas*, ἀπαλλοτρίωσις *abalienatio*, θυμὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος, Job. 31. v. 11. *furor iræ*, *qui coerceri nequit*. Vocem Hebraicam interdum retinent ζιμα, ut Jud. 20. v. 6. Ezech. 24. v. 13. Eam quoque retinuerunt, Sym. & Theod. sed geminato μ, ζίμμα. Ita Sym. Levit. 18. v. 17. Theod. Ezech. 16. v. 27. & incertus Levit. 20 v. 14. Aq. Theod. ἔννοια, Vulg. *cogitatio* proprie nefanda & scelesta. Aq. item, μῦσος *crimen*, *scelus detestandum*, *abominatio*. Cum præfix. הַזִּמָּה *scelus*, *flagitium*, בְּזִמָּה *cum scelere*. Const. זִמַּת *scelus*. Cum præf. & aff. זִמָּתֵךְ *scelus tuum*, f. וְזִמָּתֵךְ *& scelus tuum*, f. וְזִמַּתְכֶנָה, Ezech. 23. v. 49. *scelus vestrum*, f. cum ה parag. pro זִמַּתְכֶן, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 126. c. 1. Sic כְּזִמָּתְכֶנָה, Ezech. 23. v. 48. *secundum scelus vestrum*, f. Plur. cum aff. זִמֹּתָי *cogitationes meæ*, c. R. זָמַם *cogitavit*.

זִמָּה Mass. *Zimmá*, Vulg. *Zammá*, & *Zemmá*, nomen proprium 1°. filii Jahath filii Lobni, 1. Paral. 6. v. 20. 2°. filii Semei filii Jeth, ibid. v. 42. 3°. patris Joah, 2. Paral. 29. v. 11. al. 12. Etym. *scelus*, aut *cogitatio scelesta*. Vide vocem præced.

חֲבוּלָה f. Chald. Dan. 6. v. 22. al. 23. Theod. παράπτωμα *lapsus.* Vulg. *delictum.* Alii, *pravitas, corruptio*, &c. Rad. חֲבַל in Pael *perdidit, corrupit.*

חֲבוּק vide חָבַק, infra col. 533.

חָבוֹר Mass. *Hhavor*, Vulg. *Habor*, nom. proprium fluvii vel regionis in terra Gozan, 4. Reg. 17. v. 6. c. 18. v. 11. & 1. Paral. 5. v. 26. Etym. *socius, particeps, incantatio*; ab חָבַר *sociatus, conjunctus est, incantavit.*

חַבּוּרָה & חַבֻּרָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. μώλωψ, Vulg. & alii, *vulnus, plaga, vibex, tumor, livor, ulcus.* Cum præf. וְחַבּוּרָה *& vibex.* Cum præf. & affix. לְחַבֻּרָתִי *in vulnus meum, in livorem meum.* Plur. חַבּוּרֹת *vibices.* Cum affix. & in pausa; quare n notatur cum (ָ) pro (ַ), חַבּוּרֹתָי, *vibices, cicatrices meæ.* Rad. חָבַר *sociatus est*, unde חַבּוּרָה *plaga*, quod sanguis cum ea societur, nec fluat; proindeque corrumpatur.

חֲבוּרָה, idem ac nomen præcedens, sed in alia forma. Hinc cum præf. aff. & (ֻ) pro (וּ), וּבַחֲבֻרָתוֹ, Isai. 53. v. 5. Lxx. τῷ μώλωπι αὐτοῦ, Vulg. *& livore ejus* (sanati sumus). R. חָבַר. Vide vocem præced.

חָבַט QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ῥαβδίζω, Vulg. & alii, *virga excutio, decutio*, nimirum fructus ex arboribus, & frumenta ex folliculis. Lxx. item, συμφράσσω *concludo*, h. e. perdo. Vulg. *percutio.* Cum voce זַיִת *oliva*, Lxx. ἐλαιολογέω, Deut. 24. v. 20. *olivas*, (Vulg. *fruges olivarum*) *colligo.*

Ben. f. m. חֹבֵט *excutiens.*

Fut. 3. p. f. m. יַחְבֹּט contracte pro יַחְבֹּט, *excutiet.* Sic 3. p. f. f. cum præf. וַתַּחְבֹּט *& excussit*; & 2. p. f. m. תַּחְבֹּט *excuties.*

NIPHAL נֶחְבַּט, unde 3. p. f. m. Fut. cum (ֶ) in fine pro (ֵ) ob accentum retractum in concursu, יֵחָבֶט, Isai. 28. v. 27. Lxx. ῥάβδῳ τινάσσεται *virga excutitur.* Alius, ῥαβδισθήσεται *virga* (Vulg. *in virga*) *excutietur.*

חֲבִי vide in חָבָא, supra col. 525.

חֲבַיָּה Mass. *Hhavaiá*, Vulg. *Habiá*, nomen proprium Sacerdotis cujus filii è captivitate Babylonica reduces genealogiam suam invenire non potuerunt, Nehem. 7. v. 63. Is, Esd. 2. v. 61. dicitur *Hobiá.* Etym. *ab confio*, vel *dilectio Domini*; ex חָבָא *absconditus est*, vel חָבַב *dilexit*, & יָהּ *Dominus.*

חֶבְיוֹן

חֶבְיוֹן m. Habac. 3. v. 3. al. 4. Lxx. ἀγάπησις *dilectio*, ab חָבַב *dilexit*. Aq. teste S. Hieron. comm. in h. l. *absconsio*. Sic etiam recentiores. Sym. teste eod. Hieron. ibid. & Vulg. *abscondita est*. Alius, ἐπεστήριχται *firmata est*. R. חָבָא in Niphal *absconditus est*, sed forma est ab חָבָה.

חבל QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐνεχυράζω, Lxx. item, ἐνεχυριάζω, *pigneror*. Complut. λαμβάνω εἰς ἐνέχυρον, Vulg. *in pignus accipio*. Lxx. item, διαλύω *dissolvo*, λυμαίνομαι *vasto*, ταπεινόω *humilio*, χηρόω *viduo*, &c. Alii item, *corrumpo*, *perdo*, *ligo*, *obligo*, *constringo*, ex usu Chald. & Arabico.

PRAET. 3. p. f. m. in pausa; quare (ַ) ultimæ mutatur in (ָ), חָבָל *pigneratus est*. 1. p. pl. c. חָבַלְנוּ, Nehem. 1. v. 7. Lxx. διελύσαμεν *dissolvimus*. Vulg. *vanitate seducti sumus*. Legebat הָבַלְנוּ, ab הָבַל, quod vide supra col. 431. Alii, *corrupimus*.

BEN. f. m. חֹבֵל *pignerans*.

PAOUL pl. m. cum (ֻ) pro (וּ), חֲבֻלִים *oppignerata*, *in pignus data* (vestes).

INFIN. חֲבֹל, & in alia forma חֲבָל, *pignerando*, *corrumpendo*.

IMPER. 2. p. f. m. ex forma (ֹ) חַבְלֵהוּ *pignerare eum*, *pignus ab eo accipe*, Prov. 20. v. 16. & cap. 27. v. 13. anomalus pro חֲבֹלֵהוּ ex forma חֲבֹל; nam ex forma חֲבֹל esset חַבְלֵהוּ. Alii referunt ad Piel, sublato dagh. ex ל ob (ְ) suppositum.

FUT. 3. p. f. m. יַחְבֹּל *pignerabitur*. 2. p. f. m. תַּחְבֹּל contracte pro תַּחֲבֹל, *pigneraberis*. 1. p. f. c. אַחְבֹּל contracte pro אֶחֱבֹל, *corrumpam*, *perdam*. 3. p. plur. m. יַחְבְּלוּ & in pausa יַחְבֹּלוּ, contracte pro יַחֲבֹלוּ, *pignore accipiunt*.

NIPHAL נֶחְבַּל, unde 3. p. f. m. FUT. cum (ֶ) in fine loco (ַ) ob accentum retractum in concursu, יֵחָבֶל, Prov. 13. v. 13. Lxx. καταφρονηθήσεται *contemnetur*. Alius, καταφθαρήσεται *corrumpetur*, *perdetur*. Vulg. *obligat se*.

PIEL חִבֵּל, Lxx. Theod. διαφθείρω, Lxx. item, καταφθείρω, *corrumpo*, *perdo*, &c. sic etiam recentiores. Vulg. *dissipo*, *demolior*. Lxx. item, ἀφανίζω *destruo*; & in alia significatione, ὠδίνω vel ὠδινάω, *cum dolore pario*.

PRAET. 3. p. f. m. cum præfix. וְחִבֵּל & *perdet*. 3. p. f. f. חִבְּלָה, Cant. 8. v. 5. Lxx. ὠδίνησέ σε *peperit te*, legebant חִבְּלַתְךָ, quod paulo ante legitur. Vulg. *corrupta est*; legebat חֻבְּלָה in Pual. Ibidem cum affix. חִבְּלָתְךָ, Lxx. ὠδίνησέ σε *peperit te*, m. cum (ְ) pro (ָ) sub ל, sic: חִבְּלַתְךָ. Vel error est amanuensium, pro חִבְּלָתֶךָ, quod sensus postulare videtur. Aq. διεφθάρη *corrupta est*, Vulg. *violata est*; legebant חֻבְּלָה, ut paulo ante, sine affixo; vel illud neglexerunt.

BEN. pl. m. מְחַבְּלִים *corrumpentes*.

INFIN. cum præf. לְחַבֵּל *ad corrumpendum*, *ad perdendum*.

FUT. 3. p. f. m. cum (ֵ) in fine pro (ֶ), ob sequens Maqqaph, יְחַבֶּל־ *parturiet*, *parturiit*. 3. p. f. f. תְּחַבֵּל *perdet*.

PUAL חֻבַּל, Lxx. καταφθείρομαι *corrumpor*, ὀλλύομαι *perdor*, *pereo*.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וְחֻבַּל, Isai. 10. v. 27. & *corrumpetur*. Vulg. & *computrescet*. 3. p. f. f. in pausa; quare (ֻ) primariæ vocis revocatur, ac insuper mutatur in (ֹ), חֻבָּלָה, Job. 17. v. 1. *corruptus est*, Vulg. *attenuabitur* (spiritus meus).

חבל Chald. PEAL, unde PAEL חַבֵּל, Lxx. ἀφανίζω *destruo*, *è conspectu removeo*. Theod. διαφθείρω *corrumpo*, λυμαίνομαι *vasto*, *perdo*. Vulg. *dissipo*, *noceo*.

PRAET. 3. p. pl. m. cum aff. חַבְּלוּנִי *perdiderunt*, *læserunt me*, c. Vulg. *nocuerunt mihi*.

INFIN. cum præf. & ה in fine pro א, לְחַבָּלָה *ad destruendum*, *ad perdendum*.

IMPER. 2. p. pl. m. cum præf. & affix. וְחַבְּלוּהִי & *perdite*, & *dissipate eam* (arborem).

ITHPAEL אִתְחַבַּל, unde 3. p. f. f. FUT. תִּתְחַבַּל, Theod. διαφθαρήσεται, *corrumpetur*, *destruetur*. Vulg. *dissipabitur*.

חֲבָל m. Chald. unde cum præf. וַחֲבָל, Dan. 3. v. 25. Theod. καὶ διαφθορά, Vulg. & alii, & *corruptio*. R. חַבֵּל in Pael *corrupit*, *perdidit*.

חֲבֹל m. Lxx. ἐνεχύρασμα, ἐνεχυρασμὸς, Vulg. & alii, *pignus*. Potest esse Infinitivus Qal

verbi חָבַל *pigneratus est.* Vide supra col. 529.

חֵבֶל m. Lxx. Sym. ὠδὶν *dolor parturientis.* Lxx. item, ὠδίνη, Vulg. & alii, *dolor*, in genere, sed gravissimus, & qualis est dolor parturientium. Plur. absol. חֲבָלִים *dolores.* Cum præf. וַחֲבָלִים *& dolores.* Const. חֶבְלֵי *dolores.* Cum præf. & affix. בַּחֲבָלֶיהָ *in doloribus ejus*, f. חֶבְלֵיהֶם *dolores eorum.* Rad. חָבַל in Piel *parturiit ;* unde חֵבֶל *dolor* proprie parturientis.

חֶבֶל m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σχοίνισμα, Lxx. Aq. Sym. σχοῖνον, Lxx. item, σχοινισμὸς, Vulg. & alii, *funis*, *funiculus ;* & metaphorice, seu metonymice, Lxx. κλῆρος, Vulg. & alii, *sors*, *hæreditas*, *portio*, quod olim hæreditates funibus metiri solerent. Hinc Sym. Soph. 2. v. 5. περίμετρον *mensura.* Lxx. item, σειρὰ *catena*, περίχωρος, περίχωρον, *circumjacens regio*, χορὸς *chorus.* Alii, *turba*, *caterva*, *cœtus hominum* quasi fune colligatorum, Vulg. *grex*, *cuneus*, διαφθορὰ, Ose. 11. v. 4. al. 5. *corruptio*, &c. Cum præf. חַחֶבֶל *funis*, וְחֶבֶל *& pars*, *& portio*, בַּחֶבֶל & בְּחֶבֶל, *fune*, *funiculo*, וּבְחֶבֶל *& fune*, מֵחֶבֶל *de portione.* Cum aff. חַבְלוֹ *funiculus ejus*, m. Plur. חֲבָלִים *funes*, *funiculi.* Cum præf. וַחֲבָלִים *& funes*, בַּחֲבָלִים *cum funibus*, לַחֲבָלִים *funibus.* Const. חַבְלֵי *funes*, cum (ִ) sub ח pro (ֶ), quasi ab חָבָל, quod vide supra, ut & Gram. Heb. tom. 1. p. 98. c. 2. Cum præf. בְּחַבְלֵי *funibus*, וּבְחַבְלֵי *& funibus.* Cum aff. חֲבָלָיו *funes ejus*, m. חֲבָלָיִךְ *funes tui*, f. in pausa ; quare (ֶ) mutatur in (ִ). R. חָבַל *ligavit*, *constrinxit.*

חִבֵּל m. Prov. 23. v. 34. Lxx. κλύδων *fluctus.* Alii, *malus navis*, *carchesius.* R. חָבַל *ligavit*, *constrinxit ;* unde *malus nauticus*, vel quod funibus circumstringatur ; vel quod ab ejus capite funes omnes ordinentur disponanturque.

חֹבֵל m. Lxx. πρωρεὺς *proræ dux*, h. e. *nauclerus*, ut vertunt alii, κυβερνήτης, Vulg. *gubernator*, nauticus, videlicet. Alii item, *nauta*, à funibus, quibus regitur navis. Cum præfix. הַחֹבֵל *nauclerus.* Plur. חֹבְלִים, Zach. 11. v. 7. & cum præf. הַחֹבְלִים, ibid.

v. 14. Lxx. σχοίνισμα, Vulg. *funiculus*, sing. Aliis est nomen proprium baculi pastoralis, cujus etymologia est *funiculus*, aut *gubernator.* Const. חֹבְלֵי *nautæ.* Cum aff. & in pausa ; quare ל afficitur (ִ) pro (ֶ), חֹבְלָיִךְ *nautæ tui*, f. Sic cum præf. וְחֹבְלָיִךְ *& nautæ tui*, f. Rad. חָבַל *ligavit*, *constrinxit ;* unde *nauclerus*, quod præsit funibus, quibus vela eriguntur, aut laxantur.

חֲבָלָא m. Chald. Esd. 4. v. 22. Lxx. ἀφανισμὸς *perditio*, *ruina.* Vulg. *malum.* Rad. חֲבַל in Pael *perdidit*, *destruxit.*

חֲבֹלָה f. Lxx. ἐνεχυρασμὸς, Vulg. & alii, *pignus.* Hinc cum aff. חֲבֹלָתוֹ *pignus ejus*, m. R. חָבַל *pigneratus est*, *pignus accepit.*

חֲבַצֶּלֶת f. Cant. 2. v. 1. Lxx. ἄνθος, Vulg. *flos*, Aq. καλύκωσις *rosa tumens.* Et Isai. 35. v. 1. Lxx. κρίνον, Vulg. *lilium*, Aq. κάλυξ, idem quod supra καλύκωσις. Alii utrobique, *rosa.* Cum præf. כַּחֲבַצֶּלֶת *sicut rosa.* R. חבצל inusit.

חֲבַצִּנְיָה Mass. *Hhabatsstsiniá*, Vulg. *Habsaniás*, nom. proprium patris Jeremiæ patris Jezoniæ, Jerem. 35. v. 3. Etym. *debitum*, vel *absconsio clypei Domini ;* ex חֹב *debitum ; debitor*, vel חָבָא in Niph. *absconditus est*, צִנָּה *clypeus*, & יָהּ *Dominus.*

חָבַק QAL. Lxx. edit. Complut. Ald. & ms. Alex. περιλαμβάνω, Lxx. Vatic. περιβάλλω, Vulg. & alii, *complico*, *amplexor*, *complexor.* Sym. περιπλέκομαι *complicor.*

BEN. s. m. חֹבֵק, Eccle. 4. v. 5. *complicans* (est), *complicat.* Sym. περιπλέκεται *complicatur.* Fem. ex forma ח præcedente duplici (ִ), חֹבֶקֶת, 4. Reg. 4. v. 16. *amplexans* (eris), Vulg. *habebis in utero* (filium).

PIEL חִבֵּק, Lxx. περιλαμβάνω, Vulg. & alii, *complector*, *amplexor*, *amplector*, ut in Qal, περιβάλλομαι *induor*, συνέχομαι, Prov. 5. v. 20. *contineor.* Vulg. *foveor.*

PRAET. 3. p. pl. c. חִבְּקוּ *amplectuntur*, *amplexati sunt.*

INFIN. cum præf. מֵחַבֵּק *ab amplectendo*, Eccle. 3. v. 5. ubi Lxx. ἀπὸ περιλήμματος *ab amplexu.*

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיְחַבֵּק, & cum (ִ) in fine pro (ֶ), ob sequens Maqqaph, וַיְחַבֶּק־, *& amplexatus est.* Cum præf.

וַיְחַבְּקֵהוּ & *amplexatus est eum.* 3. p. f. f. cum affix. תְּחַבְּקֵנִי *amplexabitur me*, c. 2. p. f. m. cum præf. וַתְּחַבֵּק & *amplecteris.* Cum aff. תְּחַבְּקֶנָּה *amplexaberis eam.*

חִבֻּק m. Prov. 6. v. 10. c. 24. v. 33. *amplexus, complexus, complicatio* (manuum). Lxx. Verbaliter, ἐναγκαλίζομαι *ulnis amplector, ulnis complector.* Vulg. *complico, consero.* R. חבק *amplexus, complexus est.*

חֲבַקּוּק Mass. *Hhabaqqóuq*, Vulg. *Habacúc*, nomen propr. prophetæ, qui inter minores octavus est, Habac. 1. v. 1. Etym. *luctator*, ab אָבַק in Niph. *luctatus est*, mutato ח in א, cum sint ejusdem ordinis. Vel *amplexans*, ab חָבַק *amplexatus est.*

חבר QAL. Lxx. Sym. συνέχομαι, Lxx. item, συμφωνέω, Vulg. & alii, *convenio.* Aq. συμβάλλω *congredior.* Vulg. & alii item, *jungor, conjungor, socior, consocior*, &c. Et in alia significatione, Lxx. ἐπάδω, Vulg. *incanto*, quod magicis carminibus serpentes & aliæ res noxiæ ita socientur, ut, secundum vulgi opinionem, vim nocendi amplius non habeant.

Praet. 3. p. pl. c. חָבְרוּ *convenerunt, sociati sunt.*

Ben. f. m. חֹבֵר & חוֹבֵר, Lxx. ἐπάδων, Sym. ἐπάδων, Vulg. & alii, *incantans, incantator.* Cum præf. וְחֹבֵר & *incantans.* Plur. f. חֹבְרֹת *socientes se, juncta*, &c.

Paoul f. m. חָבוּר, unde conft. חֲבוּר, Ose. 4. v. 17. Lxx. μέτοχος, Vulg. & alii, *particeps, socius.*

PIEL חִבֵּר vel חִבַּר, Lxx. συνάπτω, Vulg. & alii, *conjungo, compono, connecto*, &c.

Praet. 3. p. f. m. חִבֵּר *conjunxit.* 2. p. f. m. cum præf. וְחִבַּרְתָּ & *conjunges.*

Infin. cum præf. לְחַבֵּר *ad conjungendum.*

Fut. 3. p. f. m. cum præf. וַיְחַבֵּר & *conjunxit.* Cum præf. & aff. וַיְחַבְּרֵהוּ, 2. Paral. 20. v. 36. & *consociavit eum, & in societatem eum admisit.* Vulg. & *particeps fuit* (cum eo).

PUAL חֻבַּר, Lxx. συνέχω, συνέχομαι, *conjungor*, συμπλέκομαι *complicor*, κοινωνέω *communico.* Alii, *socior, consocior.*

Praet. 3. p. f. m. in pausa; quare (-) mutatur in (-), חֻבָּר, Exod. 39. v. 4. *conjungitur, conjunctio, commissura fit.* Cum præf. & in eadem pausa, וְחֻבָּר, ibid. c. 28. v. 7. *ut conjunctio fiat, ut conjungantur.* 3. p. f. f. cum præf. שֶׁחֻבְּרָה *qua conjungitur*, Psal. 121. Heb. 122. v. 3. ubi Lxx. ἧς μετοχὴ αὐτῆς, Vulg. Lat. & S. Hieron. *cujus participatio ejus*, legebant שֶׁחֶבְרָתָהּ ab חֶבֶר, de qua voce infra col. 535.

Fut. 3. p. f. m. יְחֻבַּר, Eccle. 9. v. 4. ubi trajectis literis legitur יְבֻחַר, Lxx. κοινωνεῖ *communicat.* Alii, *sociabitur.* Vulg. sensum, non verbum, expressit. Cum præf. & aff. הַיְחָבְרְךָ haiehhovrecha, Psal. 93. Heb. 94. v. 20. cum (ׇ hhatoúph) pro (ׇ), & exsulante dagh. ex כ ob (ְ) ei suppositum, pro הַיְחֻבָּרְךָ, aut הַיְחֻבַּרְךָ, quod & ipsum contractum est pro הַיְחֻבַּר עִמְּךָ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 181. c. 1. 2. Lxx. Theod. μὴ συμπροσέσται σοι, *nunquid aderit, adhærebit*, Vulg. Lat. *adhæret tibi?* Aq. μὴ μεθέξει σε, S. Hieron. *nunquid particeps erit tui?* Sym. μὴ συναφθήσεταί σοι, *nunquid conjungetur tibi?* Alii, *nunquid sociabitur tecum?*

HIPHIL הַחְבִּיר, unde 1. p. f. c. Fut. cum ה parag. אַחְבִּירָה, Job. 16. v. 4. contracte pro אֲחַבִּירָה, Lxx. ἐναλοῦμαι *insiliam, insultabo.* Sym. συνηγορήσω (ἑτέροις λόγοις) *loquerer* (vobiscum aliis verbis). Vulg. *consolarer* (vos). Alii, *consociarem me* (vobiscum aliis verbis).

HITHPAEL הִתְחַבֵּר vel הִתְחַבַּר, Lxx. κοινωνέω *communico*, φιλιάζω, Vulg. & alii, *amicitiam, societatem ineo.* Theod. συμμίγνυμαι *commisceor.* Alii, *socio, consocio me.*

Praet. 3. p. f. m. ex forma (-) cum א affecto (ֶ) pro ה notando cum (ִ), ex forma Chald. אֶתְחַבַּר, 2. Paral. 20. v. 35. pro הִתְחַבַּר, *amicitiam iniit, consociavit se.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 190. c. 1. 408. c. 1.

Infin. cum præf. & aff. כְּהִתְחַבֶּרְךָ, 2. Paral. 20. v. 37. *in consociando te*, m. Vulg. *quia habuisti fœdus.*

Fut. 3. p. pl. m. ex forma (-) mutati in (ְ) ob pausam, יִתְחַבְּרוּ, Dan. 11. v. 6. *consociabunt se.* Vulg. *fœderabuntur.*

חַבָּר m. unde pl. חַבָּרִים, Job. 40. v. 25. Lxx. ἔθνη *gentes.* Vulg. *amici.* Alii, *sodales, socii*; &, secundum quosdam interpretes,

focii incantatorum. Rad. חִבֵּר *fociavit, confociavit.*

חָבֵר m. Heb. & Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. *μέτοχος*, Vulg. *particeps.* Lxx. Aq. *φίλος amicus.* Lxx. Sym. *ἑταῖρος*, Vulg. & alii, *focius, fodalis.* Lxx. item, *κοινωνὸς particeps*, *προσκείμενος*, *προσθεὶς*, *adjectus*, *ἐρχόμενος veniens.* Sym. item, *συνημμένος conjunctus.* Theod. item, *λοιπὸς reliquus.* Cum aff. חֲבֵרוֹ *focius ejus*, m. Plur. abfol. חֲבֵרִים *focii.* Conft. וַחֲבֵרָיו *& focii.* Cum aff. חֲבֵרָיו, fine (י) חֲבֵרָו, vide Gram. Heb. t. 1. p. 128. §. IV. & Chald. חַבְרוֹהִי, Dan. 2. v. 17. *focii ejus*, m. Cum præf. & aff. itidem Chald. וְחַבְרוֹהִי *& focii ejus*, m. Dan. 2. v. 13. חֲבֵרֶיךָ *focii tui*, m. Cum præf. & aff. מֵחֲבֵרֶיךָ *præ fociis, præ participibus tuis*, m. Plur. f. Chald. cum aff. חַבְרָתַהּ, Dan. 7. v. 20. *fociæ ejus*, h. e. cetera cornua. Rad. חָבַר *fociatus eft, focius fuit.*

חֶבֶר & in paufa חָבֶר, m. Lxx. Prov. 21. v. 9. cap. 25. v. 24. *κοινὸς*, Vulg. *communis*, h. e. ut interpretantur Sym. & Theod. *ἑταιρικὸς meretricius.* Alii item, Ofe. 6. v. 9. *focietas, fodalitium.* Et in alia fignificatione, Pfal. 57. Heb. 58. v. 5. al. 6. Lxx. Aq. *ἐπαοιδὴ*, Sym. *ἐπῳδὴ*, *incantatio.* Lxx. item & Theod. adjective, *φαρμακευόμενος*, Vª. edit. *φάρμακος, veneficus, incantans, incantator*, fic etiam Vulg. alibi; legebant חֹבֵר in Benoni Qal, quod vide fupra col. 533. Plur. חֲבָרִים *incantationes, incantatores.* Cum aff. חֲבָרַיִךְ *incantationes tuæ, incantatores tui*, f. Cum præf. & aff. בַּחֲבָרַיִךְ *cum incantationibus, incantatoribus tuis*, f. R. חָבַר *fociatus eft, incantavit.*

חֶבֶר vel חָבֶר, Maff. *Hbéver*, Vulg. *Héber & Háber*, nomen proprium 1°. filii Beria filii Afer filii Jacob, Gen. 46. v. 17. 2°. patris Socho, 1. Paral. 4. v. 18. 3°. viri principis Cinæi, Jud. 4. v. 11. Etym. *focius* vel *incantator*; ab חָבַר *focius fuit, incantavit.*

חֲבַרְבֻּרֹת f. plur. unde cum affix. חֲבַרְבֻּרֹתָיו, Jerem. 13. v. 23. Lxx. *τὰ ποικίλματα αὐτῆς*, Vulg. *varietates ejus*, m. Alii, *maculæ liventes ejus*, m. Rad. חָבַר *fociatus eft*, unde חֲבַרְבֻּרֹת, quod variæ maculæ in pardo, de quo hîc eft fermo, fimul focientur.

חַבֻּרָה vide חַבּוּרָה, } fupra col. 528.
חֲבֻרָה vide חַבּוּרָה, }

חֶבְרָה f. unde cum præf. לְחֶבְרָה, Job. 34. v. 8. *in focietate, ut focietatem ineat.* Lxx. *κοινωνήσας communicans.* Vacat apud Vulg. R. חָבַר *fociatus eft, focietatem iniit.*

חֶבְרוֹן Maff. *Hbevrón*, Vulg. *Hebrón*, nomen propr. 1°. civitatis in Tribu Juda, Gen. 13. v. 18. &c. Dicitur Arbee, ibid. c. 23. v. 2. & Cariath Arbe, Jof. 15. v. 13. 2°. filii Caath filii Levi, Exod. 6. v. 18. & 1. Paral. 6. v. 18. Etym. *focietas* five *participatio*, vel *incantatio*, aut *livor*; ex חָבַר *fociatus eft, incantavit*, aut חַבּוּרָה *livor.*

חֶבְרֹנִי Maff. *Hbevroní*, Vulg. *Hebroní*, nom. commune familiæ Hebron, Num. 26. v. 58. Etym. vide nom. præcedens.

חֲבֶרֶת f. unde cum affix. חֲבֶרְתְּךָ, Malach. 2. v. 14. cum (·) pro (-) fub ב, quia duæ illæ motiones fæpius invicem permutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 98. c. 2. fin. Lxx. *κοινωνός σου*, Vulg. *particeps tua.* Alii, *focia, conjux tua*, m. Rad. חָבַר *fociatus eft.*

חֹבֶרֶת, & in paufa חֹבָרֶת, f. Lxx. *συμβολὴ junctura, commiffura, conjunctio.* Sic etiam recentiores. Vulg. fenfum, non verbum, expreffit. Hinc cum præf. מֵחֹבֶרֶת *junctura*, בַּחֹבָרֶת in paufa, *in junctura.* R. חָבַר *fociatus, conjunctus eft.*

חָבַשׁ QAL. Lxx. *δέω*, *καταδέω*, Aq. Sym. *ἐπιδέω*, Vulg. & alii, *ligo, alligo, obligo*, proptie de vulneribus, quando curantur; & de equis, mulis, &c. cùm cingulis, in eorum inftratu, obligantur. Hinc Lxx. Aq. item, & Theod. *μοτόω linamentum vulneri appono.* Lxx. item, *ἰάομαι fano*, *πάλιν ἀποκαθίστημι iterum reftituo*, *ἐμπιπλάω impleo*, *συμπλέκω complico*, *ζωννύω cingo*, *περιτίθημι circumpono*, *ἐπισάττω* (fic etiam alius) *inflerno.* Alii item, *dominor*, quod principes fubditos fuos legibus, quafi vinculis, obligent.

PRAET. 2. p. f. m. cum præf. וְחָבַשְׁתָּ *& alligabis.* 2. p. pl. m. חֲבַשְׁתֶּם *alligaftis.*

BEN. f. m. חֹבֵשׁ, Ifai. 3. v. 5. al. 6. Lxx. *ἀρχηγὸς princeps, dux.* Alii, *obligans, alligans, fanans.* Vulg. *medicus.*

Paoul. f. m. חָבוּשׁ *alligata, ligata* (alga). Plur. m. חֲבוּשִׁים, & cum (׳) pro (ו) חֲבֻשִׁים, *ligati*.

Infin. חָבֹשׁ *obligare*. Cum præf. לַחֲבֹשׁ *ad obligandum*. Cum præf. & affix. לְחָבְשָׁהּ lehhovschá *ad obligandum, ad sanandum illud* (brachium).

Imper. 2. p. f. m. חֲבֹשׁ *liga, obliga*. 2. p. pl. m. חִבְשׁוּ *ligate, sternite*.

Fut. 3. p. f. m. יַחֲבוֹשׁ *ligabit, obligabit*. Cum præf. וַיַּחֲבֹשׁ, & sequente Maqqaph וַיַּחֲבָשׁ־ vaiiahhavosch- *& ligavit, & instravit*. Ex forma (-) mutati in (-) ob pausam, וַיַּחֲבֹשׁ contracte pro וַיַּחֲבֹשׁ, *& obligat, & sanat, & medetur*. Cum præf. & aff. וְיַחְבְּשֵׁנוּ *& obligabit, & curabit nos*, c. 3. p. f. f. cum præf. וַתַּחְבֹּשׁ *& ligavit, & stravit*. 1. p. f. c. אֶחְבֹּשׁ *ligabo, obligabo, curabo*. Cum ה parag. אֶחְבְּשָׁה *ligabo, sternam*. Cum præf. & aff. וָאֶחְבָּשֵׁךְ *& circumligavi te*, f. Vulg. *& cinxi te*, f. 3. p. pl. m. יַחֲבֹשׁוּ, & in pausa, quare servatur hhól. יַחֲבֹשׁוּ, *& instraverunt*.

PIEL 3. p. f. m. Praet. חִבֵּשׁ, Job. 28. v. 11. Lxx. ἀνεκάλυψε *retexit, revelavit*. Aq. Theod. ἐξηρεύνησεν, Vulg. *scrutatus est*. Alii, *ligat, ligavit*.

Ben. f. m. cum præf. וּמְחַבֵּשׁ, Psal. 146. Heb. 147. v. 3. Lxx. καὶ δεσμεύων *& ligans, & alligans*, h. e. & sanans, & curans.

PUAL, חֻבַּשׁ, Lxx. κατεδήσαμαι, Sym. ἐπιδέομαι, Vulg. & alii, *ligor, obvolvor*.

Praet. 3. p. f. f. חֻבָּשָׁה, Ezech. 30. v. 21. *ligatum, involutum, obvolutum est* brachium. 3. p. pl. c. in pausa; quare (-) mutatur in (-), חֻבָּשׁוּ *alligata sunt* vulnera.

חֲבִתִּים m. plur. unde cum præf. הַחֲבִתִּים, 1. Paral. 9. v. 31. Lxx. τήγανον, Vulg. & alii, *sartago*, seu *sartagines*. R. חָבַת inusit.

חַג, & in pausa חָג, m. Lxx. Aq. Theod. ἑορτή, Sym. πανήγυρις, Vulg. & alii, *festum, festivitas, sollemnitas*; & metonymice, *victima, hostia*, quæ in die festo offerebatur. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 54. fin. Cum præf. & in pausa, הֶחָג *festum*, cum (ׄ) loco (-) aut (ׄ) sub ה, ob aliud (ׄ) sequens sub ה, vide Gram. Heb. tom. 1.

p. 69. c. 1. circa fin. חָג & הֶחָג, *& festum*, בֶּחָג, *in festo*, וּבֶחָג *& in festo*, בֶּחָג & כֶּחָג *sicut festum*.. Pro (ׄ) sub ב & כ in his exemplis, vide eandem Gram. ibid. pag. 380. c. 1. Cum præf. & affix. חַגָּהּ *festum ejus*, f. בְּחַגֶּךָ in pausa, *in festo tuo*, m. חַגִּי *festum meum*, c. חַגֵּנוּ *festum nostrum*, c. Plur. חַגִּים *festa*. Cum præf. בְּחַגִּים *in festis*, וּבַחַגִּים *& in festis*. Cum aff. חַגַּיִךְ *festa tua*, f. חַגֵּיכֶם *festa vestra*, c. R. חָגַג *festum celebravit*.

חָגָּא hhoggá, m. aut potius f. nam א est pro ה. Hinc cum præf. לְחָגָּא lehhoggá, Isai. 19. v. 17. Lxx. εἰς φόβητρον *in terriculamentum*. Sym. εἰς γύρωσιν *in gyrum, in circuitionem* (referebat ad חוּג *circuire*) Vulg. *in pavorem*. Alii, *in titubationem, in commotionem*. R. חָגַג *festum celebravit*, & Catachrestice, *more ebriorum titubavit*.

חָגָב m. Lxx. ἀκρὶς, Vulg. & alii, *locusta*; & metaphorice, *spina dorsi*, Eccle. 12. v. 5. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 257. c. 2. Cum præf. הֶחָגָב *locusta*, cum (ׄ) pro (-) aut (ׄ) sub ה ob aliud (ׄ) sequens sub ה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Pl. cum præf. כַּחֲגָבִים *sicut locustæ*. R. חָגַב inusit.

חָגָב Mass. *Hhaghàv*, Vulg. *Hagáb*, nomen propr. viri, cujus filii è captivitate Babylonica duce Zorobabele reversi sunt, Esd. 2. v. 46. Etym. *locusta*. Vide vocem præcedentem.

חֲגָבָא Mass. *Hhaghavá*, Vulg. *Hagabá*, nomen propr. viri, cujus posteri duce Zorobabele in Judæam reversi sunt, Esd. 2. v. 45. Etym. *locusta*. Vide tertiam ante vocem.

חָגַג QAL Lxx. Aq. Theod. ἑορτάζω, Sym. πανηγυρίζω, Vulg. & alii, *festum, sollemnitatem celebro, ferior*. Lxx. item, *ταράσσομαι turbor, titubo more ebriorum*. Alii item, *salto, tripudio*.

Praet. 2. p. pl. m. cum præf. וְחַגֹּתֶם *& celebrabitis*.

Ben. f. m. חוֹגֵג *tripudians*. Plur. m. cum præf. וְחֹגְגִים *& tripudiantes*.

Infin. cum præf. לָחֹג *ad celebrandum*, וְלָחֹג *& ad celebrandum*.

Imper. 2. p. f. f. חָגִּי hhoggi *celebra*,

Nah. 1. v. 15. ubi est (ֳ hhatoúph) pro hhólem ob accentum à penult. ad ultimam præter analogiam retractum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 218. c. 1. initio.

Fut. 2. p. s. m. תָּחֹג *festum celebrabis*. 3. p. plur. m. יָחוֹגּוּ *titubabunt*. Cum præf. וְיָחֹגּוּ veiahhóggou *& festum celebrabunt*. 2. p. pl. m. תָּחֹגּוּ tahhóggou *celebrabitis*. Cum affix. תְּחָגֻּהוּ tehhoggúhou *celebrabitis eum* (diem).

חֲגָוִים m. pl. Lxx. *σκεπὴ tegmen, tegumentum, ὀπαὶ, τρυμαλιαὶ*, Vulg. & alii, *foramina, cavernæ, fissuræ*. Hinc const. & cum præf. בְּחַגְוֵי *in foraminibus, in fissuris*. R. חָגָה inusit. cujus ה mutatur in (ו).

חֲגוֹר & חֲגֹר, m. Lxx. & alius, *ζώνη*, Lxx. item, *ζώνας, περίζωμα*, Vulg. & alii, *zona, perizoma, cingulum*. Cum præfix. וַחֲגֹור *& cingulum*. Cum aff. חֲגֹרוֹ *cingulum ejus*, m. Plur. const. חֲגוֹרֵי, Ezech. 23. v. 15. Lxx. adjective, *διεζωσμένοι*, Vulg. & alii, *accincti*. Forte legebant חֲגוּרֵי, in Paoul Qal Verbi Rad. חָגַר *cinxit, accinxit*.

חֲגוֹרָה & חֲגֹרָה, f. Lxx. *ζώνη, παραζώνη, περίζωμα*, Vulg. & alii, *zona, perizoma, cingulum, cinctura, balteus*. Cum præfix. וַחֲגוֹרָה *& cingulum*. Cum præf. & aff. בַּחֲגֹרָתוֹ *in balteo suo*, m. Plur. חֲגֹרֹת, Gen. 3. v. 7. Lxx. *περιζώματα*, Vulg. *perizomata*. Alii, *cinctoria, subligacula* R. חָגַר *cinxit*.

חַגַּי Mass. *Hhaggái*, Vulg. *Aggæus*, nomen proprium prophetæ inter minores decimi, Agg. 1. v. 1. Etym. *festivus, sollemnis*, vel *gyrans*; ab חָגַג *festum celebravit*, aut חוּג *circinare, gyrare*.

חַגִּי Mass. *Hhaggí*, Vulg. *Haggí & Aggí*, nomen proprium filii Gad, Gen. 46. v. 16. Ab eo dicta est familia Aggitarum, Num. 26. v. 15. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

חַגִּיָּה Mass. *Hhaggiiâ*, Vulg. *Higgia*, nom. proprium filii Merari, 1. Paral. 6. v. 29. al. 30. Etym. *festivitas, sollemnitas*, aut *gyrus Domini*; ab חַג *festum, sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*, & יָהּ *Dominus*.

חַגִּית Mass. *Hhaggíth*, Vulg. *Haggith & Aggíth*, nomen proprium matris Adoniæ filii David, 2. Reg. 3. v. 4. 1. Paral. 3. v. 2. Etym. *festiva, sollemnis*, vel *gyrans*; ab חַג *festum, sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*.

חָגְלָה Mass. *Hhoglá*, Vulg. *Heglá*, nomen proprium filiæ Salphaad filii Hepher filii Galaad, Num. 26. v. 33. Etym. *festum, sollemnitas*, aut *gyratio ejus*, vel *ei*, f. ab חַג *festum, sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*, & לָהּ *ejus, ei*, f.

חָגַר QAL. Lxx. Aq. & alius, *ζωννύω*, vel *ζώννυμι, ζώννυμαι*, Vulg. & alii, *cingo, cingor*. Lxx. item, *ἀναζώννυμαι accingo, περιζώννυμι* (sic etiam alius) *περιζώννυμαι circumcingo, accingor, ἐνδύω* (sic etiam alius) *induo, ἀναλαμβάνω assumo, ἑορτάζω festum agito*, Psal. 75. Heb. 76. v. 10. al. 11. sed pro חָגַר legerunt חָגַג; *σφάλλω erro, labor*, 2. Reg. 22. v. 46. ubi legisse videntur חָרַג, ut scribitur in Psalmo parallelo 17. Heb. 18. v. 46. Alii item, *impedio, coerceo, reprimo*; & passive aut reciproce, *accingor, accingo me*, &c.

Praet. 3. p. s. f. חָגְרָה *accingit*. 2. p. s. m. cum præf. וְחָגַרְתָּ *& cinges*. 3. p. pl. c. חָגְרוּ *accingunt se*. Cum præf. וְחָגְרוּ *& accingent*.

Ben. s. m. חֹגֵר *accingens*, 3. Reg. 20. v. 11. ubi Lxx. *κυρτὸς gibbosus*. Vulg. *accinctus*. Et 4. Reg. 3. v. 21. Lxx. *περιεζωσμένος*, Vulg. *accinctus*. Legisse videntur חָגֻר.

Paoul s. m. חָגוּר, & cum præf. הֶחָגוּר, *accinctus*, cum (ֶ) pro (ַ) sub ה ob aliud (ָ) sequens sub ח. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. Fem. const. cum (ֻ) pro (וּ), חֲגֻרַת *accincta*. Plur. m. חֲגֻרִים *accincti*.

Infin. cum præf. לַחְגֹּר *ad accingendum*.

Impér. 2. p. s. m. חֲגֹר & חֲגוֹר, *accinge*. 2. p. s. m. חִגְרִי *accinge*. 2. p. pl. m. חִגְרוּ *accingite*. Cum præf. וְחִגְרוּ *& accingite*. 2. p. pl. f. חֲגֹרְנָה *accingite vos*.

Fut. 3. p. s. m. יַחְגֹּר contracte pro יַחֲגֹר, *accinget*. Sic cum præfix. וַיַּחְגֹּר *& accinxit*. Cum aff. יַחְגְּרֶהָ *præcinget se ea, qua præcingitur*. 2. p. s. m. תַּחְגֹּר contracte pro תַּחֲגֹר, *accinges*. 3. p. pl. m. יַחְגְּרוּ *accingent se*. Cum præf. וְיַחְגְּרוּ *& accingent se*, וַיַּחְגְּרוּ *& accinxerunt*. 3. p. pl. f. תַּחְגֹּרְנָה contracte pro תַּחֲגֹרְנָה, *accingent se*. 2. p. pl. m. cum præf. וַתַּחְגְּרוּ *& accinxistis*.

חָגֻר vide חֲגוֹר, in col. præced.

חֲגֹרֹת vide חֲגוֹרָה, supra col. 539.

חַד m. Chald. ab Heb. אֶחָד aut אַחַד, sublato א per aphæresin, Lxx. Theod. εἷς, Vulg. & alii, *unus.* Fem. חֲדָא, & cum ה in fine pro א, חֲדָה, Lxx. Theod. *μία una.* Lxx. Theod. item, *πρῶτος primus* (annus). Cum præfix. כַּחֲדָה, Dan. 2. v. 35. Theod. *εἰσάπαξ semel.* Vulg. & alii, *simul, unà, pariter.*

חֲדָא vide in voce præcedenti.

חָדַד QAL. Lxx. ὀξύνω, *acuo*, Vulg. & alii, *acuor*, *παροξύνω exacuo*, Vulg. *acuo*, *ὀξύτερος (εἰμὶ) acutior*, Vulg. *velocior* (sum).

Praet. 3. p. pl. c. cum præf. וְחַדּוּ, Habac. 1. v. 8. *& acuti*, Vulg. *& velociores sunt.*

Fut. 3. p. s. m. יַחַד *acuetur*, alii, *acuet, acuit*, Prov. 27. v. 17. ubi est accentus in penult. quasi ex forma quiesc. Lamedh ה cum apocopa, pro יַחַד, quod legitur ibid. & in pausa יָחַד. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 288. c. 2. Alii fingunt verbum חָדָה *acuit.*

HOPHAL הוּחַד, Lxx. *ὀξύνομαι acuor*, *ἐξακονίομαι*, Vulg. & alii, *exacuor.*

Praet. 3. p. s. f. הוּחַדָּה *exacuta est* (gladius).

חָדָד nom. propr. vide חָדִיד infra col. 544. fin.

חָדָה QAL. Lxx. *ἐξίσταμαι obstupesco*, *εἰμὶ sum*, Job. 3. v. 6. ubi Vulg. *computor.* Sym. *συνάπτομαι conjungor.* Vulg. item & alii, *gaudeo, lætor.*

Fut. 3. p. s. m. יִחַדְּ iiahhd, Job. 3. v. 5. al. 6. per apocopen pro יֶחֱדֶה, sublato ה, & (ֶ) sub primam rad. transeunte יֶחְדְּ; deinde hoc (ֶ) resoluto in duplex (ִ), quorum prius convertitur in (ַ) furtivum ob gutturalem cui subjicitur, יִחַדְּ, vide Gram Heb. tom. 1. p. 23. circa med. & p. 288. col. 2. Lxx. *εἴη sit.* Sym. *συναφθείη conjungatur.* Vulg. *computetur.* Alii, *uniatur* (ab אֶחָד *unus*). Alii denique, *lætetur.* Cum præf. & eadem apocope, וַיִּחַדְּ vaiiahhd, Exod. 18. v. 9. Lxx. *ἐξέστη δὲ obstupuit autem.* Vulg. & alii, *lætatusque est* (Jethro).

PIEL חִדָּה, unde 2. p. s. m. Futuri cum affix. תְּחַדֵּהוּ, Psal. 20. Heb. 21. v. 6. al. 7. Lxx. *εὐφρανεῖς αὐτὸν* Sym. *χαροποιήσεις αὐτὸν*, Vulg. & alii, *lætificabis, exhilarabis eum.*

חַדָּה f. à sing. inusit. חַד, Lxx. ὀξεῖα, Vulg. & alii, *acuta, acutus* (gladius), *ἠκονημένον acutum* (*ὕστερον novissimum*). R. חָדַד *acuit, acutus est.*

חֲדָה vide חַד, in col. præced.

חַדּוּדִים m. plur. unde const. חַדּוּדֵי, Job. 41. v. 21. al. 22. Lxx. *ὀβελίσκοι obelisci.* Aq. *ὀξυντῆρες acumina.* Sic etiam recentiores. Sym. *σιδήρεια ferramenta.* Theod. *σιδήρειον ferramentum* (fabri). Vulg. *radii* (solis). R. חָדַד *acutus, exacutus est.*

חֶדְוָה f. Lxx. *εὐφροσύνη*, Vulg. & alii, *gaudium, lætitia, καύχημα gloriatio.* Hinc cum præf. וְחֶדְוָה *& gaudium, & lætitia.* Const. חֶדְוַת *gaudium.* R. חָדָה *gavisus, lætatus est*, cujus tertia rad. ה mutatur in (ו).

חֲדִי & emphat. חֲדְיָא, m. Chald. unde cum affix. plur. pro sing. vide Gram. Chald. tom. 2. p. 582. c. 2. חֲדוֹהִי, Dan. 2. v. 32. Theod. *στῆθος*, Vulg. *pectus*, neglecto affixo. Alii, *pectus ejus*, m. Idem est atque Heb. חָזֶה, mutato pro more Chaldæorum ז in ד.

חָדִיד Mass. *Hhadhídh*, Vulg. *Hadíd*, nomen proprium civitatis in Tribu Benjamin. Nehem. 7. v. 37. cap. 11. v. 34. Etym. *acutus*, vel *gaudens*; ab חָדַד *acutus fuit*, vel חָדָה *lætatus est.*

חָדַל & חָדֵל, QAL, Lxx. Aq. Sym. *παύω*, Lxx. item, *παύομαι*, Lxx. item & Theod. *κοπάζω*, Aq. *κοπιάω*, Vulg. & alii, *cesso, desino.* Lxx. Sym. item, *ἀπέχω*, vel *ἀπέχομαι, abstineo.* Aq. Sym. Theod. item, *σχολάζω vaco.* Lxx. item, *ἀνίημι*, *ἀφίημι* (sic etiam Theod.) *παρίημι, dimitto*, *ἀπειθέω non obedio*, *ἀπειπεῖν nego, abdico*, *ἀπολείπω relinquo*, *ἀποτρέχω aufugio*, *ἀφίστημι recedo*, *οὐ βούλομαι*, *μὴ θέλω, nolo*, *διαλείπω*, *ὑστερέω, desino*, *οὐ δύναμαι non possum*, *ἐκλείπω deficio*, *ἐκφεύγω effugio*, *ἐνδίδωμι cedo, remitto*, *ἐπέχω inhibeo*, *ἡσυχάζω quiesco*, *κοπιάω* vel *κοπάζω*, Psal. 48. Heb. 49. v. 8. al. 9. (nisi sit mendum pro *κοπάζω*) *laboro*, *παρέρχομαι prætereo*, *προσέχω attendo*, *πτοέω terreo*, *σιωπάω taceo*, &c.

Praet. 3. p. s. m. חָדַל *desiit, cessavit.* Cum præf. וְחָדַל *& desierit.* 2. p. s. m. cum præf. וְחָדַלְתָּ *& cessas.* 1. p. s. c. cum præf.

& (־) ſub ח pro (׳) , idque amanuenſium , ut videtur , oſcitantia , החדלתי pro החדלתי , Jud. 9. vv. 9. 11. 13. Lxx. μὴ ἀπολείψασα num derelinquens ? Sym. ἄρα παύσομαι num ceſſabo ? Theod. μὴ ἀφιεῖσα num dimittens ? Vulg. nunquid deſerere poſſum ? Alii , החדלתי componunt ex Hiphil & Hophal , ita ut הֶ ſit ex Hiphil , חָ ex Hophal , & דלתי ex utroque. Vel החדלתי mendum eſt pro החדלתי in Hiphil , aut החדלתי in Hophal , ſubintellecto ה interrogativo , ut fit interdum. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 187. c. 1. 2. 423. c. 1. 2. 3. p. pl. c. חדלו & in pauſa ex forma (-) , quod idcirco retinetur , חדלו ceſſarunt , deſierunt. Sym. 1. Reg. 2. v. 5. ἀνενδεεῖς ἐγένοντο non egentes facti ſunt. Vulg. ſaturati ſunt , recte ; nam hîc deſierunt (eſurire) , idem eſt per meioſin ac cibo repleti ſunt. 1. p. pl. c. חדלנו ceſſavimus.

Infin. cum præf. מחדל à ceſſando.

Imper. 2. p. ſ. m. ex forma (-) חדל & in pauſa ; quare (-) mutatur in (׳) , חדל deſine , deſiſte. 2. p. pl. m. חדלו & in pauſa חדלו , deſiſtite.

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma (-) quæ in toto hoc futuro obtinet , יחדל contracte pro יחדל , ſic in pauſa יחדל & יחדל , ceſſabit , deſinet , deſiſtat. Cum præf. & contracte ויחדל & ceſſavit , & deſiit , ויחדל , in pauſa , & deſiſtet. 3. p. ſ. m. contracte & in pauſa תחדל deſiſtet. Cum præf. ותחדל & deſtitit. 2. p. ſ. m. contracte תחדל deſieris. 1. p. ſ. c. contracte & in pauſa אחדל deſiſtam. Cum præf. & ה parag. ואחדלה & deſiſtam. 3. p. pl. m. contracte & in pauſa , יחדלו , & cum ן parag. & in eadem pauſa יחדלון , ceſſabunt , deſinent , deſinant. Cum præf. & ex forma יחדל , ויחדלו & deſierunt. 1. p. pl. c. in pauſa נחדל contracte pro נחדל deſiſtemus.

חדל m. Lxx. Pſal. 38. Heb. 39. v. 5. ὑστερῶ deficio ; legebant חדל vel חדל in Benoni Qal. Vulg. & S. Hieron. deſit ; referebant ad tertiam p. ſ. m. Præteriti ejuſdem Qal ex forma (-). Alii , deſinens , deficiens , nullus ſim. Cum præf. וחדל , Ezech. 3. v. 26. al. 27. cum (־) ſub ח loco (׳) ob aliud (׳) ſequens ſub ח , vide Gram. Heb. t. 1.

p. 69. c. 1. Lxx. καὶ ὁ ἀπειθῶν & incredulus , & inobediens. Vulg. & qui quieſcit. Alii , & ceſſans , & abſtinens , & deſinens. Conſt. & cum præf. וחדל , Iſai. 53. v. 3. Lxx. καὶ ἐκλεῖπον (εἶδος) & deficiens (ſpecies). Sym. καὶ ἐλάχιστος & minimus. Vulg. noviſſimus , h. e. abjectiſſimus , contemtiſſimus virorum , q. d. vir eſſe deſinens. Rad. חדל ceſſavit , deſiit.

חדל m. unde in pauſa חדל , Iſai. 38. v. 11. Vulg. quies. Alii , mundus , tempus , ſæculum , inſtabile videlicet , & cito deſinens. Lxx. Theod. Verbal. ἐξέλιπεν defecit. Aq. ἐπαύσατο quievit , ceſſavit. Legebant חדל in Præterito aut Benoni Qal Verbi Rad. חדל aut חדל , quievit , ceſſavit.

חדלי , unde in pauſa חדלי , Maſſ. Hhadhlái , Vulg. Hadalí , vel Adalí , nom. proprium patris Amaſæ , 2. Paral. 28. v. 12. Etym. ceſſatio , quies , defectus , &c. ab חדל ceſſavit , quievit , defecit , &c.

חדק m. unde cum præf. כחדק , Mich. 7. v. 4. Lxx. ὡς σὴς ἐκτρώγων quaſi tinea corrodens. Vulg. quaſi paliurus. Alii , quaſi ſpina. Rad. חדק. Vide vocem ſeq.

חדק m. unde in pauſa חדק , m. Prov. 15. v. 19. Lxx. ἄκανθα , Vulg. & alii , ſpina. R. חדק inuſit. Quidam referunt ad דחק , trajectis literis ד & ח , arctavit , arcte adhæſit ; unde ſpina , quod carni infigatur , eique arcte adhæreat.

חדקל Maſſ. Hhiddéqel , Vulg. Tigris , Gen. 2. v. 14. nomen proprium fluvii Aſiæ celeberrimi , qui è montibus Armeniæ ortus ad meridiem Aſſyriæ fluit , receptoque Euphrate , in ſinum Perſicum effunditur. Etym. acutus , levis ; ab חדד acuit , acutus eſt , & קלל levis fuit. Sic dictus eſt quod ſit rapidiſſimus.

חדר m. Lxx. κοιτὼν , Vulg. & alii , cubiculum , conclave , ταμιεῖον & ταμιεῖον promptuarium , cella penuaria , ἀποχωρήσεις recessus. Hinc conſt. & cum præf. בחדר in conclavi , ובחדר & in conclavi. R. חדר inuſit.

חדר Maſſ. Hhadhár , Vulg. Hadár , nomen proprium filii Iſmaëlis , Gen. 25. v. 15. qui 1. Paral. 1. v. 30. dicitur חדד Maſſ. Hhadhádh , Vulg. Hadád. Etym. conclave , cubiculum ;

biculum; ab חָדַר idem. Vel *acutus* aut *gaudens*; ab חָדַד *acutus, exacutus est*; vel ab חָדָה *lætatus est*.

חֶדֶר, חֶדֶר, in pausa חָדֶר, & in alia forma חֶדֶר, m. Lxx. Theod. ταμεῖον vel ταμιεῖον, Lxx. item, ταμία, ἀποθήκη, *promptuarium, cella penuaria, horreum, repositorium*. Lxx. item & alius, κοιτὼν *cubiculum*. Alius, Joel. 2. v. 16. νυμφὼν *cubiculum, thalamus sponsi* vel *sponsæ*. Alii item, *adytum, conclave, penetrale*. Et Job. 37. v. 9. *meridies*, sive *polus antarcticus*, qui nobis ad septentrionem habitantibus secretus est & absconditus. Hinc stellæ, quæ in parte australi sunt, *penetralia*, seu *interiora austri* dicuntur Job. 9. v. 9. Cum præf. הַחֶדֶר *conclave*, בְּחֶדֶר, בְּחֶדֶר, in pausa בְּחָדֶר, & בַּחֶדֶר, *in conclavi*, cum (ְ) in ultima voce sub ב pro (ַ) ob aliud (ַ) seq. sub ח. Vide Gram. Heb. tom. I. p. 380. c. I. Cum præf. & ה locali, הַחַדְרָה, & in pausa הַחָדְרָה, *in cubiculum*, cum (ַ) pro (ֶ) sub ח ob aliud (ַ) sequens sub ח, vide Gram. Heb. t. I. p. 69. c. I. Cum præf. & aff. מֵחַדְרוֹ (ex forma חֶדֶר) *è cubiculo ejus*, m. Vide eandem Gram. ibid. p. 92. c. 2. num. II. Pl. חֲדָרִים *penetralia*. Cum præf. וּמֵחֲדָרִים *& à conclavibus*. Conft. חַדְרֵי (ex forma חֶדֶר) *penetralia*. Cum præf. & in eadem forma וְחַדְרֵי *& penetralia, & interiora*, בְּחַדְרֵי *in penetralibus*, וּבְחַדְרֵי *& in penetralibus*. Cum affix. חֲדָרָיו *conclavia, penetralia ejus*, m. Cum præf. & affix. וַחֲדָרָיו *& penetralia ejus*, m. בַּחֲדָרֶיהָ *in conclavia tua*, m. R. חָדַר inusit.

חַדְרָךְ Mass. *Hhadhrâch*, Vulg. *Hadrâch*, nom. propr. terræ seu regionis, quæ aliis est Arabia, aliis Syria, aliis cœlesyria, aliis Syria Damascena. Aliis *Hadrach* vicus est seu opidum juxta Damascum, ut testatur R. Joses Damasco oriundus, Zach. 9. v. 1. Etym. *acumen teneritudinis*; ab חָדַד *acutus, exacutus est*, רַךְ *mollities, teneritas, teneritudo*. Vel *conclave, cubiculum tuum*, f. ab חֶדֶר *conclave, cubiculum*, & aff. 2. p. f. f.

חוֹדֶרֶת f. unde cum præf. הַחוֹדֶרֶת, Ezech. 21. v. 14. al. 19. Lxx. Vatic. καὶ ἐκστήσεις *& obstupescere facies*; videntur legisse וְחָדַרְתְּ in 2. p. f. m. præteriti Qal Verbi inusit. חָדַר. Ms. Alex. ἐκστήσει *obstupescere faciet*. Vulg. *obstupescere facit*. Alii, *penetrans, permeans usque ad interiora conclavia*; ita ut sit Benoni sing. f. Qal ex forma ח præcedente duplici (ְ) Verbi Rad. חָדַר alibi quidem apud Hebræos inusitati; sed apud Arabes inter alia significantis *stupefecit, obstupefecit*.

חָדָשׁ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. καινὸς, νέος, Vulg. & alii, *novus*. Lxx. item, πρόσφατος *recens*, & adverb. προσφάτως *recenter*, ἕτερος *alius, alter*, κενὸς, Job. 29. v. 20. *vacuus, inanis*; sed mendum est pro καινὸς *novus*, ut habet editio Complut. Cum præf. הֶחָדָשׁ *novus*, vel *nova* (porta), cum (ֶ) sub ה pro (ַ) ob aliud (ָ) seq. sub ח, vide Gram. Heb. tom. I. p. 69. c. I. Fem. חֲדָשָׁה, & cum præf. הַחֲדָשָׁה, *nova*, 2. Paral. 20. v. 5. ubi Complut. mendose σκηνὴ *tentorium*, pro καινὴ *nova*, seu *novum* (atrium), ut legitur in Lxx. Vatic. Plur. m. חֲדָשִׁים, & cum præf. הַחֲדָשִׁים, *novi, nova*. Plur. f. חֲדָשׁוֹת *novæ res, nova*. Cum præfix. וַחֲדָשׁוֹת *& nova*. R. חָדַשׁ in Piel *innovavit*.

חדשׁ QAL, unde PIEL חִדֵּשׁ, Lxx. καινίζω, ἀνακαινίζω, ἐγκαινίζω, ἐπανακαινίζω, Sym. ἀνανεόω, Vulg. & alii, *renovo, innovo, instauro, redintegro*.

PRAET. 3. p. pl. c. cum præf. וְחִדְּשׁוּ *& instaurabunt*.

INFIN. cum præf. לְחַדֵּשׁ *ad renovandum*.

IMPER. 2. p. f. m. חַדֵּשׁ *innova*.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. וַיְחַדֵּשׁ *& renovavit*. 2. p. f. m. תְּחַדֵּשׁ *renovabis*. Cum præf. וּתְחַדֵּשׁ *& renovabis*. 1. p. pl. c. cum præf. וּנְחַדֵּשׁ *& renovabimus*.

HITHPAEL הִתְחַדֵּשׁ, unde 3. p. f. f. FUT. תִּתְחַדֵּשׁ, Psal. 102. Heb. 103. v. 5. Lxx. ἀνακαινισθήσεται, Vulg. Lat. *renovabitur*. S. Hieron. *innovabitur* (juventus tua), ubi est enallage numeri pro תִּתְחַדֵּשְׁנָה *renovabuntur*; nam vox נְעוּרָיְכִי *juventutes tuæ*, ad quam verbum istud pertinet, est pluralis. Hinc nonnulli interpretantur in 2. p. f. m. *renovaberis juventute tua*.

חֹדֶשׁ m. Lxx. Sym. Theod. μὴν, Vulg. & alii, *mensis*. Lxx. item & Aq. νεομηνία, νουμηνία, Vulg. *neomenia*, seu *nova luna*.

Lxx. item, ἑορτὴ *festum*; quod neomenia, seu primus dies mensis esset dies festus, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 433. §. IV. καινότης *novitas*, *innovatio*, ταπείνωσις *humilitas*, *humiliatio* (menstrua in mulieribus), ἐρυσίβη *rubigo*, Ose. 5. v. 7. Ceterum & mensis, & nova luna uno eodem vocabulo apud Hebræos efferuntur, quod menses eorum à nova luna incipiant; & vice versa, principio mensium eorum luna renovetur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 427. c. 1. Cum præf. הַחֹדֶשׁ *mensis*, cum (-) pro (־) sub ה, quia daghésch excidit sine compensatione, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. 2. וְהַחֹדֶשׁ & *mensis*, בְּחֹדֶשׁ & בַּחֹדֶשׁ, *in mense*, וּבַחֹדֶשׁ & *in mense*, לְחֹדֶשׁ & לַחֹדֶשׁ, *mensi*, *mensis*, *in mensem*, וּמֵחֹדֶשׁ & *de mense*. Cum præf. & affix. חָדְשׁוֹ hhodhschó *mensis ejus*, m. בְּחָדְשׁוֹ behhodhschó *in mense ejus*, m. חָדְשָׁהּ hhodhschà *mensis ejus*, f. בְּחָדְשָׁהּ behhodhscháh *in mense ejus*, f. Plur. חֳדָשִׁים *menses*. Cum præf. הֶחֳדָשִׁים *novilunia*, cum (־) sub ה ob (־) sequens sub ה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Sic excluso ה articulo, וּבֶחֳדָשִׁים & *in noviluniis*, לֶחֳדָשִׁים *ad novilunia*, וְלֶחֳדָשִׁים & *ad novilunia*. Pro (־) sub ב & ל, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 2. 380. c. 1. Const. חָדְשֵׁי hhodhsché *menses*. Cum præf. לְחָדְשֵׁי lehhodhsché *ad menses*. Cum præf. & affix. חֳדָשָׁיו *menses ejus*, m. לֶחֳדָשָׁיו, excluso ה artic. *in mensibus ejus*, m. חָדְשֵׁיכֶם hhodhschechém *menses vestri*, m. R. חָדַשׁ in Piel *innovavit*. Vide supra.

חֹדֶשׁ Mass. *Hhódhesch*, Vulg. *Hódes*, nomen proprium uxoris Saharaim, 1. Paral. 8. v. 9. Etym. *mensis*, *novilunium*; ab חֹדֶשׁ idem. Vel *novitas*; ab חָדַשׁ in Piel *innovavit*.

חֲדָשָׁה Mass. *Hhadaschá*, Vulg. *Hadassá*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 37. Etym. *mensis*, *novitas*, &c. Vide nomen præced.

חָדְשִׁי Mass. *Hhodhschí*, Vulg. *Hodsí* vel *Hadsí*, nomen proprium loci aut regionis in dimidia Tribu Manasse trans Jordanem, ut videtur, 2. Reg. 24. v. 6. Etym. *mensis*, *novitas*, &c. vide חֹדֶשׁ. Aliis est nomen appellativum, *novus*, *recens*, h. e. *noviter*

habitata, vel *acquisita* (terra). R. חָדַשׁ in Piel *innovavit*.

חֲדַת m. Chald. Esd. 6. v. 4. Lxx. Vatic. εἷς *unus*; referebant ad אֶחָד *unus*. Complut. καινὸς εἷς *novus unus*. Hic duæ versiones sunt, altera Lxx. altera alterius interpretis. Vulg. & alii, *novus*. Idem est atque Heb. חָדָשׁ, mutato ש in ת more Chaldæorum.

חֲוָא Chald. vide infra חֲוָה, col. 549.

חוֹב m. Ezech. 18. v. 7. Lxx. ὀφείλων *debens*. Vulg. & alii bene multi, *debitor*. Paraph. Chald. Qimhhi & R. Salomon, *debitum*. R. חוּב, vide vocem sequentem.

חוּב vel חִיב, QAL, Heb. & Chald. unde 2. p. pl. m. Praet. PIEL in forma perfect. & cum præfix. וְחִיַּבְתֶּם, Dan. 1. v. 10. Theod. καὶ καταδικάσητε & *condemnetis*. Vulg. & alii, *condemnabitis* (caput meum regi), h. e. debitorem, reum, efficietis me apud regem.

חוֹבָה Mass. *Hhobá*, Vulg. *Hobá*, nomen proprium loci ad lævam Damasci, Gen. 14. v. 15. Etym. *absconsio*, vel *debitum*; ab חָבָא in Niph. *absconditus est*, vel חוֹב *debitum*.

חוּג QAL, unde 3. p. s. m. Praet. חָג, Job. 26. v. 10. Lxx. ἐγύρωσε *in gyrum composuit*, *collegit*, *descripsit*. Mendose Ald. ἐγύμνωσε *nudavit*. Sym. περιέγραψε *circumscripsit*. Vulg. *circumdedit*. Alii, *circinavit*, h. e. circino descripsit.

חוּג m. Lxx. Aq. Theod. γῦρος, Vulg. & alii, *gyrus*, *circulus*, *ambitus*. Lxx. item, θρόνος *thronus*, Prov. 8. v. 27. Sym. περιγραφὴ *circumscriptio*. Vulg. item, *cardo*. Cum præf. וְחוּג & *circulus*, & *ambitus*. R. חוּג *in gyrum describere*.

חוּד QAL. Lxx. προβάλλω, Vulg. & alii, *propono*, ænigma videlicet; nam hoc verbum semper jungitur cum nomine conjugato חִידָה *ænigma*. Lxx. item, διηγοῦμαι *recenseo*, *enarro*. Alii, *ænigmatice loquor*.

Praet. 2. p. s. m. cum ה expresso in fine חַדְתָּה *proposuisti*.

Imper. 2. p. s. m. חוּד, & cum ה parag. חוּדָה, *propone*.

Fut. 1. p. f. c. cum ה parag. אֲחַוֶּה *proponam*.

חוה QAL, unde PIEL חִוָּה, Lxx. Sym. ἀναγγέλλω *annuntio, renuntio*. Lxx. item, διδάσκω, Vulg. *doceo*, ὑπολαμβάνω *suscipio, respondeo, sermonem excipio*. Vulg. item & alii, *indico, ostendo*.

Infin. cum præfix. מֵחַוֹּת *ab indicando, indicare*.

Fut. 3. p. f. m. יְחַוֶּה *indicabit, indicat*. 1. p. f. c. cum præf. אֲחַוֶּה *indicabo*. Cum præf. & aff. אֲחַוְּךָ *indicabo tibi*, m. אֲחַוְּךָ & *indicabo tibi*, m. Job. 36. v. 2. ubi est (ּ) loco (ׂ) sub (ו) ob pausam; & affixum notatur cum daghesch ad compensandum נ epentheticum abjectum, est enim pro אֲחַוֶּנְךָ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 368. c. 2. initio.

חוה aut חֲוָא, Chald. PEAL, unde PAEL חַוֵּי, חַוָּא, aut חַוֵּא, aut חַוִּי, aut חַוָּה, Theod. ἀναγγέλλω *renuntio, annuntio*, γνωρίζω *notum*, Vulg. *manifestum facio*. Vulg. item & alii, *narro, indico*, ut in Heb.

Fut. 3. p. f. m. cum aff. יְחַוִּנַּהּ *indicabit eam*, יְחַוִּנַּנִי *indicaverit mihi*, c. 1. p. f. c. אֲחַוֵּא *indicabo*. 1. p. pl. c. נְחַוֵּא *indicabimus*.

APHEL אַחֲוִי aut אַחֲוָא, Theod. ἀναγγέλλω *renuntio*, γνωρίζω *notum facio*. Vulg. & alii, *indico*, &c. ut in Pael.

Infin. cum præf. & ה ab initio pro א, לְהַחֲוָיָה *ad indicandum, indicare*. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 610. c. 2.

Imper. 2. p. pl. m. cum aff. & ה ab initio pro א, הַחֲוֹנִי *indicate mihi*, c. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 616. c. 2. fin.

Fut. 3. p. f. m. servata characteristica ה pro א, יְהַחֲוֵה *indicabit*. Sic 2. p. plur. m. תְּהַחֲוֺן *indicabitis*. Vide Gram. Chald. t. 2. p. 610. c. 2. fin. Cum aff. תְּהַחֲוֻנַּנִי *indicabitis mihi*, c. 1. p. pl. c. נְהַחֲוֵה *indicabimus*.

חַוָּה Mass. *Hhavvá*, Vulg. *Hevá*, nomen proprium uxoris Adam, Gen. 3. v. 20. Etym. *vivens, viva*; ab חָיָה *vixit*, mutato (י) in (ו). Sic autem ab Adamo vocata est Heva, quod futura *esset mater cunctorum viventium*. Vide Gen. ibid.

חוֹזָי in pausa, Mass. *Hhozái*, Vulg. *Hozái*, nomen proprium Prophetæ, 2. Paral. 33.

v. 19. Etym. *videns*; ab חָזָה *vidit*. Lxx. ὁρώντες *videntes*; appellative acceperunt.

חוֹחַ m. Lxx. Theod. ἄκανθα, Lxx. item, ἄχαν, Sym. ἄκανθος, Vulg. & alii, *spina, carduus, tribulus*. Lxx. item, κνίδη *urtica*, μάνδρα *caula*, δεσμὸς *vinculum*, ψέλλιον, Job. 40. v. 21. ubi Vulg. *armilla*, Theod. ibid. χαλινὸς *frænum*. Alii, *hamus, uncus piscatorius*. Vulg. item, *lappa, paliurus*. Alii item, *spinetum, vepretum*. Cum præf. הַחוֹחַ *spina*, 2. Paral. 25. v. 18. ubi Lxx. vocem Hebraïcam retinuerunt, ὁ ἀχουχ, ms. Alex. ὁ ἀχὸχ; legebant הַחֹחַ; vel ἀχὸχ mendum est pro ἀχώχ; חוֹחַ & *spina*, וּבַחוֹחַ *aut cum spina*. Plur. cum præf. חוֹחִים *spinæ*, בַּחוֹחִים, 2. Paral. 33. v. 11. Lxx. ἐν δεσμοῖς *in vinculis*. Alii, *in spinetis, in vepribus*. Vulg. hîc paraphrastam agit. וּבַחֲוָחִים, 1. Reg. 13. v. 6. quasi ab חָוָח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 62. c. 2. Lxx. καὶ ἐν ταῖς μάνδραις & *in caulis*, & *in speluncis*, quo postremo sensu μάνδρα usurpatur apud Theocrit. Idil. 5. Vulg. *in abditis*. Alii, *in spinetis, in vepretis*. R. חוח inusit.

חוט, vel חִיט, PEAL, Chald. unde APHEL אַחִיט, vel אַחִיט, ex quo 3. p. plur. m. Fut. in forma Hebraica, vide Gram. Chald. t. 2. p. 605. c. 2. init. יַחִיטוּ, Esd. 4. v. 12. Lxx. ἀνύψωσαν *erexerunt, erigunt*. Vulg. *componentes* (sunt), h. e. componunt. Alii, *delineant*. Ad verbum, *consuunt*; nam hoc verbum Chaldæis, Rabbinis, & etiam olim Hebræis, ut ex nomine derivato liquet, *consuere* significat.

חוּט m. Lxx. σπαρτίον, Sym. ῥάμμα, Vulg. & alii, *filum, funiculus, vitta*. Lxx. item & Aq. ῥάμμα *sutura, filum*. Lxx. item, περίμετρον, 3. Reg. 7. v. 15. *mensura, funiculus mensorius*, Vulg. *linea*. Sym. item, κρόκη *subtegmen*. Cum præf. וְחוּט & הַחוּט, & *filum*, כְּחוּט & בְּחוּט, *sicut filum*, מִחוּט, dagh. excidente sine compensatione pro מִחוּט, *à filo*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 2. circa finem, R. חוּט *consuere*.

חִוִּי Mass. *Hhivví*, Vulg. *Hevæus*, nomen proprium filii Chanaan, Gen. 10. v. 17. Etym. *vita mea*; ab חָיָה *vixit*, & affix. 1. p. f. c.

חוילה Mass. *Hhavilá*, Vulg. *Hevilá* & *Hevilath*, nom. proprium 1°. regionis, quam nonnulli Colchidem esse arbitrantur, Gen. 2. v. 11. 2°. solitudinis seu regionis Arabiæ petrææ, quam incolebant Amalecitæ, Gen. 25. v. 18. 1. Reg. 15. v. 7. 3°. filii Chus, Gen. 10. v. 7. 4°. filii Jectan, ibid. v. 29. Etym. *dolens* vel *parturiens*; ab חול *dolere*, *parturire*. Vel *indicans*, *annuntians ei*, f. ab חוה in Piel *indicavit*, *annuntiavit*, & לה *ei*, f.

חול m. Lxx. Aq. Theod. ἄμμος, Vulg. & alii, *arena*. Lxx. item, παράλιος *maritimus*, στέλεχος φοίνικος *truncus palmæ*, Job. 29. v. 18. ubi Vulg. *palma*, Hebræi quidam, *phœnix*, avis. Cum præf. הַחוֹל *arena*, בַּחוֹל *in arena*, וּבַחוֹל & וְכַחוֹל, *&* כַּחוֹל & כְּחוֹל, *sicut arena*, מֵחוֹל *præ arena*. R. חול *dolere*, unde *arena*, inquiunt, quod ambulantibus dolorem & molestiam afferat.

חול QAL. Lxx. ὠδίνω vel ὠδινάω, Vulg. & alii, *pario*, proprie cum dolore; ὠδίνας ἔχω *dolores habeo*, *doleo*, πονέω *laboro*, ἀσθενέω *infirmus sum*, ταράσσομαι *turbor*, σαλεύομαι *concitor*, *commoveor* metu aut timore; tuncque construitur cum מִן, ut alia Verba metus; στρέφομαι *convertor*, *convolvor*; ἄρχομαι *incipio*, ἥκω *venio*, καταντάω *occurro*. Alii item, *permaneo*, *resideo*, eoque sensu construitur cum עַל vel בְּ; *cum cruciatu & dolore ingruo*, *cado*, *recido*, *anxie exspecto*. Ideo Verbi hujus tam varia est significatio, quod affinitatem habeat cum חָלָה *ægrotavit*, חָלַל *vulneratus*, *sauciatus est*, יָחַל *exspectavit*, quorum etiam Verborum formas interdum assumit.

Praet. 3. p. f. f. חָלָה *parit*, *dolet*. Cum præfix. וְחָלָה *& residebit*, cum accentu in ult. ob (ו) præpositum, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 310. c. 1. 1. p. f. c. חַלְתִּי *parturivi*. 3. p. pl. c. חָלוּ *doluerunt*, *manserunt*. Cum præf. וְחָלוּ *& dolebunt*, cum accentu in ult. ob (ו) præpositum. Vide Gram. ibid. 1. p. pl. c. חַלְנוּ *doluimus*.

Infin. חוּל *dolendo*, *parturiendo*.

Imper. 2. p. f. f. חוּלִי *dole*, *commoveare*, *commovetor tu*.

Fut. 3. p. f. m. יָחוּל *permanebit*. 3. p. f. f. תָּחִיל *dolebit*. Cum præf. & ex forma hhólem, וַתָּחֹל *& doluit*, *& conturbata est*. 3. p. pl. m. cum (י) euphonico pro (ו), יָחִילוּ *permanebunt*.

POEL חוֹלֵל vel חֹלֵל, Lxx. πλάσσω *formo*, *fingo*, καταρτίζω *coapto*, ἐξεγείρω, συσσείω *excito*, *concito*, διαρρήγνυμι *disrumpo*, κατατομέω *exscindo*, &c. Aq. ὠδινάω *pario*, & transitive, *parere facio*. Alii item, *vulnero*, *dolore afficio*, *sollicite exspecto*.

Praet. 3. p. f. m. חוֹלֵל *parturire facit*. 3. p. f. f. חוֹלְלָה *formavit*.

Ben. f. m. מְחוֹלֵל *formans*, *dolore afficiens*. Cum aff. & in pausa; quare posterius ל afficitur (ֶ) pro (ֵ), מְחוֹלְלֶךָ *formator tuus*, m. Fem. ex forma ת præcedente duplici (ֶ), מְחוֹלֶלֶת *vulnerans*, *dolore afficiens*, *formans*.

חָלָל m. Lxx. Aq. & alius, τραυματίας, Lxx. item, τετρωμένος, τετραυματισμένος, *vulneratus*, *ſauciatus*, *confoſſus*. Aq. item & Sym. ἀνῃρημένος, Vulg. *interfectus*. Lxx. item, βέβηλος *profanus*, βεβηλωμένος *profanatus*, *pollutus*, νεκρὸς, τεθνεὼς, *mortuus*, νήπιος *infans*. Et ſubſtantive, τραῦμα *vulnus*, σκῦλον *ſpolia*, τροπὴ *fuga*. Cum præf. הֶחָלָל *confoſſus*, *vulneratus*, cum (-) pro (-) ſub ה ob (-) ſequens ſub ה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Sic excluſo ה articulo, בֶּחָלָל *in confoſſo*, כֶּחָלָל *ſicut confoſſus*. Vide eand. Gram. ibid. p. 376. c. 2. 380. c. 1. Conſt. & cum præf. בַּחֲלַל *in confoſſo*. Fem. cum præf. וַחֲלָלָה *& profana*, *& polluta*, Vulg. *& ſordida*, *& vile proſtibulum*. Plur. m. חֲלָלִים, & cum præfix. הַחֲלָלִים, *confoſſi*. Conſt. חַלְלֵי *confoſſi*. Cum præfix. מֵחַלְלֵי *præ confoſſis*. Cum præf. & aff. חֲלָלָיו *confoſſi ejus*, m. חֲלָלֶיהָ *confoſſi ejus*, f. חֲלָלַיִךְ *confoſſi tui*, m. חֲלָלֶיךָ *confoſſi tui*, f. חַלְלֵיהֶם *confoſſi eorum*, וַחֲלָלֵיהֶם *& confoſſi eorum*, חַלְלֵיכֶם *confoſſi veſtri*, m. חֲלָלֵינוּ *confoſſi noſtri*, c. R. חָלַל *vulneratus*, *ſauciatus*, *confoſſus*, *profanatus eſt*.

חֲלִלָה vide חָלִילָה, ſupra col. 595.

חָלַם QAL, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐνυπνιάζομαι, Vulg. & alii, *ſomnio*. Lxx. item, ἐνύπνιον εἶδω, ὁράω, *ſomnium video*, παρακαλέομαι *conſolor*, ἀπορρήγνυμι *abrumpo*, *ſeparo me*. Et ſubſtantive, ὕπνος *ſomnus*, ἐνύπνιον *ſomnium*. Alii item, *convaleſco*, *revaleſco*, *augeſco*, *pingueſco*, ex dialecto Chaldaica.

Praet. 3. p. ſ. m. חָלַם *ſomniavit*. 2. p. ſ. m. in pauſa; quare ל afficitur (-) loco (-), חָלָמְתָּ *ſomniaſti*. 1. p. ſ. c. חָלַמְתִּי & in pauſa חָלָמְתִּי, *ſomniavi*. 1. p. pl. c. חָלַמְנוּ & in pauſa חָלָמְנוּ, *ſomniavimus*.

Ben. ſ. m. חֹלֵם *ſomnians*. Plur. m. cum præf. כְּחֹלְמִים *ſicut ſomniantes*.

Fut. 3. p. ſ. m. יַחֲלֹם *ſomniabit*. Cum præf. וַיַּחֲלֹם *& ſomniavit*. 3. p. pl. m. יַחְלְמוּ, Job. 39. v. 4. Lxx. aut potius Theod. nam hic verſus ab eo deſumtus eſt, ἀπορρήξουσι *abrumpent*, vel *abrumpunt ſe*. Vulg. *ſeparantur*. Alii, *convaleſcunt*, *roborantur*. Cum ן parag. & in pauſa, יַחֲלֹמוּן *ſomniabunt*. Cum præf. וַיַּחַלְמוּ *& ſomniarunt* 1. p. pl. c. cum præf. & ה parag. וַנַּחַלְמָה *& ſomniavimus*.

HIPHIL הֶחֱלִים, Lxx. ἐνυπνιάζομαι, Vulg. *somnio*. Et in alia significatione, παρακαλέομαι *consolor*. Vulg. *corripio*. Alii, *somniare facio*, *somniari curo*, *convalescere*, *revalescere facio*, *sano*.

Ben. pl. m. cum (ֺ) pro (ִי) sub ל accelerandæ pronuntiationis gratia, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 184. c. 2. מַחְלְמִים pro מַחֲלִימִים, *somniantes*, vel *somniare facientes* (estis), h. e. somniatis, Jerem. 29. v. 8.

Fut. 2. p. s. m. cum præf. & aff. וְתַחֲלִימֵנִי *& revalescere*, *& convalescere facies me*, c. *& sanabis me*, c.

חֲלוֹם vide חֲלוֹם, supra col. 592.

חֵלֶם, emphat. חֶלְמָא & חֶלְמָה, m. Chald. Theod. ἐνύπνιον, Vulg. & alii, *somnium*. Cum præf. וְחֶלְמָא *& somnium*. Cum affix. חֶלְמָךְ *somnium tuum*, m. חֶלְמִי *somnium meum*, c. Plur. חֶלְמִין *somnia*. R. חלם *somniavit*.

חֵלֶם Mass. *Hhélem*, Vulg. *Helem*, nomen proprium viri è captivitate Babylonica reducis, Zach. 6. v. 14. Etym. *somnians* aut *sanans*; ab חלם *somniavit*, & in Hiphil *curavit*, *sanavit*. Vel *exspectatio*, aut *dolor eorum*; ab חוּל *dolere*, *exspectare*, & affix. 3. p. pl. m.

חֶלְמָא, & cum ה in fine pro א,

חֶלְמָה, vide supra in חֵלֶם.

חַלָּמוּת f. Job. 6. v. 6. *vitellus*, sic plerique omnes cum Judæi tum Christiani interpretes & Grammatici. Lxx. κατὰ κενά, *vacua*; legebant חֲלֹמוֹת *somnia*. Vulg. *quod mortem affert*; legebat הַלְמוֹת, cum ה articulo, aut pronomine relativo, ל præpositione *ad*, & מוֹת *mori*, *mors*; ad verbum, *quod est ad mortem*.

חַלָּמִישׁ m. Lxx. Aq. στερεὸς *firmus*, *durus*, *solidus*. Lxx. item, ἀκρότομος *in extremitate sectus*. Jungitur tantum cum *petra*, *saxo*, &c. Vulg. & alii substantive, *rupes*, *petra*, *saxum*, *silex*. Videtur esse vox synonyma cum *saxo*, ad maximam ejus duritiem exprimendam adhibita. Quare interdum à Vulg. redditur *durissimus*, *a*, *um*, *petra durissima*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 485. can. III. Cum præf. בַּחַלָּמִישׁ *in silicem*, כְּחַלָּמִישׁ *sicut silex*, מֵחַלָּמִישׁ *è silice*, R. חלמש inusit.

חַלּוֹן vide חַלּוֹן, supra col. 592.

חֵלֹן Mass. *Hhelón*, Vulg. *Helón*, nomen proprium patris Eliab, principis Tribus Zabulon, Num. 1. v. 9. c. 2. v. 7. c. 10. v. 16. Etym. *fenestra*; ab חַלּוֹן vel חַלֹּן, idem. Vel *dolor*, *infirmitas*; ab חוּל *dolere*, *infirmari*. Vel denique *profanatio*; ab חלל in Niphal *profanatus est*.

חֹלֹן vel חוֹלוֹן, Mass. *Hholón*, Vulg. *Holón* & *Olón*, nomen proprium civitatis confugii in Tribu Juda Levitis datæ, Jos. 15. v. 51. c. 21. v. 15. &c. Etym. ac eadem vocis præcedentis.

חָלַף Heb. & Chald. QAL. Lxx. Sym. Theod. ἀλλάσσομαι, Theod. item, ἀλλοιόομαι, *mutor*. Sym. Theod. item, διελαύνω *trajicio*. Lxx. item, ἀπέρχομαι *abeo*, διέρχομαι *transeo*, ἐπέρχομαι *supervenio*, παρέρχομαι *prætereo*, ἀφαιρέω *aufero*, καταχώννυμι *abscondo*, καταστρέφω *subverto*, μεταβάλλω *transmuto*, τιτρώσκομαι *vulneror*.

Praet. 3. p. s. m. חָלַף *transiit*, *pertransiit*. Cum præf. וְחָלַף & in pausa וְחָלָף, *& pertransiit*, *& pertransibit*. 3. p. s. f. cum præf. וְחָלְפָה *& pertransivit*, *& trajecit*, *& perforavit*. 2. p. s. m. וְחָלַפְתָּ *& transibis*. 3. p. pl. c. חָלְפוּ *transeunt*, *transierunt*.

Infin. cum præf. לַחֲלֹף *ad transeundum*.

Fut. 3. p. s. m. יַחֲלֹף *transibit*. Cum præf. וַיַּחֲלֹף *& transit*. 3. p. s. f. cum affix. תַּחְלְפֵהוּ *pertransit*, *permeat*, *penetrat eum*. 3. p. pl. m. cum ן parag. יַחְלְפוּן *transibunt*, *præteribunt*. Cum præf. & in pausa ֹ, quare servatur hhólem, וְיַחֲלֹפוּ *& transibunt*.

PIEL חִלֵּף, unde 3. p. s. m. Fut. cum præf. וַיְחַלֵּף, 2. Reg. 12. v. 20. Lxx. καὶ ἤλλαξε, Vulg. & alii, *& mutavit*. Gen. 41. v. 14. iidem Lxx. καὶ ἤλλαξαν *& mutarunt*; mutato singulari numero in pluralem.

HIPHIL הֶחֱלִיף, Lxx. Aq. Sym. ἀλλάσσω, vel ἀλλάττω, Vulg. & alii, *muto*. Sym. item, εἱλίσσω, εἱλίττω, *volvo*. Lxx. item, παραλογίζομαι *decipio*, *fraudulenter muto*.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. & (ֺ) pro (ִי), וְהֶחֱלִף *& mutavit*.

Imper. 2. p. pl. m. cum præf. וְהַחֲלִיפוּ *& mutate*.

Fut. 3. p. s. m. יַחֲלִיף *mutabit se*, *innova-*

bitur, revirescet, pullulabit. Cum affix. יַחֲלִיפֶנּוּ *mutabit illud.* 3. p. f. f. תַּחֲלִיף *innovabit se, innovabitur, instaurabitur.* 3. p. pl. m. יַחֲלִיפוּ *mutabunt, innovabunt.* 1. p. pl. c. נַחֲלִיף *permutabimus.*

חֵלֶף adverbium aut potius substantivum fungens vices adverbii ope præpositionis ב subintellectæ. Lxx. ἀντὶ, Vulg. & alii, *pro, loco, vice, in commutationem.* R. חָלַף *mutavit, mutatus est.*

חֵלֶף Mass. *Hhéleph*, Vulg. *Héleph*, nomen propr. civitatis & termini Tribus Nephthali ad aquilonem, Jos. 19. v. 33. Etym. *mutatio, transitus, perforatio*; ab חָלַף *mutavit, transiit, perforavit, trajecit.*

חלץ QAL. Lxx. ἐκδύνω *exuo, nudo, extraho*, ἐκκλίνω *declino, recedo*, ἀπολύω *solvo*, ἀπολύομαι *solvor*, ἐνοπλίζομαι *armor.*

PRAET. 3. p. f. m. חָלַץ *eruit, substraxit se, recessit.* 3. p. f. f. cum præf. וְחָלְצָה *& solvet, & extrahet.* 3. p. pl. c. חָלְצוּ *nudaverunt, extraxerunt, extrahunt.*

PAOUL f. m. חָלוּץ, Lxx. ὁπλίτης *armatus*, εὔζωνος *accinctus, expeditus*, μάχιμος, πολεμιστὴς, *bellator*, δυνατὸς *potens.* Aq. ἐξωμος *expeditus, armatus*, ad verbum, *nudatus humeris*, seu *exsertis humeris*, ἐξῃρημένος *electus, selectus* (ad prælium). Lxx. item substantive, δύναμις *exercitus.* Cum præf. הֶחָלוּץ *expeditus, armatus*, cum (ֶ) pro (ַ) sub ה ob aliud (ָ) sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Sic וְחָלוּץ *& expeditus.* Const. חֲלוּץ *expeditus, extractus.* Plur. m. חֲלוּצִים *expediti, extracti.* Const. חֲלוּצֵי, & cum (ֻ) pro (וּ), חֲלֻצֵי, *expediti.*

FUT. 2. p. f. m. תַּחֲלֹץ *extrahes.*

NIPHAL, נֶחֱלַץ. Lxx. ἐκδύνω *emergo, exeo*, ἐνοπλίζομαι, ἐξοπλίζομαι, *armor*, ῥύομαι *liberor, eripior.*

PRAET. 3. p. f. m. in pausa; quare (ֶ) mutatur in (ָ), נֶחֱלָץ *eruitur, liberatur, emergit.*

IMPER. 2. p. pl. m. הֵחָלְצוּ *expediti, armati estote*, vel *expeditos, armatos habete.*

FUT. 3. p. pl. m. in pausa; quare retinetur (ֶ) primariæ vocis, יֵחָלֵצוּ, & cum ן parag. יֵחָלְצוּן, *eruentur, liberentur.* 2. p. pl. m. תֵּחָלְצוּ *expediti eritis.* 1. p. pl. c. נֵחָלֵץ *expediti, armati erimus.*

PIEL חִלֵּץ, Lxx. ἐξαιρέω, ῥύω, ῥύομαι, *eruo, eripio, libero*, ἐξέρχομαι *egredior, egredi facio, extraho*, ἀποτέμνω *decido.* Aq. ἀρπάζω *diripio.*

PRAET. 3. p. f. m. חִלֵּץ *eruit.* 2. p. f. m. חִלַּצְתָּ *eripuisti.* 3. p. pl. c. cum præf. וְחִלְּצוּ *& eruant, & extrahant.*

IMPER. 2. p. f. m. cum ה parag. חַלְּצָה *eripe.* Cum præf. & aff. חַלְּצֵנִי *eripe me*, c. וְחַלְּצֵנִי *& eripe me*, c.

FUT. 3. p. f. m. יְחַלֵּץ *eripiet.* Cum affix. יְחַלְּצֵנִי *liberabit me*, c. Cum præf. & affix. וִיחַלְּצֵם *& eripiet eos.* 1. p. f. c. cum præf. & ה paragog. וָאֲחַלְּצָה *& eripui, imo liberavi.* Cum aff. אֲחַלְּצֵהוּ *eripiam eum*, אֲחַלֶּצְךָ, *eripiam te*, m. Cum præf. & aff. וָאֲחַלֶּצְךָ *& eripui te*, m.

HIPHIL הֶחֱלִיץ, unde 3. p. f. m. FUT. יַחֲלִיץ, Isai. 58. v. 11. Lxx. πιανθήσεται *impinguabitur*, seu *impinguabuntur, pinguescent* (ossa tua). Vulg. *liberabit.* Alii, *expedita reddet* (ossa tua).

חֶלֶץ & in pausa חָלֶץ, Mass. *Hhélets* & *Hhálets*, Vulg. *Héles* & *Helles*, nomen propr. filii Azariæ filii Jehu filii Obed, 1. Reg. 23. v. 26. 1. Paral. 2. v. 39. c. 11. v. 27. c. 27. v. 10. Etym. *armatus, liberatus, nudatus*; ab חָלַץ *armatus, liberatus est*, &c.

חֲלָצַיִם dual. m. à singul. inusit. חֶלֶץ, Lxx. Sym. ὀσφὺς, Vulg. & alii, *lumbus, lumbi.* Lxx. item, πλευρὰ vel πλευρὸν, *latus*, ὦμος *humerus.* Cum præf. & aff. חֲלָצָיו, & sine (י) indice plur. numeri חֲלָצָו *lumbi ejus*, m. חֲלָצֶיךָ *lumbi tui*, m. מֵחֲלָצֶיךָ *è lumbis tuis*, m. Rad. חָלַץ *armatus, expeditus est*, unde חֲלָצַיִם *lumbi*, quod circa eos ad prælium accingerentur milites.

חלק QAL. Lxx. μερίζω, Aq. Sym. Theod. μερίζομαι, Lxx. item, διαμερίζω, διαμερίζομαι, σπείρω, διαιρέω (Sym. ῥέω), Vulg. & alii, *partior, divido, dividor, tribuo, distribuo.* Lxx. item, διαιρέω *discerno*, κατακληρονομέω *possidendum trado*, κατέχω *detineo*, λαμβάνω *accipio*, &c. Aq. Sym. Theod. item, διακοσμέω *distribuo, ordino.* Alii item, *lubricus, mollis sum, emollior.*

PRAET. 3. p. f. m. חִלֵּק *divisit, impertivit.* 3. p. pl. c. חִלְּקוּ *diviserunt, mollia sunt.*

BEN. f. m. חוֹלֵק *dividens.*

INFIN. cum præf. לַחֲלֹק *distribuere.*

IMPER. 2. p. pl. m. חִלְקוּ *dividite.*

FUT. 3. p. f. m. יַחֲלֹק *dividet, partietur.* 2. p. f. m. cum præf. & aff. וַתַּחְלְקֵם *& partitus es ea* (regna). 3. p. pl. m. in pausa; quare servatur hhólem, יַחֲלֹקוּ *partientur.* Cum præf. וַיַּחְלְקוּ *& partiti sunt.* Cum præf. & affix. וַיַּחְלְקוּם *& diviserunt, & distribuerunt eos.* 2. p. pl. m. תַּחְלְקוּ *partiamini, dividite.*

NIPHAL נֶחֱלַק, Lxx. μερίζομαι, Vulg. & alii, *dividor*, διαιρέω *incido, irruo.*

FUT. 3. p. f. m. יֵחָלֵק, & retracto accentu ob concursum יֵחָלֶק, *dividetur.* Cum præf. וַיֵּחָלֵק *& distribuit se, & divisis copiis irruit.* 3. p. f. f. תֵּחָלֵק *dividetur, dividitur.*

PIEL חִלֵּק, Lxx. διαιρέω, καταδιαιρέομαι, δίδωμι, Aq. Sym. μερίζω, μερίζομαι, Sym. item, διανέμω, Vulg. & alii, *divido, distribuo.* Lxx. item, ἔχω *habeo*, διασώζω *servo, conservo.*

PRAET. 3. p. f. m. cum aff. חִלְּקָם, Vulg. *divisit eos*, Thren. 4. v. 16. ubi Lxx. μερὶς αὐτῶν *pars eorum*; legebant חֶלְקָם, ab חֵלֶק *pars, portio.* 3. p. f. f. cum aff. חִלְּקַתָּה, Isai. 34. v. 17. contracte pro חִלְּקָתְהָ, *distribuit, divisit eam* (sortem). 2. p. f. m. cum præf. & aff. וְחִלַּקְתָּם *& divides eos.* 3. p. pl. c. in pausa; quare retinetur (-), חִלֵּקוּ *diviserunt, partiti sunt.* 2. p. pl. m. cum præf. וְחִלַּקְתֶּם *& dividetis.*

INFIN. cum præf. מֵחַלֵּק *à dividendo, dividere.*

IMPER. 2. p. f. m. חַלֵּק *divide.*

FUT. 3. p. f. m. יְחַלֵּק *dividet.* Cum præf. וַיְחַלֵּק, & sequente Maqqáph וַיְחַלֶּק־, *& divisit.* Cum præf. & aff. וַיְחַלְּקֵם *& divisit eos*, 1. Paral. 23. v. 6. c. 24. v. 3. ubi in libris etiam accuratissimis legitur וַיֶּחָלְקֵם in futuro Niphal. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 360. c. 1. 3. p. f. f. תְּחַלֵּק *dividet.* 1. p. f. c. אֲחַלֵּק, sequente Maqqaph אֲחַלֶּק־, & cum ה parag. אֲחַלְּקָה, *dividam.* Cum aff. אֲחַלְּקֵם *dividam eos.* 3. p. pl. m. יְחַלְּקוּ *divident.* Cum præf. וַיְחַלְּקוּ *& diviserunt.*

PUAL חֻלַּק, Lxx. καταμερίζομαι *dividor*, παραδίδομαι *trador.* Sym. active, διανέμω *divido*, Isai. 33. v. 23. ubi legebat חִלֵּק. Vel sensum, non verbum, expressit.

PRAET. 3. p. f. m. חֻלַּק *divisum est, divisa sunt* (spolia). Cum præfix. וְחֻלַּק *& dividetur.*

FUT. 3. p. f. f. in pausa; quare (-) mutatur in (-), תְּחֻלָּק *dividetur.*

HIPHIL הֶחֱלִיק, Lxx. Jerem. 37. v. 11. al. 12. ἀγοράζω *concionor, sermonem habeo*, q. d. sermonem aliis divido. Et in alia significatione iidem Lxx. δολιόω, δολόω, *dolose ago.* Aq. λειόω *lævigo, lævem reddo.* Sym. ἐξολισθαίνω *labor, delabor.* Alii, *mollio, emollio, blandior.*

PRAET. 3. p. f. m. הֶחֱלִיק *blanditur.* 3. p. f. f. הֶחֱלִיקָה *emollit* (sermones suos), Prov. 2. v. 16. ubi Sym. *cujus sermones* ὀλισθηροὶ *lubrici* (sunt).

BEN. f. m. מַחֲלִיק *blandiens, emolliens.* Cum præf. מִמַּחֲלִיק *præ blandiente.*

INFIN. cum præf. לַחֲלֹק cum (·) pro (·), Jerem. 37. v. 11. al. 12. Lxx. τοῦ ἀγοράσαι *ut sermonem haberet, ut concionaretur, ut sermonem divideret* populo suo. Vulg. & Chald. *ut divideret possessionem.* Alii, *ut blande & sensim elaberetur.*

FUT. 3. p. pl. m. cum ן paragog. יַחֲלִיקוּן *blandiuntur.*

HITHPAEL הִתְחַלֵּק, unde 2. p. pl. m. IMPER. cum præf. וְהִתְחַלְּקוּ, Jos. 18. v. 5. Vulg. *& dividite.* Alii, *& divident* in Præt.

חָלָק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. λεῖος *lævis, glaber, mollis, blandus.* Sym. item, λειότερος, sequente præpositione מִן, *lævior, blandior.* Lxx. item, ἄστεγος *non tectus, patens, apertus*, καιρὸς *tempus opportunum, occasio*, πρὸς χάριν *ad gratiam*, i. e. gratiosus. Cum præf. הֶחָלָק *glaber*, cum (·) pro (·) sub ה ob aliud (·) sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Aq. Jos. 11. v. 17. μεμερισμένος *divisus.* חָלָק *& mollior, & mollius.* R. חלק in Hiphil *emollivit.*

חֲלָק m. Chald. Lxx. Theod. μερὶς, μέρος, Vulg. & alii, *pars, portio.* Cum aff. חֲלָקֵהּ *pars ejus*, m. R. חלק *divisit, partitus est.*

חֵלֶק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. μέρος, Lxx. Sym. Theod. item, μερὶς, Vulg. & alii, *pars, portio*. Lxx. item, μερισμὸς *divisio*, κληρονομία *hæreditas*, κλῆρος *sors*, βρόχος *laqueus*, Prov. 7. v. 21. ubi Vulg. *blanditiæ*. Et Verbaliter, μερίζω, διαμερίζω, *divido*. Cum præf. בְּחֵלֶק *pars*, חֵלֶק & *pars*, בְּחֵלֶק *in parte, cum blanditiis*, כְּחֵלֶק *secundum partem*, וּכְחֵלֶק & *secundum partem*, לְחֵלֶק *ad blanditiem*. Cum præt. & aff. חֶלְקוֹ *pars ejus*, m. חֶלְקְךָ & in pausa חֶלְקֶךָ, *pars tua*, m. חֶלְקֵךְ *pars tua*, f. חֶלְקִי *pars mea*, c. וְחֶלְקִי & *pars mea*, c. חֶלְקָם *pars eorum*. Plur. חֲלָקִים, & cum præf. הַחֲלָקִים, *partes*. Cum affix. חֶלְקֵיהֶם *partes eorum*. R. חָלַק *divisit, partitus, blanditus est*.

חֵלֶק Maſſ. *Hhéleq*, Vulg. *Hélec*, nomen proprium filii Galaad filii Machir filii Manaſſe filii Joſeph, Num. 26. v. 30. Etym. *pars, portio, lævitas*. Vide vocem præced.

חֶלְקָה f. Lxx. μερὶς *pars*. Aq. Sym. κλῆρος *sors, hæreditas*. Lxx. item, ὀλίσθημα (Sym. ὀλισθος) *lapſus, lubricitas*, διαβολὴ *calumnia*, πλάνησις *error*, δολιότης *dolus*. Adjective, δόλιος *doloſus*, γυμνὸς *nudus*. Et Verbal. μερίζω *divido*. Alii item, *lævitas, glabrities, blanditiæ*. Cum præfix. הַחֶלְקָה *pars*, וְחֶלְקָה & *pars*, בַּחֶלְקָה *in parte*. Conſt. חֶלְקַת *pars, portio, glabrities, Lævitas*. Cum præf. בְּחֶלְקַת *in parte*, מֵחֶלְקַת *à blanditiis*. Cum aff. חֶלְקָתִי *pars, portio mea*, c. חֶלְקָתָם *pars eorum*. Plur. חֲלָקוֹת *blanditiæ, doli*. Cum præf. בַּחֲלָקוֹת, & cum (-) & dagh. per legem æquivalentiæ pro (·) ſub ל, בַּחֲלַקּוֹת *in blanditiis, in dolis, in fraudibus*. R. חָלַק *divisit, partitus, blanditus eſt*.

חֲלֻקָּה f. unde conſt. & cum præf. וַחֲלֻקַּת, 2. Paral. 35. v. 5. Lxx. καὶ μερὶς & *pars*, & *diviſio*, & *partitio*. Rad. חָלַק *diviſit, partitus eſt*.

חֶלְקִי Maſſ. *Hhelqí*, Vulg. *Helecitæ*, Num. 26. v. 30. nom. proprium familiæ חֵלֶק *Hhéleq* vel *Hélec*, quem vide ſupra cum ejus etymologia.

חֶלְקָי Maſſ. *Hhelqái*, Vulg. *Helci*, nom. proprium Sacerdotis, qui cum Zorobabele Jeroſolymam aſcendit, Nehem. 12. v. 15. Etym. *pars mea*; ex חֵלֶק *pars*, & aff. 1. p. ſ. c.

חִלְקִיָּה Maſſ. *Hhelqiiiá*, & cum ſyllabica adjectione

חִלְקִיָּהוּ Maſſ. *Hhelqiiiáhou*, Vulg. *Helciá*, & *Helciás*, nomen proprium 1°. patris Eliacim, 4. Reg. 18. v. 18. Iſai. 22. v. 20. 2°. ſummi Sacerdotis tempore Joſiæ, 4. Reg. 22. v. 4. 3°. alterius Sacerdotis qui cum Zotobabele aſcendit Jeroſolymam, Nehem. 12. v. 6. 4°. patris Jeremiæ, Jerem. 1. v. 1. Etym. *portio*, ſive *pars*, aut *lenitas Domini*; ex חֵלֶק *portio, pars, lenitas*, & יָהּ, aut יָהוּ, *Dominus*.

חַלָּקִים m. pl. unde conſt. cum præf. בְּחַלְּקֵי, Iſai. 57. v. 6. incertus ἐν μερίδι, Vulg. *in partibus*. Alii, *in lubricitatibus, in locis lubricis*. Vacat apud Lxx. Rad. חָלַק *diviſit, partitus eſt, lubricus fuit*.

חַלֻּקִים m. plur. unde conſt. חַלֻּקֵי אֲבָנִים, 1. Reg. 17. v. 40. Lxx. λείους λίθους *leves*, Vulg. *limpidiſſimi lapides*; ad verbum, *læves lapidum*, h. e. læves lapides. Hic ſtatus conſtructus ponitur pro ſtatu abſoluto חַלֻּקִים; vel quia ſubintelligitur præpoſitio מ *e, ex, de*, &c. quæ in cauſa eſt cur nomen præcedens interdum ſit conſtructum, vide Gram. Heb. t. 1. p. 124. c. 1. Vel חַלֻּקֵי nomen eſt ſubſtantivum non adjectivum, ſic: *levitates lapidum*, per hypallagen, pro: *lapides levitatum*, h. e. lapides læves. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 461. c. 1. p. 497. §. XIII. tom. 2. p. 23. c. 1. 2. R. חָלַק *levis, glaber fuit*.

חֲלַקְלַקּוֹת f. pl. Lxx. Theod. ὀλίσθημα, ὀλισθήματα, *lapſus*, proprie *lubricus*. Vulg. *lubricum, fraudulentia*. Alii, *lubricitates, blanditiæ*. Hinc cum præf. וַחֲלַקְלַקּוֹת & *lubricum*, & *lubricitates*, בַּחֲלַקְלַקּוֹת *in blanditiis*, Vulg. *in fraudulentia, fraudulenter*, כַּחֲלַקְלַקּוֹת *ſicut lubricum, ſicut lubricitates*. R. חָלַק *lubricus fuit*, &c.

חֶלְקַת Maſſ. *Hhelqáth*, Vulg. *Helcáth*, nomen proprium civitatis Leviticæ in Tribu Aſer, Joſ. 19. v. 25. c. 21. v. 31. Etym. *pars, portio*; ab חֶלְקָה idem.

חָלַשׁ QAL. Lxx. ἀποστέλλω *mitto*, οἴχομαι *abeo*, τρέπω, *verto, in fugam converto*. Vulg. *vulnero, fugo*. Alii item, *frango, debilito*; & paſſive, *debilitor, infirmor, ægroto*.

BEN.

Ben. f. m. חוֹלֵשׁ *debilitans*, *vulnerans*, *frangens*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. וַיַּחֲלֹשׁ & *debilitavit*, & *fugavit*. Et in alia forma ac in pausa, quare (-) mutatur in (ּ), וַיֶּחֱלַשׁ & *ægrotat*, & *infirmatur*.

חַלָּשׁ חלש m. unde cum præf. הַחַלָּשׁ, Joel. 3. al. 4. v. 10. Lxx. Aq. ὁ ἀδύνατος *impotens*, Vulg. *infirmus*. R. חָלַשׁ *infirmatus est*.

חָם חם m. Lxx. πενθερὸς, alius, ἑκυρὸς, Vulg. & alii, *socer*. Hinc cum aff. חָמִיהָ *socer ejus*, f. חָמִיךְ *socer tuus*, f. R. חָמָה inusit. cujus ה mutatur in (י) cum aff. vide Gram. Heb. t. 1. p. 91. c. 1. 2. p. 118. §. XXIII. in fine.

חָם חם Mass. *Hhám*, Vulg. *Chám*, nomen proprium filii Noe, Gen. 5. v. 32. Etym. *calor*, vel *calidus*; ab חָמַם *caluit*, *incaluit*.

חָם חם, unde in pausa חָם, m. Lxx. Aq. Sym. θερμὸς, Vulg. & alii, *calidus*. Plur. חַמִּים *calidi*. R. חָמַם *caluit*, *incaluit*.

חֹם חם m. Lxx. καῦμα, θερμασία, Vulg. & alii, *calor*, *æstus*, φῶς *lux*, *lumen*. Et adjective, θερμὸς *calidus*. Item Verbal. θερμαίνω *calefacio*, *calefio*. Cum præf. וְחֹם & *æstus*, בְּחֹם *in æstu*, כְּחֹם *secundum æstum*, *calorem*, לְחֹם *ad calorem*. Cum præf. & aff. בְּחֻמּוֹ *in æstu ejus*, m. בְּחֻמָּם *in æstu eorum*. R. חָמַם *caluit*, *incaluit*.

חֲמָא חמא & חֲמָא, m. Chald. Theod. θυμὸς, ὀργὴ, Vulg. & alii, *furor*, *ira*, *excandescentia*. Cum præf. וַחֲמָא & *ira*, & *furor*. Rad. יְחַם Heb. *incaluit ira*, vel *furore*.

חמא *furor*, vide in חֵמָה, infra col. 611.

חֶמְאָה חמאה, & sine א, חֵמָה, f. Lxx. Sym. βούτυρον, Vulg. & alii, *butyrum*. Aliis est *pinguedo lactis*, ex qua butyrum conficitur. Cum præf. וְחֶמְאָה & *butyrum*, בְּחֵמָה, Job. 29. v. 6. *in butyro*. Conſt. חֶמְאַת *butyrum*. R. חֲמָא vel חָמָה, inusit.

חמד חָמַד QAL. Lxx. Aq. Sym. ἐπιθυμέω, Sym. item, ποθέω, Vulg. & alii, *desidero*, *concupisco*. Lxx. item, ἐνθυμέομαι *cogito*, Jos. 7. v. 21. ubi forte scripserunt ἐπιθυμέομαι *concupisco*; δοκιμάζω *approbo*, *mihi placet*, νικάω *vinco*. Et subst. ἐπιθυμία *concupiscentia*, *desiderium*, κάλλος *pulchritudo*; pro חָמַד legebant חֶמֶד *desiderium*, &c. aut sensum, non verbum, expresserunt.

Praet. 3. p. f. m. חָמַד *desiderat*. 3. p. pl. c. חָמְדוּ *desiderant*. Cum præf. וְחָמְדוּ & *concupiscunt*. 2. p. pl. m. חֲמַדְתֶּם *desiderastis*.

Fut. 3. p. f. m. יַחְמֹד contracte pro יַחְמֹד, *concupiscet*. Sic 2. p. f. m. תַּחְמֹד *concupisces*. 1. p. f. c. ex forma יֶחְמַד cum præf. & affix. וָאֶחְמְדֵם & *concupivi ea*. 1. p. pl. c. itidem cum præf. & affix. ac ex eadem forma, וְנֶחְמְדֵהוּ & *desiderabimus*, & *desideravimus eum*.

NIPHAL נֶחְמַד, unde Ben. f. m. נֶחְמָד contracte pro נֶחְמָד, Lxx. ἐπιθυμητὸς *desiderabilis*, ὡραῖος *pulcher*. Sic cum præf. וְנֶחְמָד & *desiderabilis*. Plur. cum præfix. הַנֶּחֱמָדִים, Psal. 18. Heb. 19. v. 11. contracte pro הַנֶּחְמָדִים *desiderabilia*, seu *desiderabiliora*, ob ם sequens.

PIEL חִמֵּד, unde 1. p. f. c. Praet. חִמַּדְתִּי, Cant. 2. v. 3. Lxx. ἐπεθύμησα *desideravi*, Vulg. *desideraveram*.

חמד חָמֻד vide in חָמוּד, infra col. seq.

חמד חֶמֶד m. Lxx. ἐπιθύμημα *cupiditas*, *desiderium*, sic etiam alii. Lxx. item adjective, ἐπιθυμητὸς *desiderabilis*, ἐκλεκτὸς *electus*. R. חָמַד *concupivit*, *desideravit*.

חמדה חֶמְדָּה f. Lxx. ἐπιθυμία *concupiscentia*, *desiderium*, *cupiditas*, ἔπαινος *laus*. Et adjective, ἐπιθυμητὸς *desiderabilis*, *desideratus*, ἐκλεκτὸς *electus*. Cum præf. הַחֶמְדָּה *desiderium*. Conſt. חֶמְדַּת *desiderium*. Cum affix. חֶמְדָּתְךָ *desiderium tuum*, vel *tui*, f. חֶמְדָּתִי *desiderium meum*, c. חֶמְדָּתָם *desiderium eorum*. R. חָמַד *desideravit*, *concupivit*.

חמדה חֲמֻדָּה, unde pl. חֲמֻדוֹת, vide in חָמוּד, infra col. seq.

חמדן חֶמְדָּן Mass. *Hhemdán*, Vulg. *Hamdán*, nom. proprium filii Disan (Vulg. Dison) filii Seir Horrei, Gen. 36. v. 26. Is 1. Paral. 1. v. 41. dicitur חַמְרָן *Hhamrán*, Vulg. *Hamrán*, cum ר pro ד. Etym. *cupiditas earum*; ab חֶמֶד *cupiditas*, & aff. 3. p. pl. f. Vel *calor judicii*; ab חֹם *calor*, & דִּין *judicare*.

חמה חַמָּה f. Lxx. θέρμη, Vulg. & alii, *calor*, ἥλιος, Vulg. & alii, *sol*, sic dictus quod omnia calefaciat, φιμὸς *frænum*, *capistrum*, Job. 30. v. 28. ubi legisse videntur חָסֹם aut חֶסֶם hodie inusit. ab חָסַם *capistro constrinxit*, *capistravit*. Vulg. ibid. *furor*; legebat

חמה idem. Cum præf. בַּחַמָּה fol, כַּחַמָּה ficut fol. Cum præf. & affix. מֵחֻמּוֹ à calore ejus, m. R. חָמַם caluit, incaluit.

חמת f. unde cum præf. חֵמַת, Gen. 21. v. 14. Lxx. ἀσκὸς, Vulg. & alii, & uter, & lagena. R. חָמָה inusit. sed forma est ab חֵמֶת ob (-) retentum.

חמה, & cum א pro ה, חֵמָא, f. Lxx. Theod. θυμὸς, Vulg. & alii, furor, excandescentia. Aq. ὄχλος turba, tumultus. Lxx. item, ὀργὴ ira, ὁρμὴ impetus (iræ), ἐνθύμιον cogitatio, ἰὸς virus, venenum, ὄνειδος probrum. Et adjective, ἄκρατος merus, θυμώδης, ὀργίλος, iracundus. Et Verbaliter, θυμοῦμαι irascor. Alii item, uter, lagena; adeo ut idem sit cum חֵמֶת & חֵמָה, de quibus infra suo loco. Cum præf. הַחֵמָה furor, וְחֵמָה & וְהַחֵמָה, & furor, בְּחֵמָה, & cum א pro ה, בְּחֵמָא, in furore, וּבְחֵמָה & in furore. Const. & absol. חֲמַת furor, uter, lagena. Cum præf. וַחֲמַת & furor, בַּחֲמַת in furore, וּמֵחֲמַת & de furore, & de utre. Cum præf. & affix. חֲמָתוֹ furor ejus, m. וַחֲמָתוֹ & furor ejus, m. בַּחֲמָתוֹ in furore ejus, m. וּבַחֲמָתוֹ & in furore ejus, m. חֲמָתְךָ & in pausa חֲמָתֶךָ, furor, uter tuus, m. וַחֲמָתְךָ & furor tuus, m. בַּחֲמָתְךָ in furore tuo, m. וּבַחֲמָתְךָ & in furore tuo, m. חֲמָתִי furor meus, c. בַּחֲמָתִי in furore meo, c. וּבַחֲמָתִי & in furore meo, c. וּבַחֲמָתִי & secundum furorem meum, c. חֲמָתָם furor eorum. Plur. חֵמוֹת & חֵמוֹת, furores. R. יָחַם caluit, incaluit, ira vel furore.

חמאה butyrum, vide supra col. 609. in חֶמְאָה.

חמה murus, vide in חוֹמָה, supra col. 554.

חמואל Mass. Hhamouël, Vulg. Hamuël, nomen proprium filii Masma, 1. Paral. 4. v. 26. Etym. calor, vel ira Dei; ex חֹם calor, vel חֵמָה ira, & אֵל Deus.

חמד m. Lxx. ἐπιθύμημα, Lxx. item & Theod. ἐπιθυμία, cupiditas, desiderium, ψυχὴ anima. Et adjective, Lxx. Sym. & alius, ἐπιθυμητὸς desiderabilis, καταθύμιος gratus, acceptus, καλὸς pulcher. Hinc cum præf. & aff. חֲמוּדוֹ, Psal. 38. Heb. 39. v. 12. Lxx. ψυχὴν αὐτοῦ anima ejus, m. S. Hieron. desiderabilia ejus, m. בַּחֲמוּדוֹ cum desiderio ejus, m. Plur. m. חֲמוּדֵיהֶם & desideria eorum. Plur. f. חֲמוּדוֹת, & cum (ּ) pro (ֹ), חֲמֻדוֹת, desideria, desiderabilia. Cum præf. הַחֲמֻדוֹת desideria, וַחֲמֻדוֹת, Dan. 11. v. 38. & cum desiderabilibus, Vulg. rebusque pretiosissimis. R. חָמַד concupivit, desideravit; cujus Verbi חָמוּד potest esse Paoul Qal.

חמוטל Mass. Hhamoutál, Vulg. Amitál (legebat חֲמִיטַל), nomen proprium matris Joachaz & Sedeciæ fratris ejus, 4. Reg. 23. v. 31. & c. 24. v. 18. Etym. calor roris; ex חֹם calor, & טַל ros.

חמול Mass. Hhamoúl, Vulg. Hamúl, nom. proprium filii Phares filii Judæ, Gen. 46. v. 12. 1. Paral. 2. v. 5. Etym. pius, clemens, misericors; ab חָמַל pepercit, clementia usus est.

חמון Mass. Hhammón, Vulg. Hamón, nomen proprium civitatis Leviticæ in confiniis Tribuum Aser & Nephthali, Jos. 19. v. 28. 1. Paral. 6. v. 76. Etym. calor, vel sol, ab חֹם calor, aut חַמָּה sol, calor.

חמוץ m. Isai. 1. v. 17. Lxx. ἀδικούμενος injuria affectus, Vulg. & alii, oppressus. Rad. חָמַץ exacerbatus, oppressus est, &c.

חמוץ m. unde const. חֲמוּץ בְּגָדִים, Isai. 63. v. 1. Lxx. ἐρύθημα ἱματίων rubor, rubedo vestium, Vulg. tinctis vestibus, alii, rufus, conspersus, infectus vestibus, h. e. cujus vestes infectæ sunt sanguine. R. חָמַץ conspersus, infectus est, &c.

חמוק m. unde pl. const. חַמּוּקֵי, Cant. 7. v. 1. Lxx. ῥυθμοὶ, aptationes, concinnitates, Vulg. juncturæ, alii, vertebræ, ambitus, circumductus. R. חָמַק ambivit, circuivit, circumduxit se.

חמור & חֲמֹר, m. Lxx. Aq. & alius, ὄνος, Vulg. & alii, asinus, asina. Lxx. item, ὑποζύγιον subjugale (jumentum), γομὸρ Gomor, 1. Reg. 16. v. 20. ubi legebant חֹמֶר; ἐπιθύμημα cupiditas, desiderium, desiderabile, Num. 16. v. 15. ubi legebant חָמוּד. Alii item, cumulus, acervus, Jud. 15. v. 16. ubi voces חֲמוֹר חֲמֹרָתַיִם interpretantur acervum acervorum duorum; vel, acervum, imo duos acervos. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 274. c. 2. Lxx. ἐξαλείφων ἐξήλειψα αὐτοὺς delens delevi eos, pro חֲמוֹר legebant חָמוֹר in infinitivo Qal, & pro חֲמֹרָתַיִם legebant חֲמַרְתִּים in Præterito ejusdem conjug. cum affix.

Vide Gram. Heb. ibid. Hæc duo vocabula ſine interpretatione ſunt in Vulg. Cum præf. הַחֲמוֹר *aſinus* , וַחֲמוֹר & וְהַחֲמֹר , *& aſinus* , וּבַחֲמֹר *& in aſino* , לַחֲמוֹר *aſino*. Cum præf. & affix. חֲמֹרוֹ *aſinus ejus* , m. וַחֲמֹרוֹ *& aſinus ejus* , m. לַחֲמֹרוֹ *aſino ejus* , m. חֲמֹרְךָ *aſinus tuus* , m. וַחֲמֹרֶךָ *& aſinus tuus* , m. & in pauſa ; quare ר afficitur (ֶ) pro (ְ). Plur. חֲמֹרִים & חֲמוֹרִים , *aſini*. Cum præf. הַחֲמֹרִים & הַחֲמוֹרִים , *aſini* , וַחֲמֹרִים *& aſini* , בַּחֲמֹרִים & בַּחֲמוֹרִים , *in aſinos* , וּבַחֲמֹרִים *& pro aſinis* , לַחֲמֹרִים *aſinis*. Cum præf. & affix. חֲמֹרֵינוּ *aſini noſtri* , לַחֲמֹרֵינוּ *aſinis noſtris* , c. חֲמֹרֵיהֶם *aſini eorum* , וַחֲמֹרֵיהֶם *& aſini eorum* , לַחֲמֹרֵיהֶם *aſinis eorum* , חֲמוֹרֵיכֶם *aſini veſtri* , m. R. חָמַר , *turbidum , lutulentum ;* & Chaldæis ac Syris *gravem , lentum , ponderoſum eſſe*. Bochart. de animal. ſac. parte 1. col. 60. *aſinum* derivat ab eodem verbo quatenus *rubere* etiam ſignificat , quod in Oriente plerique aſini ſint rubri.

חֲמוֹר Maſſ. *Hhamór* , Vulg. *Hemór* , nomen propr. patris Sichem , Gen. 33. v. 19. c. 34. v. 2. Etym. *aſinus* , vide vocem præced. Vel *lutum* , ab חֹמֶר idem. Vel ex Syriaca aut Chaldaïca dialecto , *gravis , ponderoſus*.

חֲמֹרָה f. unde dual. in pauſa חֲמֹרָתָיִם , Jud. 15. v. 16. vide ſupra in חֲמוֹר.

חָמוֹת f. Lxx. πενθερὰ , Vulg. & alii , *ſocrus*. Hinc cum aff. חֲמוֹתָהּ *ſocrus ejus* , f. חֲמוֹתֵךְ *ſocrus tua* , f. Rad. חָמָה inuſit. cujus tertia rad. ה mutatur in (ו).

חֹמֶט m. Levit. 11. v. 30. Lxx. σαῦρα *lacerta*. Bocharro de animal. ſac. part. 1. l. 4. cap. 5. col. 1075. & ſeqq. eſt *lacerti* ſpecies , quæ in arenis degit ; quod Thalmudicis חוֹמְטוֹן ; unde Græcorum ἄμαθον ſit *arena*. Aliis eſt , *limax , teſtudo*. Hinc cum præf. וְהַחֹמֶט *& lacerta*. R. חָמַט inuſit.

חֻמְטָה Maſſ. *Hhumtá* , Vulg. *Athmathá* , nomen proprium civitatis in Tribu Juda , Joſ. 15. v. 53. al. 54. Etym. *lacerta , ſtellio ;* ab חֹמֶט idem.

חָמִיץ m. Iſai. 30. v. 24. ἀναπεποιημένον *præparatum*. Vulg. *migma*. Alii , *merum , purum , pabulum* proprie ſubacidum. R. חָמֵץ *fermentatus eſt*.

חֲמִישִׁי , & cum (ְ) & dagh. pro (ִי) , per legem æquival. חֲמִשִּׁי m. Lxx. πέμπτος , Vulg. & alii , *quintus*. Cum præf. הַחֲמִישִׁי & הַחֲמִשִּׁי , *quintus* , וְהַחֲמִישִׁי *& quintus* , בַּחֲמִשִּׁי *in quinto*. Fem. חֲמִישִׁית & חֲמִשִּׁית , Lxx. τὸ πέμπτον , τὸ ἐπίπεμπτον , ſupple μέρος *pars* , ut exprimitur Gen. 47. v. 24. *quinta* (pars). Et adverb. *quinto , quinta vice*. Cum præfix. הַחֲמִישִׁית & הַחֲמִשִּׁית , *quinta*. Cum præf. & affix. חֲמִישִׁתוֹ , cum (ְ) pro (ִי) ſub ש *quinta pars ejus* , m. וַחֲמִישִׁתוֹ , & cum aff. plurali pro ſingulari , וַחֲמִשְׁתָיו , *& quinta pars , & quintæ partes ejus* , m. R. חָמַשׁ in Piel *quintavit* , h. e. quintam partem accepit.

חֲמִישִׁית & חֲמִשִּׁית , vide in præcedenti nomine.

חָמַל QAL. Lxx. Aq. Theod. φείδομαι , Vulg. & alii , *parco*. Sym. ὑπεραγαπίζομαι *maxima miſericordia commoveor*. Lxx. item , ἐλεέω *miſereor* , αἱρετίζω *eligo* , ἐπιποθέω *concupiſco , deſidero* (legebant חָמַד) , πάσχω *patior* , πονέω *laboro* (legebant עָמַל) , περιποιοῦμαι *conſervo*. Alii item , *clementia utor*. Conſtruitur cum אֶל־ & עַל.

Praet. 3. p. ſ. m. חָמַל & in pauſa , quæ (ַ) mutavit in (ָ) , חָמָל *pepercit , clementia uſus eſt*. 2. p. ſ. m. in pauſa ; quare מ afficitur (ָ) pro (ַ) , חָמָלְתָּ *pepercisti*. 1. p. ſ. c. cum præf. וְחָמַלְתִּי *& parcam*. 2. p. pl. m. חֲמַלְתֶּם *clementia uſi eſtis , peperciſtis*.

Infin. cum præf. ה parag. & (ֶ) pro (ָ hhatoúph) , לְחֶמְלָה *parcendo , clementia utendo*.

Fut. 3. p. ſ. m. יַחְמֹל & יַחְמוֹל , contracte pro יַחֲמֹל & יַחֲמוֹל , *parcet*. Sic cum præf. וַיַּחְמֹל & וַיַּחֲמֹל , *& pepercit*. 2. p. ſ. m. תַּחְמֹל *clementia uteris*. Cum præfix. וַתַּחְמֹל contracte pro וַתַּחֲמֹל , *& clementia uſus es*. 1. p. ſ. c. אֶחְמוֹל contracte pro אֶחֱמוֹל (à forma יַחֲמוֹל) , *parcam , clementia utar*. Sic cum præf. וָאֶחְמֹל *& clementia uſus ſum*. 3. p. pl. m. in pauſa ; quare ſervatur hhólem , יַחְמֹלוּ contracte pro יַחֲמֹלוּ , *parcent*. 2. p. pl. m. תַּחְמְלוּ & in pauſa תַּחְמֹלוּ contracte pro תַּחֲמֹלוּ , *clementia utemini*.

חֶמְלָה f. unde conſt. & cum præf. בְּחֶמְלַת , Gen. 19. v. 16. *propter clementiam , miſeri-*

cordium, &c. Lxx. ἐν τῷ φείσασθαι, Vulg. *eo quod parceret.* Cum præf. & aff. ובחמלתו, Isai. 63. v. 9. *& in clementia*, Vulg. *& in indulgentia sua*, m. Lxx Verbaliter, καὶ (διὰ τὸ) φείδεσθαι αὐτῶν *& quia clemens ipse erga eos*, posito plurali pro singulari. R. חמל *pepercit, clemens ipse est.*

חמם QAL. Lxx. θερμαίνομαι, ἐκθερμαίνω, ἐκθερμαίνομαι (Sym. ἐνθερμαίνομαι), Vulg. & alii, *calesco, incalesco, calefio*, θέρμη γίνεται, *fit calor*, παρακαλοῦμαι *consolor*, vel *advoco*; à נחם. Et substantive, θέρμη *calor*, Eccle. 4. v. 11. ubi pro חם legebant חֹם; aut sensum, non Verbum, expresserunt.

PRAET. 3. p. f. m. חם *caluit, incaluit, fit calor.* Cum præf. וחם *& incaluit.* 1. p. f. c. חמותי *calefactus sum.*

INFIN. in forma perfecta, & ex terminatione (-), quod mutatur in (·) ob pausam, לחמם *ad calefaciendum se.* Et Job. 30. v. 4. Vulg. *cibus eorum*; vocem hanc componebat ex לחם *panis, cibus*, & aff. 3. p. pl. m.

FUT. 3. p. f. m. יחם *calefaciet se.* Cum præfix. & (- hhatouph) in fine pro hhólem ob accentum retractum propter (ו) conversivum, ויחם vaiiahhom *& incaluit.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 218. c. 1. tom. 2. p. 310. c. 1.

NIPHAL נחם, unde BEN. pl. m. cum præf. & ex forma defectivorum Pe נ, הנחמים, Isai. 57. v. 5. Lxx. παρακαλοῦντες *consolantes, advocantes.* Vulg. *qui consolamini*, à נחם in Piel *consolatus est.* Alii, *incalescentes*, h. e. coeuntes. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 220. c. 2. t. 2. p. 126 c. 2.

FUT. 3. p. f. m. יחם & in pausa יחם, *calefiet.* 3. p. f. f. תחם *incalescat, calefiat.* 3. p. pl. m. יחמו *incalescent, calefient.* In his personis, quas alii ad יחם verbum synonymum ac in fut. Qal referunt, characteristicæ afficiuntur (·) pro (·) ad compensandum daghésch ejectum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 221. c. 1. 222. c. 1.

PIEL in forma perfecta, חמם, unde 3. p. f. f. FUTURI תחמם, Job. 39. v. 14. al. 17. Lxx. θάλψει *fovebit.* Alii, *calefaciet.* Vulg. in 2. p. f. m. *calefacies.*

HITHPAEL התחמם in forma perfecta unde 3. p. f. m. FUT. in pausa; quare (-) mutatur in (·), יתחמם, Job. 31. v. 20. Vulg. *calefactus est.* Alii, *calefaciet, calefecit se.* Lxx. ἐθερμάνθησαν in plurali, *calefacti sunt.*

חמנים m. pl. Lxx. Aq. Sym. Theod. τεμένη, Vulg. & alii, *delubra.* Lxx. item, βδελύγματα *abominationes*, εἴδωλα *idola*, ὑψηλὰ *excelsa*, ξύλινα χειροποίητα *lignea manufacta* (idola). Alii item, *subdiales statuæ*, h. e. soli expositæ, ab חמה *sol.* Alii, *luci.* Alii, *templa solis*, ab eadem voce חמה. Alii, *templa Hammonis*, seu *Jovis*, qui dicebatur Hammon, quod idem esset atque *Hham* sive *Cham*, Noë filius. Cum præf. החמנים והחמנים & וחמנים, *& delubra.* Cum affix. חמניכם *delubra vestra*, m. servato (·) sub מ ob daghésch ei impositum. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 89. c. 2. & p. 90. c. 1.

חמס QAL. Lxx. Aq. Sym. ἀδικέω *injuria afficio.* Lxx. item, ἀθετέω *prævaricor*, ἀσεβέω *impie ago*, τρυγάω *vindemio*, ἐκπετάζω *distendo*, ἐπίκειμαι *incumbo.* Alii item, *abripio, diripio, extorqueo, vim affero, violentia utor, opprimo.* Et ex dialecto Arabica, *removeo, transfero*; & intransitive, *migro, demigro.*

PRAET. 3. p. pl. c. חמסו *vim fecerunt, violarunt, contemserunt.*

BEN. f. m. חמס *vim faciens, vim facit.*

FUT. 3. p. f. m. יחמס contracte pro יחמס, *diripiet.* Sic cum præf. ויחמס *& vi abripuit.* 2. p. pl. m. in pausa; quare remanet hhólem, תחמסו contracte pro תחמסו, *abripitis, opprimitis.*

NIPHAL נחמס, unde 3. p. pl. c. נחמסו, Jerem. 13. v. 22. Lxx. Vatic. παραδειγματισθῆναι, Complut. παρεδειγματίσθησαν, *ignominiæ expositæ*, Vulg. *pollutæ sunt* (plantæ tuæ). Alii, *ablatæ*, direptæ sunt.

חמס m. Lxx. ἀδίκημα, Lxx. Aq. Sym. ἀδικία, Vulg. & alii, *iniquitas, injustitia.* Lxx. item, ἀθεσία *prævaricatio*, ἀνομία *iniquitas*, ἀπώλεια *perditio*, ἀσέβεια *impietas*, μόχθος *labor*, ὄνειδος *probrum*, ταλαιπωρία *miseria*,

ὑπερηφάνεια *superbia*, &c. Et adjective, ἄδικος *injustus*, ἀσεβὴς *impius*, παράνομος *transgressor legis*, ψευδὴς *mendax*. Et Verbaliter, ἀδικοῦμαι *injuria afficior*. Alii item, *vis*, *violentia*, *direptio*. Cum præf. חֵחָמָס *violentia*, cum (ֵ) pro (ֶ) sub ח, ob aliud (ֶ) sub ח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. כְּחָמָס *& violentiis*, לְחָמָס *violentiæ*, מֵחָמָס *à violentiis*, וּמֵחָמָס *& à violentia*. Conft. חֲמַס *violentia*. Cum præfix. חֲמַס *& violentiæ*, מֵחָמָס *præ violentia*. Cum affix. חֲמָסוֹ *injuria ejus*, m. חֲמָסִי *injuria mea*, c. Plur. חֲמָסִים *violentiæ*. Rad. חמס *injuria affecit*, *violentia usus est*.

חָמֵץ QAL. Lxx. & Vª. edit. ζυμόομαι, Vulg. & alii, *fermentor*.

PRAET. 3. p. f. m. חָמֵץ *fermentata erat* (massa).

INFIN. cum (ֻ) pro (ֳ hhatoúph), & ה parag. quod accedente affixo mutatur in ת instar ejusdem formæ nominum, חֻמְצָתוֹ *fermentari eam* (massam), Ose. 7. v. 4. ubi aliis est nomen substantivum חִמְצָה cum eodem affixo. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 351. c. 2. fin.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (ֶ) mutati in (ָ) ob pausam, יֶחְמָץ contracte pro יֶחְמַץ, *fermentabitur*, *fermentaretur*.

HITHPAEL הִתְחַמֵּץ, unde 3. p. f. m. FUT. יִתְחַמֵּץ, Psal. 72. Heb. 73. v. 21. Lxx. ἐξεκαύθη, Vulg. Lat. *inflammatum est*, S. Hieron. *contractum est*. Alii, *fermentatum*, *exacerbatum est* (cor meum).

חָמֵץ m. Lxx. & alius, ζύμη, Vulg. & alii, *fermentum*. Lxx. item & Aq. adjective, ζυμωτὸς, Lxx. item, ζυμίτης, Levit. 7. v. 3. al. 13. in edit. Vaticana, Vulg. *fermentatus*. Lxx. item Verbaliter, ζυμόομαι *fermentor*. Cum præf. מֵחָמֵץ, Amos. 4. v. 5. *de fermento*, Vulg. *de fermentato*. Lxx. ἔξω *extra*, legisse videntur מחוץ aut חוץ, trajectis literis. Vide supra חוץ, col. 555. R. חָמֵץ *fermentatus est*.

חָמֵץ vide חוֹמֵץ, supra col. 554.

חֹמֶץ m. Lxx. Sym. ὄξος, Vulg. & alii, *acetum*. Lxx. item, ὄμφαξ *uva acerba*, *immatura*. Cum præf. וְחֹמֶץ *& acetum*, בַּחֹמֶץ *in aceto*, כַּחֹמֶץ *sicut acetum*. R. חָמֵץ *fermentatus est*; unde acetum quod fit vinum fermentatum.

חַמְצָה, unde cum aff. חַמְצָתוֹ, vide in Infinitivo Qal Verbi חָמֵץ, supra col. præced.

חָמַק 3. p. f. m. PRAET. QAL, Cant. 5. v. 6. Aq. ἔκλινεν, Vulg. *declinaverat*, Sym. ἀπονεύσας *declinans* (transierat). Vacat apud Lxx. Alii, *recesserat*, *circumeundo*, *circuiens*, *subduxerat se*.

HITHPAEL הִתְחַמֵּק, unde 2. p. f. f. Fut. in pausa; quare (ַ) mutatur in (ֵ), & cum ן paragog. תִּתְחַמָּקִין, Jerem. 31. v. 22. Lxx. Vatic. ἀποστρέψεις *avertes te*, al. ἀποστραφήσῃ *averteris*. Sym. teste S. Hieron. comm. in h. l. *demergeris in profundum*, Vulg. *deliciis dissolveris*. Alii, *circuibis*, *circumeundo subduces te*.

חָמַר QAL. Lxx. ταράσσομαι *turbor*. Lxx. Sym. adjective, Psal. 74. Heb. 75. v. 8. al. 9. ἄκρατος *purus*, *merus*. Alii ibid. *rubeo*. Sym. Psal. 45. Heb. 46. v. 4. θολόομαι *turbidus*, *cœnosus*, *lutosus sum*. Et in alia significatione Lxx. καταχρίω *inungo*, Vulg. *linio*, alii, *bitumino*.

PRAET. 3. p. f. m. חָמַר, Psal. 74. Heb. 75. v. 8. al. 9. *rubet*, alii, *merum* (est).

FUT. 3. p. f. f. cum præf. & affix. וַתַּחְמְרָה *& linivit*, *& bituminavit eam* (fiscellam), Exod. 2. v. 3. ubi deficit Mappiq in ה affixo. 3. p. pl. m. יֶחְמְרוּ *turbabuntur*, *turbidæ*, *cœnosæ*, *lutulentæ erunt* (aquæ).

PUAL, geminata secunda & tertia radicali, & cum (ֳ) pro (ֻ) sub prima, חֳמַרְמַר, Lxx. ταράσσομαι, Vulg. & alii, *turbor*, *conturbor*, συγκαίομαι *comburor*. Vulg. item, *intumesco*.

PRAET. 3. p. pl. c. חֳמַרְמְרוּ & in pausa חֳמַרְמָרוּ, *turbata sunt*, *conturbata sunt* (viscera mea), חֳמַרְמְרָה, *turbidæ*, *squallidæ sunt* (facies meæ). Lxx. συγκέκαυται *combusta est* (facies mea). Vulg. *intumuit*, Job. 16. v. 16. ubi secundum literas est חֳמַרְמְרָה 3. p. f. f. at secundum puncta vocalia est 3. p. pl. c. cum (ֻ) pro (ו). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 180. c. 2. 320. c. 1. 2.

חֲמַר & emphat. חַמְרָא, m. Chald. Lxx. Theod. οἶνος, Vulg. & alii, *vinum*. R. חמר *turbari*, *turbidum esse*; unde *vinum*, secundum

nonnullos, quod turbet cerebrum cum immoderatè ſumitur.

חֲמֹר vide חֲמוֹר, ſupra col. 612.

חֵמָר m. Lxx. *ἀσφαλτος*, Vulg. & alii, *bitumen*. Cum præf. הַחֵמָר *bitumen*, בַּחֵמָר *cum bitumine*. R. חָמַר *bituminavit*, *bitumine linivit*.

חֶמֶר, & in pauſa חָמֶר, m. Lxx. Deut. 32. v. 15. *οἶνος vinum*, Aq. *αὐστηρὸν auſterum*, alii, *merum*, Vulg. *meraciſſimum*. Lxx. item, Iſai. 27. v. 2. *καλὸς pulcher*, vel *pulchra* (vinea), *ἐπιθύμημα deſiderium*; duplex interpretatio, quarum altera, ut videtur, eſt Lxx. altera Theodotionis; & utrique legebant חֶמֶד, quod vide ſupra col. 610. Vulg. *merum*. R. חָמַר *turbavit*: Vide ſupra חֲמַר Chald.

חֹמֶר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *κόρος corus*, menſura diſcretorum, quæ decem Epha ſeu bathos continebat. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 525. c. 2. Lxx. item, *ἀρτάβη artaba*, menſura Perſica, *γομὸρ gomor*, vel legebant עֹמֶר, aut ח pro ע poſitum exiſtimarunt. Lxx. item, *θημωνία*, Aq. *σωρὸς*, *acervus*, *κονιορτὸς pulvis*, *πηλὸς lutum*. Et adjective, Lxx. Sym. *πηλινὸς lutens*. Alii, *cæmentum*. Cum præf. הַחֹמֶר *lutum*, *cæmentum*, *hhomer*, וְחֹמֶר *& hhomer*, בְּחֹמֶר & בַּחֹמֶר, *in luto*, *in lutum*, כְּחֹמֶר & כַּחֹמֶר, *ſicut lutum*, וְכַחֹמֶר *& ſicut lutum*, לַחֹמֶר *pro luto*, *pro cæmento*, מֵחֹמֶר *è luto*, *ex hhomer*. Plur. חֳמָרִים *acervi*. R. חָמַר *turbidum*, *lutoſum eſſe*, &c.

חַמְרָא m. Chald. vide ſupra in חֲמַר.

חֶמְרָן Maſſ. *Hhamrán*, Vulg. *Hamrán*, nom. proprium filii Diſan (Vulg. Diſon) filii Seir Horræi, 1. Paral. 1. v. 41. Is, Gen. 36. v. 26. dicitur חֶמְדָּן, Vulg. *Hamdán*. Vide ſupra col. 610. Etym. *aſinus*; ab חֲמוֹר idem. Vel *lutum*; ab חֹמֶר idem. Vel denique, *vinum*, *vinoſus*, ab חֶמֶר *vinum*.

חָמֵשׁ f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *πέντε*, Vulg. & alii, *quinque*. Cum præf. וְחָמֵשׁ *& quinque*. Conſt. חֲמֵשׁ *quinque*. Cum præf. וַחֲמֵשׁ *& quinque*, בַּחֲמֵשׁ *in quinque*, מֵחֲמֵשׁ *de quinque*. Plur. חֲמִשִּׁים, cum (·) & dagh. per legem æquival. pro חֲמֵשִׁים, Lxx. *πεντήκοντα*, Vulg. & alii, *quinquaginta*; cardinales enim numeri à tribus ad decem incluſive, in plurali numero tot continent decadas, quot unitates in ſingulari, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 378. §. I. Lxx. item, *πεντηκοστὸς quinquageſimus*. Cardinales numeri pro ordinalibus interdum accipiuntur, vide Gram. Heb. t. 2. p. 387. c. 2. Cum præfix. הַחֲמִשִּׁים *quinquaginta*, וַחֲמִשִּׁים *& quinquaginta*, בַּחֲמִשִּׁים *in quinquaginta*, לַחֲמִשִּׁים *ad quinquaginta*. Cum præf. & aff. חֲמִשָּׁיו *quinquaginta ejus*, m. וַחֲמִשָּׁיו *& quinquaginta ejus*, m. חֲמִשֶּׁיךָ *quinquaginta tui*, m. חֲמִשֵּׁיהֶם *quinquaginta eorum*, m. cum (·) & daghéſch ut ſupra loco (-). R. חִמֵּשׁ in Piel *quintavit*.

חָמַשׁ QAL, unde PIEL חִמֵּשׁ, ex quo 3. p. ſ. m. PRAET. cum præf. וְחִמֵּשׁ, Gen. 41. v. 34. *& quintabit* (Pharao), h. e. *quintam partem accipiet*. Lxx. *καὶ ἀποπεμπτωσάτωσαν & quintam partem accipiant* (præfecti Pharaonis). Vulg. *& quintam partem fructuum congreget in horrea* (Pharao).

חֹמֶשׁ m. Lxx. *ψόα lumbus*, Aq. *ἐνοπλισμὸς armatura*, Vulg. *inguen*, *latus*. Alii, *quinta coſta lateris*, ubi ſedes eſt fellis & jecoris. Vox eadem, Gen. 47. v. 26. ſignificat etiam *quintam partem fructuum* terræ Ægypti, quæ ceſſit Pharaoni. Hinc cum præf. הַחֹמֶשׁ *inguen*, לַחֹמֶשׁ, Gen. 47. v. 26. *quintæ*, *ad quintam partem*, h. e. adeo ut *quinta pars* ſolvatur Pharaoni. R. חִמֵּשׁ in Piel *quintavit*, &c.

חֲמִשָּׁה m. cum (·) & daghéſch per legem æquivalentiæ, pro חֲמֵשָׁה ab חָמֵשׁ, Lxx. Aq. Sym. Theod. *πέντε*, Vulg. & alii, *quinque*, *quintus*; nam cardinales numeri nonnunquam pro ordinalibus uſurpantur, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 387. c. 2. Cum præf. הַחֲמִשָּׁה *quinque*, וַחֲמִשָּׁה *& quinque*, וּבַחֲמִשָּׁה *& in quinque*, לַחֲמִשָּׁה *in quinta*. R. חִמֵּשׁ in Piel *quintavit*.

חֲמִשִׁי vide חֲמִישִׁי, ſupra col. 614.

חֲמֻשִׁים pl. m. à ſing. inuſit. חָמוּשׁ vel חָמֻשׁ, quod poteſt eſſe Paoul Qal Verbi inuſit. חָמַשׁ, Lxx. *εὔζωνοι bene accincti*, *διεσκευασμένοι præparati*, h. e. ut interpretantur Aq. *ἐνωπλισμένοι*, & Sym. *καθωπλισμένοι*, Vulg.

& alii, *armati*. Lxx. item, Exod. 13. v. 18. πεμπτῃ γενεᾷ *quinta generatione*, Theod. ibid. πεμπταζόμενοι idem, vel *in quinque turmas distributi*, Vulg. & alii ibid. *armati*. Iidem Lxx. item, Jud. 7. v. 11. πεντήκοντα *quinquaginta*, legebant חֲמִשִּׁים. Cum præf. חֲמֻשִׁים *armati*, חֲמֻשִׁים & *armati*. R. חמש in Piel *quintavit*, & forte etiam antiquitus *armavit*.

חֲמִישִׁית vide in חֲמִישִׁי, supra col. 614.

חֲמֵשֶׁת conft. ab abfol. חֲמִשָּׁה, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 384. c. 1. Lxx. πέντε, Vulg. & alii, *quinque*. Cum præfix. וַחֲמֵשֶׁת & *quinque*, לַחֲמֵשֶׁת *quasi quinque*, כַּחֲמֵשֶׁת *pro quinque*. R. חמש in Piel *quintavit*.

חֲמִשִּׁית vel חֲמִשִּׁית, vide in חֲמִישִׁי, fupra col. 614.

חֵמֶת m. unde conft. חֵמַת, Ofe. 7. v. 5. *uter*, *lagena*. Lxx. Verb. θυμοῦσθαι, Vulg. *furere*, referebant ad חֵמָה, quod vide fupra col. 611. Cum præf. וּמֵחֵמָה, Job. 21. v. 20. & *ex utre*, Vulg. & *de furore*; ab eadem voce חֵמֶת. Vacat apud Lxx. Cum affix. חֲמָתְךָ, Habac. 2. v. 15. *uter tuus*, m. Vulg. *fel suum*, legebat חֲמָתוֹ ab חֵמָה. Lxx. adjective, θολερὰ, al. ἀχλυώδη, *turbida*, al. πετομένη *volans*. Aq. χόλος σου *ira tua*, m. Sym. θυμὸς ἑαυτοῦ *furor ejus* vel *fuus*, legebat ut Vulg. V^a. edit. ὀργή σου *ira tua*, m. Rad. חמה inufit. Vide חֵמָה, fupra col. 611. & infra חמת.

חֲמָת Maff. *Hhamáth*, Vulg. *Emáth*, nomen proprium 1°. regionis, quæ erat terminus Septentrionalis terræ fanctæ, 4. Reg. 23. v. 33. &c. 2°. urbis in finibus Syriæ circa Damafcum, 4. Reg. 14. v. 25. &c. Etym. *ira* vel *indignatio*; ab חֵמָה idem. Vel *calor*; ab חֹם aut חָם, *incaluit*. Vel *murus*; ab חוֹמָה aut חֵמָה, idem. Vel denique, *uter*, *lagena*, ab חֵמֶת idem.

חֵמַת m. unde cum præf. הַחֵמַת, Gen. 21. vv. 15. 19. Lxx. ἀσκὸς, Vulg. & alii, *uter*, *lagena*. Rad. חמה inufit.

חַמֹּת דֹּאר Maff. & Vulg. *Hhammóth* vel *Hammóth dór*, nomen proprium civitatis Leviticæ & confugii in Tribu Nephthali, Jof. 21. v. 32. Etym. *ira* vel *calor generationis*, aut *habitationis*; ab חֵמָה vel חֹם *calor*,

& דּוֹר *generatio*, *habitatio*.

חֲמָתִי Maff. *Hhamathí*, Vulg. *Amathæus* & *Hamathæus*, nomen proprium filii Chanaan, Gen. 10. v. 18. & 1. Paral. 1. v. 16. Etym. *indignatio*, vel *uter*, vel *calor*, vel *murus*; ab חֵמָה *indignatio*, חֵמֶת vel חֵמֶת, *uter*, חֹם aut חֵמָה, *calor*, vel חֹמָה חֵמָה *murus*.

חֵן חֵן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. χάρις, Vulg. & alii, *gratia*. Lxx. item, ἀρεσκεία *comitas*, *urbanitas*, ἔλεος *mifericordia*. Et adjective, ἐπίχαρις *gratus*, εὔχρηστος *utilis*, θερμὸς *calidus*, Jerem. 31. v. 2. ubi legebant חֹם, vide S. Hieron. comm. in h. l. Cum præf. וְחֵן חֵן *gratia*, וְחֵן & *gratia*. Cum aff. חִנּוֹ *gratia ejus*, m. mutato (ֵ) in (ִ) & dagh. ad compenfandam fecundam radicalem ejectam. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 94. c. 1. num. III.

חֵנָדָד Maff. *Hhenadhádh*, Vulg. *Enadád* vel *Henadád*, nomen proprium patris Bavai, Nehem. 3. v. 18. Etym. *gratia*, vel *mifericordia dilecti*; ab חֵן *gratia*, *mifericordia*, & דוד *dilectus*.

חנה QAL. Lxx. Aq. Sym. & alius, παρεμβάλλω, Lxx. item, στρατοπεδεύω, καταστρατοπεδεύω, Vulg. & alii, *caftrametor*. Lxx. item, ἀπαίρω *difcedo*, *caftra moveo*, Num. 9. v. 18. fed ibi duo Verba ἀπαίρω & παρεμβάλλω trajiciuntur; ἐπιβαίνω *afcendo*, καταλύω *diverfor*, κυκλόω *circundo*, ὁδηγέω *dux fum in via*, περικαθίζω *obfideo*, περιχαρακόω *circumvallo*, πολεμέω *belligero*, &c. Et fubftantive, παρεμβολὴ *caftra*. Alii item, *refideo*, *confideo*, *fubfideo*, *defideo*. Conftruitur cum עַל, סָבִיב, לִפְנֵי, לְ, אֶל, &c.

Praet. 3. p. f. m. חָנָה *caftrametatus eft*. 1. p. f. c. cum præf. וְחָנִיתִי & *caftrametabor*. 3. p. pl. c. חָנוּ *caftrametati funt*. Cum præf. וְחָנוּ & *caftrametabuntur*.

Ben. f. m. חֹנֶה חֹנֶה *caftrametans* (eft), *caftrametatur*. Cum aff. חֹנְךָ *caftrametans contra te*, m. Pfal. 52. Heb. 53. v. 6. cum punctorum trajectione ut fit in paufa cum particulis, pro חֹנְךָ & in paufa חֹנָךְ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 348. c. 2. fin. & tom. 2. p. 311. c. 2. Præterea, contractio eft pro חֹנֶה עָלֶיךָ *caftrametans contra te*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 372. Mantiff. II. c. 2. Lxx.

ibid. ἀνθρωπαρέσκων, Vulg. Lat. *eorum qui hominibus placent*, legebant חַנֻּן חנן *gratiosus*, *obsequens* in Benoni Qal Verbi חָנַן, quod vide infra, mutato singulari in pluralem. Aq. παρεμβαλλόντων περὶ σὲ *eorum qui castrametati sunt circa te*, Sym. παρεμβαλλόντων περὶ σὲ, *castrametantium circa te*, S. Hieron. *circumdantium te*. Fem. חֹנָה חנה *castrametans*. Plur. m. חֹנִים חנים & cum præf. הַחֹנִים, *castrametantes*, הַחֹנִים & *castrametantes*.

INFIN. חֲנוֹת חנות *castrametari*. Cum præfix. וּבַחֲנוֹת & *in castrametando*. Cum præf. & affix. חֲנֹתֵנוּ *castrametari nostrum*, c. *castra nostra*, לַחֲנֹתְכֶם *castrametari vos*, m. (ubi) *castrametari debeatis*.

IMPER. 2. p. f. m. cum præf. וַחֲנֵה & *castrametare*. 2. p. pl. m. חֲנוּ *castrametemini*, *ponite castra*.

FUT. 3. p. f. m. cum apocope, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 288. c. 2. וַיִּחַן & *castrametatus est*. 2. p. f. m. תַּחֲנֶה *castrametaberis*. 3. p. pl. m. יַחֲנוּ *castrametabuntur*. Cum præf. וַיַּחֲנוּ & *castrametabuntur*, וַיַּחֲנוּ, & cum ן paragogico וַיַּחֲנוּן, & *castrametati sunt*. 2. p. pl. m. תַּחֲנוּ *castrametabimini*. 1. p. pl. c. cum præf. וַנַּחֲנֶה & *castrametati sumus*.

חַנָּה Maſſ. *Hanná*, Vulg. *Anná*, nom. proprium alterius uxoris Elcanæ, 1. Reg. 1. v. 2. 2°. prophetiſſæ filiæ Phanuel, Luc. 2. v. 36. Etym. *gratioſa*, vel *misericors*, vel *donans*, aut *donatrix*; ab חָנַן *gratioſus*, *misericors fuit*, *donavit*.

חֲנוֹךְ Maſſ. *Hhanóch*, Vulg. *Henóch* & *Enóch*, nomen propr. 1°. filii Cain, Gen. 4. v. 17. 2°. filii Jared, Gen. 5. v. 18. Luc. 3. v. 37. 3°. filii Madian filii Abrahæ, Gen. 25. v. 4. 4°. filii Ruben, Gen. 46. v. 9. 1. Paral. 5. v. 3. 5°. civitatis quam ædificavit Cain, quamque nomine filii ſui Henoch appellavit, Gen. 4. v. 17. Etym. *dedicatus*, aut *morigeratus*; ab חָנַךְ *dedicavit*, *initiavit*, *instruxit*.

חָנוּן Maſſ. *Hhanoún*, Vulg. *Hanún*, nomen propr. filii Naas regis filiorum Ammon, 2. Reg. 10. v. 1. 1. Paral. 19. v. 2. Etym. *gratioſus*, *misericors*, vel *donans*; ab חָנַן *gratioſus*, *misericors fuit*, *donavit*.

חַנּוּן m. Lxx. ἐλεήμων, οἰκτίρμων, *misericors*. Alii item, *gratioſus*, *benignus*, *beneficus*, *ad benefaciendum propenſus*. Cum præf. וְחַנּוּן & *misericors*. R. חָנַן *gratioſus fuit*, &c.

חנט QAL. Lxx. ἐκφέρω *effero*, *exſero*, Aq. προβάλλω, Vulg. & alii, *profero*, *protrudo*. Et in alia ſignificatione, Lxx. ἐνταφιάζω, θάπτω, *ſepelio*. Aq. ἀρωματίζω, Vulg. & alii, *aromatibus condio*, nimirum ad ſepulturam.

PRAET. 3. p. f. f. חָנְטָה *protulit*.

PUAL חֻצַּץ, unde 3. p. pl. c. Praet. in pausa; quare (ֻ) mutatur in (ֻ), חֻצָּצוּ, Job. 21. v. 21. Lxx. διῃρέθησαν *divisi sunt*, alii, *dimidiati sunt* (quasi ab חָצָה, quod vide supra col. 646.) *excisi*, *succisi sunt*. Vulg. *dimidietur* numerus mensium ejus, in singulari; nam, quanvis Verbum sit plurale ob nomen præcedens, pertinet tamen ad vocem singularem *numerus*. Vide hanc enallagen in Gram. Heb. tom. 1. p. 551. can. IV.

חָצָץ m. Lxx. ψῆφος *lapillus*, χάλιξ *silex*, Vulg. *calculus*, proprie acutus & instar sagittæ discindens. Vulg. item, *numerus*, Thren. 3. v. 16. al. 17. quod olim calculorum ope numeraretur. Et in alia significatione, Psal. 76. Heb. 77. v. 17. al. 18. Lxx. βέλος, Vulg. Lat. *sagitta*. Alii, *fulgur*, *lapis grandinis*. Cum præf. בֶּחָצָץ *lapillo*, *silice*; cum (ֶ) sub ב loco (ְ) ob aliud (ָ) sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. Plur. cum aff. חֲצָצֶיהָ,

Psal. 76. Heb. 77. v. 17. al. 18. *sagittæ tuæ*, m. alii, *fulgura tua*, *lapilli tui grandinis*. R. חָצַץ in Piel *sagittavit*, secundum quosdam interpretes.

חֹצֵץ m. Prov. 30. v. 27. Lxx. *ἀτάκτως ordinate*. Sym. *ὡς ψῆφος ut calculus*, aculeatus videlicet quasi hasta. Vulg. *per turmas suas* instar agminis sagittariorum. Alii, *gregatim*, *turmatim*; & adjective, *exscindens* herbas & arbores, quasi esset Benoni Qal verbi חָצַץ *excidit*, quod vide supra. Aben-Esra, *congregata*, *collecta* (locusta). R. חָצַץ *excidit*, *discidit*, &c.

חַצְצֹן תָּמָר Mass. *Hhátsatsón Tamár*, Vulg. *Asasonthamár*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda prope mare mortuum, Gen. 14. v. 7. quæ 2. Paral. 20. v. 2. eadem est atque Engaddi. Etym. *calculus*, sive *lapillus commutationis*; ab חָצָץ *lapillus*, *calculus*, & מוּר in Hiph. *mutare*, *commutare*. Vel *divisio*, seu *sagitta palmæ*; ab חָצַץ *divisit*, vel חֵץ *sagitta*, & תָּמָר *palma*.

חֲצֹצְרָה f. Lxx. *σάλπιγξ*, Vulg. & alii, *tuba*, *buccina*. Plur. חֲצֹצְרוֹת & חֲצֹצְרֹת, *tubæ*. Cum præf. וַחֲצֹצְרוֹת & וַחֲצֹצְרֹת, *& tubæ*, בַּחֲצֹצְרָה & בַּחֲצֹצְרוֹת, *cum tubis*, וּבַחֲצֹצְרוֹת *& cum tubis*. R. חָצַר in Piel & Hiphil *tuba cecinit*.

חצר QAL, unde PIEL חִצֵּר, ex quo BEN. pl. m. cum præf. לְמַחְצְצְרִים, 2. Paral. 5. v. 13. cum duplici צ loco unius per daghésch geminati, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 30. c. 2. 176. c. 2. Lxx. *ἐν τῷ σαλπίζειν in tuba canendo*, Vulg. *tubis concinentibus*. Alii, *tuba clangentibus*.

HIPHIL הֶחְצִיר, unde BENONI pl. m. מַחְצְצְרִים cum צ redundante & (ּ) sub priori צ pro (ּ) accelerandæ pronuntiationis gratia. Vel potius istud Benoni idem ac Benoni Piel, quod vide supra; & Gram. Heb. tom. 1. p. 184. c. 2. Lxx. *σαλπίζοντες*, Vulg. & alii, *tubis*, vel *tuba canentes*.

חָצֵר c. sed sæpius f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *αὐλή*, Vulg. & alii, *atrium*. Lxx. item, *ἔπαυλις villa*, *κώμη vicus*, *οἰκία domus*, *πύλη porta*, *σκηνὴ tentorium*, *ὁδὸς via*; & adjective, *πλούσιος dives*, Psal. 9. v. 30. ubi legisse videntur עָשִׁיר *dives*. Sym. item, *ἀγρὸς ager*. Cum præfix. הֶחָצֵר *atrium*, pro (ּ) loco (ּ) sub ה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. חָצֵר & הֶחָצֵר *& atrium*, בֶּחָצֵר *in atrio*, cum (ּ) pro (ּ) sub ב ob (ּ) aliud sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. לֶחָצֵר *atrio*, וְלֶחָצֵר *& atrio*, cum (ּ) pro (ּ) sub ל, vide eand. Gram. ibid. p. 70. c. 2. מֵהֶחָצֵר *ex atrio*, cum (ּ) pro (ּ) sub ח, ut supra. Cum ה locali, חָצֵרָה *in atrium*. Const. חֲצַר *atrium*. Cum præf. בַּחֲצַר *in atrio*, וּבַחֲצַר *& in atrio*, לַחֲצַר *atrio*, וְלַחֲצַר *& atrio*, מֵחֲצַר *ex atrio*. Cum præf. & aff. בַּחֲצֵרוֹ *in atrio ejus*, m. Plur. ex terminatione masc. חֲצֵרִים *atria*, *villæ*. Cum præf. הַחֲצֵרִים *villæ*. Const. & cum præf. בְּחַצְרֵי *in atriis*. Cum præf. & aff. חַצְרֵיהָ *villæ ejus*, f. וַחֲצֵרֶיהָ *& villæ ejus*, f. חֲצֵרַיִךְ *atria tua*, m. בַּחֲצֵרֶיךָ *in atriis tuis*, m. חֲצֵרָי *atria mea*, c. & in pausa, quare (ּ) mutatur in (ּ); חַצְרֵיהֶם *villæ eorum*, בַּחֲצֵרֵיהֶם, *in villis eorum*, וְחַצְרֵיהֶם *& villæ eorum*, וְחַצְרֵיהֶן *& villæ earum*. Plur. ex terminatione femin. חֲצֵרוֹת, & cum præfix. הַחֲצֵרוֹת & הַחֲצֵרֹת *atria*, *villæ*. Const. חַצְרוֹת *atria*, בְּחַצְרוֹת *in atriis*, וּבְחַצְרוֹת *& in atriis*, לְחַצְרוֹת *atriis*. Cum præf. & affix. חַצְרֹתָיו *atria ejus*, m. servato anomalos (ּ); nam feminina pluralia sumunt plerumque affixa in forma constructa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 86. initio. לְחַצְרוֹתָיו *in atria ejus*, m. mutato (ּ) in (ּ) secundum communem analogiam; וְחַצְרוֹתַי *& atria mea*, c. servato (ּ) ut supra, & mutato (ּ) in (ּ) ob pausam; וּבְחַצְרוֹתֵיהֶם *& in atriis eorum*. R. חָצַר inusit. in hac significatione.

חָצוֹר Mass. *Hhatsór*, Vulg. *Hesér*, nom. proprium civitatis à Salomone ædificatæ, 3. Reg. 9. v. 15. Etym. *atrium*, ab חָצֵר idem. Vel *fœnum*, aut *gramen*; ab חָצִיר idem.

חֲצַר גַּדָּה Mass. *Hhatsár Gaddá*, Vulg. *Asergaddá*, nom. proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 27. Etym. *atrium hædi*, aut *felicitatis ejus*; ex חָצֵר *atrium*, & גְּדִי *hædus*, aut גַּד *felicitas*, & aff. 3. p. f. f.

חֲצַר סוּסָה Mass. *Hhatsár sousá*, Vulg. *Hasersusá*, nomen proprium urbis Tribus Simeonis, Jos. 19. v. 5. Etym. *atrium*, vel

fœnum equi ; ex חָצֵר *atrium*, vel חָצִיר *fœnum*, & סוּס *equus.*

חצר סוסים חֲצַר סוּסִים Maſſ. *Hhatſár ſouſím*, Vulg. *Haſarſuſim*, nomen proprium civitatis Tribus Simeonis, 1. Paral. 4. v. 31. quæ videtur eadem ac præcedens. Etym. *atrium*, vel *fœnum equorum ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & סוּסִים *equi.*

חצר שׁועל חֲצַר שׁוּעָל Maſſ. *Hhatſár ſchouál*, Vulg. *Haſarſuál*, & *Haſerſuál*, nomen proprium civitatis primum Tribus Judæ, deinde Simeonis, Joſ. 19. v. 3. 1. Paral. 4. v. 28. Etym. *atrium* vel *fœnum vulpis ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & שׁוּעָל *vulpes.*

חצרו חֶצְרוֹ Maſſ. *Hhetſró*, Vulg. *Heſró*, nom. proprium unius è fortiſſimis David, 1. Paral. 11. v. 37. qui 2. Reg. 23. v. 35. dicitur חֶצְרַי *Hhetſrái*, vel, ut Vulg. ſcripſit *Heſrái*, ſecundum lectionem Maſſor. Etym. *atrium*, vel *fœnum ejus ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & aff. 3. p. ſ. m.

חצרון חֶצְרֹן vel חֶצְרוֹן, Maſſ. *Hhetſrón*, Vulg. *Heſrón* & *Eſrón*, nom. proprium 1°. filii Ruben, Gen. 46. v. 9. 2°. filii Phares filii Juda, ibid. v. 12. 1. Paral. 4. v. 1. 3°. civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 3. Etym. *ſagitta* vel *diviſio cantici*, ſive *exſultationis ;* ab חֵץ *ſagitta*, vel חָצַץ *diviſit*, & רָנַן *cecinit, cantavit, exſultavit.* Vel *atrium*, ab חָצֵר idem. Vel *fœnum ;* ab חָצִיר *fœnum, gramen.*

חצרוני חֶצְרוֹנִי Maſſ. *Hhetſroní*, Vulg. *Heſronitæ*, nomen propr. ſive patronymicum poſterorum Heſron filii Ruben, Num. 26. v. 6. Vide nom. pracedens cum ejus etymologia.

חֶצְרַי Maſſ. *Hhetſrái*, Vulg. *Heſrái*, 2. Reg. 23. v. 35. nomen propr. viri, qui 1. Paral. 11. v. 37. dicitur חֶצְרוֹ *Hhetſró*, Vulg. *Heſró*. Vide ſupra. Etym. *atria mea ;* ex חָצֵר *atrium*, & aff. 1. p. ſ. c.

חצרים חֲצֵרִים Maſſ. *Hhatſerím*, Vulg. *Haſerím*, nomen proprium civitatis in dorſo montis Seir, inter Ægyptum & terram Chanaan, Deut. 2. v. 23. Etym. *atria*, vel *ſagitta excelſa ;* ab חָצֵר *atrium*, vel חֵץ *ſagitta*, & רוּם *altum, excelſum eſſe.*

חצרמות חֲצַרְמָוֶת Maſſ. *Hhatſarmáveth*, Vulg. *Aſarmóth* (legebat חֲצַרְמוֹת) nomen proprium filii Jectan, Gen. 10. v. 26. Etym. *atrium*, vel *fœnum mortis ;* ab חָצֵר *atrium*, vel חָצִיר *fœnum*, & מָוֶת *mors.*

חֶצְרוֹן vide ſupra חֶצְרוֹן, col. præced.

חצרות חֲצֵרוֹת Maſſ. *Hhatſeróth*, Vulg. *Haſeróth*, nomen proprium loci in deſerto Pharan, ubi fuit quarta & decima manſio filiorum Iſraël, Num. 13. v. 1. c. 33. v. 18. & Deut. 1. v. 1. Etym. *atria, veſtibula, villæ ;* ab חָצֵר idem.

חק חֵק *ſinus*, vide חֵיק, ſupra col. 582.

חק חֹק, & ſequente Maqqaph חָק־ hhoq-, m. Lxx. Aq. ἀκριβασμὸς, Aq. item, ἀκρίβασμα, Vulg. & alii, *ſtatutum, decretum.* Lxx. Sym. πρόσταγμα, Sym. item, ἐπιταγὴ, διάταξις, alius, ἐντολὴ *præceptum.* Lxx. Sym. item, σύνταξις *conſtitutio.* Lxx. item, δικαίωμα *jus*, δόσις *donum*, ἔργον *opus*, νόμος *lex*, τὸ νόμιμον *legitimum, lege ſtatutum*, ὅριον (Sym. ὅρος) *terminus*, χρόνος *tempus*, proprie definitum & ſtatutum, τὰ αὐτάρκη *quæ ſufficiunt*, κόλπος *ſinus*, Job. 23. v. 12. ubi legebant חֵק vel חֵיק. Alius item, μερὶς *pars, portio.* Alii item, *modus, ratio, penſum, demenſum, ritus, cerimoniæ*, maxime quando jungitur cum voce מִשְׁפָּט *judicium.* Cum præf. וְחֹק & וְחָק־ vehhoq- *& ſtatutum*, לְחֹק & לְחָק־ lehhoq- *in ſtatutum, in legem, in conſuetudinem.* Cum præf. & aff. חֻקּוֹ *ſtatutum ejus*, m. חָקְךָ hhoqechá, ſine dagh. in ק ob (·) ei ſuppoſitum, *demenſum tuum*, m. חֻקֵּךְ *demenſum tuum*, f. חֻקִּי *ſtatutum meum*, c. מֵחֻקִּי *ſupra ſtatutum meum*, c. חֻקָּם *portio eorum*, חָקְכֶם hhoqchém, ejecto dagh. ex ק ob (·) infra ſcriptum, *demenſum veſtrum*, m. Plur. חֻקִּים, cum præf. הַחֻקִּים, *ſtatuta*, וְחֻקִּים & וְהַחֻקִּים, *& ſtatuta*, לַחֻקִּים *inter ſtatuta.* Conſt. חֻקֵּי *ſtatuta.* Cum præf. & (ו) pro (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, בְּחוּקֵּי *in ſtatutis.* Cum præf. & aff. חֻקָּיו *ſtatuta ejus*, m. וְחֻקָּיו *& ſtatuta ejus*, m. בְּחֻקָּיו *in ſtatutis ejus*, m. חֻקֶּיךָ *ſtatuta tua*, m. וְחֻקֶּיךָ *& ſtatuta tua*, m. בְּחֻקֶּיךָ *in ſtatutis tuis*, m. מֵחֻקֶּיךָ *à mandatis tuis*, m. חֻקַּי & in pauſa חֻקָּי, *ſtatuta mea*, c. וְחֻקַּי *& ſtatuta mea*, c. מֵחֻקַּי *à ſtatutis meis*, c. R. חָקַק *ſtatuit, decrevit*, unde חֹק *decretum*, cujus hhólem in ſing. cum affix. &

in toto plurali mutatur in (ֹ hhatoúph) vel in (ֻ), sequente dagh. forti, ad secundam radic. excidentem compensandam. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 64. c. 1. p. 96. §. VII.

חקה QAL, unde PUAL חֻקָּה, ex quo PAOUL s. m. מְחֻקֶּה, Exech. 8. v. 10. c. 23. v. 14. & cum præf. הַמְּחֻקֶּה, 3. Reg. 6. v. 35. Lxx. διαγεγραμμένος *descriptus*, ἐζωγραφημένος, Vulg. & alii, *depictus*, *expressus*, *effigiatus*, *insculptus*. Et substantive, 3. Reg. 6. v. 35. Lxx. ἐκτύπωσις *expressio*, Vulg. *regula*.

HITHPAEL הִתְחַקָּה, unde 2. p. s. m. FUT. תִּתְחַקֶּה, Job. 13. v. 27...... *&* *super radices pedum meorum*, תִּתְחַקֶּה, Lxx. ἀφίκου *pervenisti*. Alius, qui videtur esse Aq. περιεχάραξας *circumscribis*, *circumcidis*. Vulg. *considerasti*. Alii, *imprimeris*, *arcte inhæres*. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 146. c. 2.

חקה fem. Hoc nomen idem est ac præcedens חק, sed in alia forma; unde Lxx. Sym. πρόσταγμα, Lxx. item, ἐντολὴ *præceptum*. Lxx. Theod. τὸ νόμιμον *legitimum*, *lege statutum*. Aq. ἀκρίβεια, ἠκριβασμένον, *accuratum statutum*. Lxx. item, δικαίωμα *jus*, κρίμα *judicium*, νόμος *lex*, ἐπιστροφὴ *conversio*, &c. In phrasi, חקת עולם & לחקת עולם, Lxx. εἰς τὸν αἰῶνα *in sæculum*. Cum præf. החקה *statutum*. Construct. חקת idem. Cum præf. כחקת *secundum statutum*, לחקת *in statutum*. Plur. חקות *statuta*. Cum præf. בחקות & בחקת, *in statutis*, מחקות *à statutis*. Cum præf. & aff. חקתיו *statuta ejus*, m. וחקתיו *&* *statuta ejus*, m. ובחקותיו *&* *in statutis ejus*, m. בחקתיה *in statutis tuis*, m. חקותי & in pausa חקתי, *statuta mea*, c. חקתי & in pausa בחקותי & בחקתי, וחקותי, *&* *statuta mea*, c. *in statutis meis*, c. ובחקותי *&* *in statutis meis*, c. כחקתם *secundum statuta eorum*, ובחקתיהם *&* *in statutis eorum*. R. חקק *statuit*, *decrevit*.

חקופא Mass. *Hhaqouphá*, Vulg. *Hacuphá*, nomen proprium viri Nathinæi, cujus posteri è captivitate Babyl. una cum Zorobabele reversi sunt, Esd. 2. v. 51. al. 52. Etym. *præceptum*, *statutum*, aut *sculptura oris*; ex חק *præceptum*, &c. & פה *os*, *oris*.

חקק QAL. Lxx. ἀφορίζω *segrego*, *separo*, *divido*, γράφω *scribo*, διαγράφω *describo*, ζωγραφέω *pingo*, *ad vivum exprimo*, ἰσχυρὸν ποιέω *fortem*, *robustum facio*, *firmo*, &c. Aq. ἀκριβόω, Aq. Theod. ἀκριβάζομαι, *accurate describo*, *decerno*. Sym. στερίζω *firmo*, Theod. διαχαράσσω *exaro*. Alii item, *statuo*, *incido*, *insculpo*, *delineo*, *literis mando*, &c.

PRAET. 2. p. s. m. cum præf. וחקות *&* *describes*. 1. p. s. c. cum affix. חַקֹּתִיךְ, Isai. 49. v. 16. Lxx. ἐζωγράφηκα *depinxi* (muros tuos). Aq. ἠκρίβωσά σε, Vulg. *descripsi te*, s. Sym. ἐστερέωσά σε *firmavi te*. Theod. διεχάραξά σε *exaravi te*.

BEN. s. m. cum (ִ) patag. aut potius antiqua vocali *e* subintellecta, חֹקְקִי *incidens*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 1. Plur. m. cum præfix. החקקים *decernentes*. Const. cum præf. לחקקי, Jud. 5. v. 9. Lxx. εἰς τὰ διατεταγμένα *ad ea quæ præcepta*, *ordinata sunt*. Aq. Theod. τοῖς ἀκριβαζομένοις *legislatoribus*, sic etiam alii. Vulg. *principes*. Sym. εἰς τὰ προστάγματα *in*, vel *ad mandata*.

PAOUL pl. m. cum (ֻ) pro (ו), חֻקִּים, Ezech. 23. v. 14. Lxx. ἐζωγραφημένοι, Vulg. & alii, *picti*, *depicti* (viri), vel *pictæ* (imagines).

INFIN. cum præf. & aff. בְּחֻקּוֹ, & cum (ו) pro (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, aut ex forma quiesc. ע, בְּחוּקוֹ, *cum statueret*, *poneret*, *describeret*.

IMPER. 2. p. s. m. cum aff. חֻקָּהּ, Isai. 30. v. 8. Vulg. *diligenter exara illud*. Vacat apud Lxx.

POEL חוֹקֵק vel חֹקֵק, unde BEN. s. m. מְחֹקֵק, Lxx. ἄρχων *imperator*, βασιλεὺς *rex*, ἡγούμενος, Vulg. *dux*, ἐξερευνῶν *investigans*. Aq. ἀκριβαζόμενος, ἀκριβαστής, Vulg. & alii, *legislator*, *legifer*, *decernens*. Sym. διατάσσων *præcipiens*, *disponens*. Lxx. item substantive, βασιλεία *regnum*. Cum præf. ומחקק *&* *legislator*, במחקק *cum legislatore*. Cum affix. מְחֹקְקִי *legislator meus*, c. מְחֹקְקֵנוּ *legislator noster*, c. Plur. מְחֹקְקִים *legislatores*.

FUT. 3. p. pl. m. יְחֹקְקוּ, Prov. 8. v. 15. Lxx. γράφουσι *scribunt*, Aq. Theod. ἀκριβάσονται *decernent*, Vulg. *decernunt*.

PUAL חֻקַּק, unde Paoul. f. m. מְחֻקָּק, Prov. 31. v. 5. Lxx. σοφία *sapientia*. Vulg. *judicia*. Alii, *statutum*, *decretum*.

HOPHAL הֻחְקַק, unde 3. p. pl. m. Fut. cum præf. (ֻ) pro (ׂ) sub characteristica, & (ֻ) loco (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, aut ex forma quiesc. ע & in pausa, וְיֻחְקוּ, Job. 19. v. 23. pro וְיֻחְקְקוּ aut in pausa וְיֻחְקָקוּ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 227. c. 2. Lxx. καὶ τεθῆναι *& poni*, h. e. *ponantur*, aut *ponerentur*. Vulg. *exarentur*. Alii, *describerentur*.

חקק unde cum ה locali

חֻקֹּקָה Mass. *Hhaqoqa*, Vulg. *Hacuca*, nom. proprium urbis Tribus Nephthali, Jos. 19. v. 34. Etym. *sculptura*, vel *præceptum*, aut *legislatio*, &c. ab חקק *sculpsit*, *præcepit*, *legem tulit*, &c.

חֲקָקִים m. pl. unde conft. חִקְקֵי, Jud. 5. v. 15. cum ( ) pro (ֲ) sub ח, quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. §. II. Lxx. Vatic. ἐξικνούμενοι *sufficientes*, *potentes*. Ald. Complut. &, ut videtur, Aq. ἀκριβασμοὶ *statuta*, *decreta*. Idem Aq. secundum alios, διαλογισμοὶ *cogitationes*, sic etiam alii non pauci. Sym. ἀκριβεῖαι *accurationes*, *accurata statuta*. Vulg. juncta hac voce cum præcedenti גְּדֹלִים *magni*, & cum sequenti לֵב *cor*, vertit: *magnanimi*. Et Isai. 10. v. 1. Vulg. *leges*, alii, *statuta*, *decreta*. Lxx. hanc & sequentem vocem אָוֶן *iniquitas*, interpretantur πονηρίαν *malitiam*. R. חקק *statuit*, *decrevit*, &c.

חקר QAL. Lxx. Theod. ἐρευνάω *scrutor*. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐξερευνάω *perscrutor*. Lxx. Sym. ἐξακριβάζω vel ἐξακριβάζομαι, *diligenter perscrutor*, ἐξιχνιάζω, Lxx. item, ἰχνεύω, *accurate investigo*. Lxx. item, ἐτάζω *inquiro*, Sym. item, ἐξετάζω *exquiro*, *examino*. Lxx. item, ἀνακρίνω *scrutor*, *interrogo*, δοκιμάζω *probo*, ἐκζητέω *exquiro*, ἐλέγχω *increpo*, ἐρωτάω *interrogo*, καταγινώσκω *condemno*, τιμάω *honoro*; quæ enim diligentet inquiruntur, ea quodammodo honorantur.

Praet. 3. p. f. m. cum præf. & affix. וַחֲקָרוֹ *& scrutabitur eum*. 3. p. f. f. cum aff. חֲקָרָהּ *scrutatus est eam*. 2. p. f. m. cum præf. וְחָקַרְתָּ *& investigabis*, *& interrogabis*. 1. p. f. c. cum aff. חֲקַרְתַּנִי *investigasti*, *probasti me* &c. 1. p. pl. c. cum aff. חֲקַרְנוּהָ *investigavimus illud*.

Ben. f. m. חֹקֵר & חוֹקֵר, *investigans*, *scrutans*.

Infin. חְקֹר *investigare*. Cum præf. לַחְקֹר *ad investigandum*. Cum præf. & aff. וּלְחָקְרָהּ oulehhoqra *& ad explorandum eam*.

Imper. 2. p. f. m. cum aff. חָקְרֵנִי *scrutare*, *proba me*, c. 2. p. pl. m. חִקְרוּ *explorate*.

Fut. 3. p. f. m. יַחְקֹר, & sequente Maqqaph יַחְקָר־ iahhqor-, contracte pro יַחְקֹר & יַחֲקֹר־, *scrutabitur*, *probabit*. Cum affix. יַחְקְרֶנּוּ *scrutabitur eum*. 1. p. f. c. אֶחְקֹר contracte pro אֶחֱקֹר, *interrogabo*, *explorabo*. Cum aff. אֶחְקְרֵהוּ *investigabo*, *investigam eam* (causam). 3. p. pl. m. in pausa; quare servatur hhólem, יַחְקֹרוּ contracte pro יַחֲקֹרוּ, *investigabunt*. 2. p. pl. m. cum ן paragog. תַּחְקְרוּן *investigabitis* 1. p. pl. c. cum præf. & ה parag. וְנַחְקְרָה *& investigabimus*.

NIPHAL נֶחְקַר, Lxx. εἰμὶ *sum*, ἐκλείπω *deficio*, εἰκάζομαι *assimilor*, ταπεινοῦμαι *humilior*. Alii, *investigor*, *pervestigor*, &c.

Praet. 3. p. f. m. נֶחְקַר contracte pro נֶחֱקַר *pervestigatum est*, *pervestigabile erat*.

Fut. 3. p. f. m. יֵחָקֵר *pervestigabitur*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיֵחָקְרוּ *& pervestigabuntur*.

PIEL חִקֵּר, unde 3. p. f. m. cum præf. וְחִקֵּר, Eccle. 12. v. 9. Lxx. καὶ ἐξιχνιάσεται, Vulg. & alii, *& investigavit*, *& scrutatus est*.

חֵקֶר m. Lxx. Aq. ἐξιχνιασμὸς *investigatio*, *inquisitio*, *scrutatio*, *perscrutatio*, *scrutinium*. Lxx. & alius, ἐξεύρεσις *inventio*. Lxx. item, ἴχνος *vestigium*, πέρας *finis*. Et Verbaliter, τιμάω *honoro*. Cum negatione אֵין חֵקֶר, Lxx. ἀνεξιχνίαστος *imperscrutabilis*, ἀνεξιχνίαστος *impervestigabilis*, ἀπέραντος *infinitus*. Cum præf. הַחֵקֶר, cum (ַ) sub ה interrog. pro (ֲ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 375. c. 2. *an investigatio*? *an vestigium*? וְחֵקֶר *& investigatio*, וּבְחֵקֶר *& in scrutatione*, לְחֵקֶר *ad investigationem*. Plur. conft. חִקְרֵי, Jud. 5. v. 16. cum (ִ) pro (ֵ) sub ח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 93. c. 1. Lxx. Vatic. ἐξετασμοὶ exqui-

exquisitiones, Ald. Complut. & mſ. Oxon. ἐξιχνιασμοὶ, *investigationes*. Vulg. *magnanimi*, legebat חִקְקֵי, ut v. 15. Vide ſupra in חֻקְקִים. R. חָקַר *ſcrutatus, perſcrutatus eſt, investigavit*, &c.

חֹר
חֹר } vide חוֹר, ſupra col. 556.
חֹרֵאיהֶם

חָרַב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐρημόομαι, Lxx. item, ἐξερημόομαι, Vulg. & alii, *vaſtor, deſolor, in ſolitudinem redigor.* Lxx. item, ἐκλείπω *deficio*, ξηραίνομαι, Vulg. & alii, *ſiccor, exſiccor*; & active, ξηραίνω *ſicco*, ἀναξηραίνω *exſicco*.

PRAET. 3. p. pl. c. חָרְבוּ *ſiccatæ ſunt, defecerunt* (aquæ). Cum præf. וְחָרְבוּ *& ſiccabuntur*.

INFIN. חֲרֹב *vaſtando, vaſtatione.*

IMPER. 2. p. ſ. m. חֲרֹב, Jerem. 50. v. 21. Lxx. ἐκδίκησον μαχαίρᾳ *ulciſcere gladio*, Vulg. *diſſipa*, alii, *tolle gladio*. 2. p. ſ. f. ex forma (-) & in pauſa; quare (-) mutatur in (·); & cum (ֲ) ſub ח pro (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 166. c. 2. חֳרָבִי *ſiccare, exſiccator*. 2. p. pl. m. חִרְבוּ, Jerem. 50. v. 27. Lxx. ἀναξηράνατε *exſiccate*, Vulg. *diſſipate*, alii, *gladio tollite*. Et cum (· hhatouph) pro (·) ſub ח, vide eand. Gram. ibid. p. 167. c. 1. חׇרְבוּ hhorvoú *deſolamini*.

FUT. 3. p. ſ. m. יֶחֱרַב *ſiccabitur*. Cum præf. וְיֶחֱרַב *& ſiccabitur*, יֶחֱרָב in pauſa; quare (-) mutatur in (·), *& ſiccatum, & exſiccatum eſt* (mare). 3. p. ſ. f. תֶּחֱרַב & in pauſa תֶּחֱרָב, *vaſtabitur*. 3. p. pl. m. יֶחֶרְבוּ & in pauſa; quare (-) mutatur in (·), יֶחֱרָבוּ *vaſtabuntur*. 3. p. pl. f. תֶּחֱרַבְנָה *deſolabuntur*.

NIPHAL נֶחֱרַב, unde 3. p. pl. c. PRAETERITI נֶחֶרְבוּ, 4. Reg. 3. v. 23. Lxx. ἐμαχέσαντο, Vulg. *pugnaverunt*, alii, *deſolati ſunt*.

BEN. ſ. f. ex forma ה præcedente duplici (·), נֶחֱרֶבֶת, Lxx. ἠρημωμένη, Vulg. & alii, *deſolata*. Plur. f. נֶחֱרָבוֹת (à forma f. נֶחֱרָבָה) *deſolatæ*.

PUAL חֹרַב, unde 3. p. pl. c. PRAET. in pauſa; quare (-) mutatur in (·), חֹרָבוּ, Jud. 16. vv. 7. 8. Lxx. Theod. participial. ἠρημωμέναις *deſertis, deſolatis*, Lxx. item, διεφθαρμέναις *corruptis*, Aq. ἀλωστοῖς

volutis, convolutis, Sym. ξηρανθείσαις (νευραῖς) *ſiccatis*, Vulg. *ſiccis* (nervis), ſeu funibus, qui è nervis tortis erant facti. Alii, *ſiccati, exſiccati ſunt*.

HIPHIL הֶחֱרִיב, Lxx. ἐρημόω, ἐξερημόω, *vaſto, deſolo, in ſolitudinem redigo.* Alii item, *ſicco, exſicco*, cum de fontibus aut aquis in genere ſermo eſt.

PRAET. 3. p. ſ. m. הֶחֱרִיב *vaſtavit*. 1. p. ſ. c. הֶחֱרַבְתִּי *vaſtavi*. Cum præf. וְהֶחֱרַבְתִּי *& exſiccabo*, à forma הֶחֱרִיב, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 183. c. 1. 3. p. pl. c. הֶחֱרִיבוּ *vaſtarunt*.

BEN. ſ. m. מַחֲרִיב *vaſtans, vaſtator*. Fem. cum præf. & ex forma ה præcedente duplici (·), הַמַּחֲרֶבֶת *exſiccans*. Plur. m. cum præf. & aff. וּמַחֲרִיבַיִךְ *& vaſtatores tui*, f.

FUT. 1. p. ſ. c. אַחֲרִיב *exſiccabo, vaſtabo*. Cum præf. וְאַחֲרִיב *& exſiccabo*.

HOPHAL הָחֳרַב, Lxx. ἐρημόομαι *vaſtor, deſolor, in ſolitudinem redigor.*

PRAET. 3. p. ſ. f. in pauſa; quare revocata eſt morio primariæ vocis (-), quæ inſuper mutata eſt in (·), הָחֳרָבָה, & Chald. הׇחׇרְבַת hóhhorváth, *vaſtata eſt.*

PAOUL pl. m. מׇחֳרָבוֹת *vaſtatæ, deſolatæ*.

INFIN. הׇחֳרַב *vaſtando, deſolando.*

חָרֵב m. Lxx. ἔρημος *ſolitarius*. Et Verbaliter, ἐρημόομαι *vaſtor, deſolor, in ſolitudinem redigor*, &c. Alii, *vaſtatus, deſolatus, ſiccus*. Cum præf. הֶחָרֵב *vaſtatus*. Pro (·) loco (·) ſub ה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Fem. חֲרֵבָה *ſicca, vaſtata*. Cum præf. וְחָרֵבָה *& ſicca, vel ſiccum*. Plur. fem. cum (ֲ) ſub ח pro (-), quaſi ab חֲרֵבָה, הֶחֳרֵבוֹת, Ezech. 36. vv. 35. 38. *deſolatæ*. Vide pro (·) ſub ה ante (ֲ), Gram. ibid.

חֶרֶב & in pauſa חָרֶב, f. Lxx. Aq. Sym. μάχαιρα, Vulg. & alii, *gladius*. Lxx. Theod. V[a]. & VI[a]. edit. ῥομφαία *framea*. Aq. Theod. ὅπλα *arma* in genere. Lxx. item, ἐγχειρίδιον *pugio, parvulus gladius*, λόγχη *haſta*, ξίφος *gladius*, πόλεμος *bellum*, quod gladio conficitur, προμαχὼν *propugnaculum*, σίδηρος *ferrum*, per metonymiam materiæ pro re, quæ ex ea fit; σφαγὴ *mactatio*, φόνος *cædes*, χεὶρ *manus*, &c. Alii item, *novacula, malleus, culter, cælum*, ſive *ſcalprum*,

securis, &c. nam hoc nomen, teste Qimhhio, ad omnem rem exscindentem transfertur. Cum præf. חֶרֶב *gladius*, וְחֶרֶב & וּחֶרֶב, *& gladius*, בְּחֶרֶב, בחרב, & in pausa בֶּחָרֶב, *gladio*, *cum gladio*, וּבְחֶרֶב & וּבֶחָרֶב, *& gladio*, כְּחֶרֶב *sicut gladius*, לְחֶרֶב & in pausa לֶחָרֶב, *gladio*; pro (·) sub ל, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 2. מֵחֶרֶב *à gladio*. Cum præf. & affix. חַרְבּוֹ *gladius ejus*, m. וְחַרְבּוֹ *& gladius ejus*, m. בְּחַרְבּוֹ *gladio ejus*, m. וּבְחַרְבּוֹ *& gladio ejus*, m. חַרְבְּךָ & in pausa חַרְבֶּךָ, *gladius tuus*, m. בְּחַרְבְּךָ *gladio tuo*, m. חַרְבִּי *gladius meus*, c. וְחַרְבִּי *& gladius meus*, c. בְּחַרְבִּי *gladio meo*, c. חַרְבָּם *gladius eorum*, בְּחַרְבָּם *gladio eorum*, חַרְבְּכֶם *gladius vester*, m. Plur. חֲרָבוֹת *gladii*. Cum præf. בַּחֲרָבוֹת *cum gladiis*, לַחֲרָבוֹת *in gladios*. Const. חַרְבוֹת *gladii*. Cum præfix. בְּחַרְבוֹת *cum gladiis*. Cum præf. & affix. בְּחַרְבוֹתָיו *gladiis ejus*, m. חַרְבוֹתָם & חַרְבוֹתֵיהֶם, *gladii eorum*, בְּחַרְבוֹתָם & בְּחַרְבוֹתֵיהֶם, *cum gladiis eorum*. Rad. חָרַב *vastavit*, *desolavit*; unde *gladius* vastationis & desolationis instrumentum.

חֹרֶב m. Lxx. & alius, καῦμα, Vulg. & alii, *æstus*. Lxx. item, ξηρασία *ariditas*, κόραξ, Vulg. *corvus*, Soph. 2. v. 14. ubi legebant עֹרֵב; ῥομφαία *framea*, Ezech. 29. v. 10. ubi Vulg. *gladius*; & Agg. 1. v. 11. quibus duobus in locis legerunt חֶרֶב. Et adjective, ἔρημος *desertus*, *solitarius*, Isai. 61. v. 4. ubi legebant חָרֵב. Alii item, *desolatio*, *vastitas*; Vulg. *siccitas*. Cum præfix. כְּחֹרֶב *sicut æstus*, לְחֹרֶב & לַחֹרֶב, *æstui*, *vastitati*, מֵחֹרֶב *ab æstu*. Rad. חָרַב *vastavit*, *desolavit*, *siccatus*, *exsiccatus est*.

חֹרֵב, & cum ה locali חֹרֵבָה, Mass. *Hhorév*, Vulg. *Horéb*, nom. propr. 1°. jugi montis Sinai in deserto Madian, Exod. 3. v. 1. 2°. petræ, quam percussit Moyses in deserto Raphidim, Exod. 17. v. 6. Etym. *gladius*; ab חֶרֶב idem. Vel *siccitas*, *vastatio*, *desertum*, *solitudo*, vide vocem præced.

חָרָבָה f. cum (·) sub ח pro (-) & daghésch; est enim formæ בַּקָּשָׁה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 391. c. 1. Lxx. ξηρά *arida*, scilicet terra. Et adjective, ἔρημος *desertus*, *solitarius*. Alii item, *siccitas*, *siccum*, *locus siccus*. Hinc cum præf. הֶחָרָבָה *siccum*, בֶּחָרָבָה *in sicco*, *per siccum*, לֶחָרָבָה *in siccum*. Pro (·) sub præf. pro (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. 70. c. 2. & 380. c. 1. R. חָרַב *siccatus*, *exsiccatus est*.

חָרְבָה f. unde pl. cum præf. בָּחֳרָבוֹת bàhhoravóth, Isai. 48. v. 21. Lxx. δι' ἐρήμου *per desertum*, Ald. ἐν τῇ ἐρήμῳ, Vulg. *in deserto*, alii, *per loca sicca*. R. חָרַב *siccatus*, *exsiccatus est*.

חָרְבָּה hhorbà, f. Lxx. ἐρημία *solitudo*, ἐρήμωσις *desolatio*, *vastitas*, ὀνειδισμὸς *opprobrium*. Et adjective, ἔρημος *desertus* (locus), vel *desertum*. Cum præf. וְחָרְבָּה *& vastitas*, לְחָרְבָּה *in desolationem*. Plur. absol. חֳרָבוֹת *vastitates*. Lxx. Aq. Theod. V^a. edit. οἰκόπεδον, Psal. 101. Heb. 102. v. 7. Vulg. Lat. *domicilium*. Sym. ἐρείπιον *structura*. Cum præf. הֶחֳרָבוֹת *vastitates*, וְהֶחֳרָבוֹת *& vastitates*, בָּחֳרָבוֹת bàhhoravóth & בֶּחֳרָבוֹת, *in vastitatibus*, לֶחֳרָבוֹת *vastitatibus*. Pro (·) loco (·) sub præfix. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. p. 70. c. 2. p. 380. c. 1. Const. חָרְבוֹת hhorvóth *vastitates*. Cum præfix. וְחָרְבוֹת vehhorvóth *& vastitates*, cum (· hhatoúph) sub ח in toto hoc plurali; לְחָרְבוֹת *in vastitates*, וּלְחָרְבוֹת *& in vastitates*. Cum præf. & affix. חָרְבֹתֶיהָ hhorvothéha *vastitates ejus*, f. וְחָרְבוֹתֶיהָ *& vastitates ejus*, f. חָרְבוֹתַיִךְ *vastitates tuæ*, f. מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *à vastitatibus eorum*, חָרְבֹתֵינוּ *vastitates nostræ*, c. R. חָרַב *vastavit*, *desolavit*.

חַרְבוֹנָא Mass. *Hharvoná*, Vulg. *Harbona*, nomen proprium unius è septem eunuchis regis Assueri, Esth. 1. v. 10. Etym. *vastitas*, vel *gladius*, vel *siccitas*, aut *vastatio*; ab חָרְבָּה *vastitas*, vel חֶרֶב *gladius*, aut חָרָבָה *siccitas*, *vastatio*.

חַרְבוֹנִים m. plur. unde const. & cum præf. בְּחַרְבוֹנֵי, Psal. 31. Heb. 32. v. 4. Lxx. Theod. ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι, Vulg. Lat. *dum configitur mihi* (spina); legebant בְּחָבְרִי behhovréni, trajectis literis & contracte pro בְּחַבֵּר עִמִּי, ab חָבַר *sociatus*, *consociatus est*. Aq. ἐν ἐρημώσει *in vastitate* (æstiva). Sym. ὡς καῦσος *sicut ardor* (æstivus), legebat כְּחַרְבוֹנֵי. V^a. edit. ἐν τῷ ἐρημωθῆναι *dum vastarentur* (fruges). S. Hieron. *cum*

exardesceret (æstas). Alii , humor meus radicalis versus est *in siccitates æstatis*. R. חָרֵב *siccatus* , *exsiccatus est*.

חרג QAL, unde 3. p. pl. m. Futuri cum præf. וַיַּחְרְגוּ , Psal. 17. Heb. 18. v. 46. Lxx. καὶ ἐχώλαναν , Vulg. Lat. *& claudicaverunt*. S. Hieron. *& contrahentur* , confer 2. Reg. 22. v. 46. ubi transpositis literis est וְיַחְגְּרוּ *& constringentur* præ animi angustia & pœnæ metu. Alii, *& trepidabunt*, *& contremiscent* , *& expavescent*.

חַרְגֹּל m. Lxx. ὀφιομάχης , Vulg. *ophiomachus*, volucris aut lacertæ genus pugnantis cum serpente ; ab ὄφις *serpens* , & μάχη *pugna* aut μάχομαι *pugno*. Aliis est *cantharus* , genus locustæ cujus esus Judæis à Moise conceditur. Hinc cum præf. הַחַרְגֹּל , Levit. 11. v. 22. *ophiomachus*. R. חרגל inusit. Alii deducunt ab חָרַג *arcuatus fuit* , & רֶגֶל *pes* ; quod id insecti genus arcuatos pedes habeat.

חרד QAL. Lxx. ἐξίσταμαι , ἐξαίσταμαι , *obstupesco* , πτοέομαι *terreor* , ταράσσομαι *turbor* , φοβέομαι *timeo* , φόβος λαμβάνει με *timor capit me* , ἐκπέτομαι *evolo* , προσδέχομαι *expecto*. Aq. Sym. ἐκπλήσσομαι *terrore percellor*. Sym. item , πτοέω *expavesco*. Alius , ἀγωνιάω *in angustiis versor*. Alii item , *sollicitus sum* , *trepido* , *trepide occurro* ; tuncque construitur cum אֶל־ & אַחַר .

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְחָרַד *& trepidabit*. 3. p. f. f. חָרְדָה *trepidavit*. 2. p. f. f. חָרַדְתְּ *trepidasti*. 3. p. pl. c. חָרְדוּ *trepidarunt*. Cum præf. וְחָרְדוּ *& trepidabunt*.

Imper. 2. p. pl. m. חִרְדוּ *trepidate*.

Fut. 3. p. f. m. יֶחֱרַד *trepidabit*. Cum præf. וַיֶּחֱרַד *& trepidavit*. 3. p. pl. m. יֶחֶרְדוּ , & in pausa ; quare (-) mutatur in (·) , יֶחֱרָדוּ *trepidabunt*. Cum præf. וְיֶחֶרְדוּ *& trepidabunt* , וַיֶּחֶרְדוּ *& trepidarunt*.

HIPHIL הֶחֱרִיד , Lxx. ἐκφοβέω , φοβερίζω , *exterreo* , *perterreo* , *perterrefacio* , ἀποσοβέω *abigo* , διώκω *persequor* , ξύνω *acuo* , ταράσσω *perturbo* , πολεμέω *belligero*.

Praet. 3. p. f. m. הֶחֱרִיד *perterruit*. 1. p. f. c. cum præf. וְהַחֲרַדְתִּי *& perterrui*.

Ben. f. m. מַחֲרִיד *terrefaciens*.

Infin. cum præf. לְהַחֲרִיד *ad exterrendum*.

חָרֵד m. Lxx. δειλὸς *timidus* , διώκων *persequens* , ἐξεστηκὼς *obstupefactus* , τρέμων *tremens* , *trepidus*. Sym. ἔκθαμβος *attonitus*. Cum præf. וְחָרֵד *& trepidus*. Plur. m. cum præf. הַחֲרֵדִים *trepidi* , וְהַחֲרֵדִים *& trepidi*. R. חָרַד *timuit* , *perterritus fuit*.

חֲרֹד Masf. *Hharódh* , Vulg. *Harád* , nomen propr. fontis in confiniis Tribus Issachar, austrum versus , Jud. 7. v. 1. Etym. *stupor*, aut *tremor* ; ab חָרַד *stupefactus est* , *tremuit*.

חֲרָדָה f. Lxx. φόβος , Vulg. & alii , *timor* , *tremor* , *trepidatio* ; ἔκστασις *horror* , ἀσέβεια *impietas*. Et particip. φοβηθεὶς *timens* , *timidus*. Alii item , *tremor* , *trepidatio*. Cum præf. הַחֲרָדָה *trepidatio* , לַחֲרָדָה *in trepidationem*. Const. חֶרְדַּת *trepidatio* , cum (·) pro (-) ; quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur , vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1. 2. Cum præf. לַחֲרָדָה *in trepidationem*. Plur. חֲרָדוֹת *trepidationes*. R. חָרַד *timuit* , *trepidavit*.

חֲרֹדִי Masf. *Hharodhí* , Vulg. *Harodí* , nomen proprium loci , ex quo oriundi erant Semma & Elica fortes David , 2. Reg. 23. v. 25. & cujus positionem ignorare se fatentur interpretum doctissimi. Etym. *tremefactus* vel *stupefactus* ; ab חָרַד *tremuit* , *stupefactus est*. Vel *ardoris* aut *iræ abundantia* ; ab חָרַר *exarsit* , aut חָרָה *iratus est* , & דַּי *abundantia*.

חרה QAL. Lxx. Sym. ὀργίζομαι , Lxx. Theod. θυμόομαι , Vulg. & alii , *irascor* , *excandesco* , *furore succendor*. Lxx. Aq. Sym. λυπέομαι , Lxx. item , λυπηρὸς εἰμι , *tristis sum* , *tristitia afficior*. Lxx. item , ἀθυμέω *animum despondeo* , βαρυθυμέω *gravi sum animo* , *graviter fero* , ἐκκαίομαι *exuror* (referebant ad חָרַר) , παροξύνομαι *exacerbor* , πονηρόν ἐστι , *malum est* , πονηρὸν φαίνεται *malum videtur* , συγχέομαι *confundor* , συμφρύσσομαι , alius , ἐκφρύσσομαι , *aresco* , *torrefio*. Sym. item , ἐκτρύχομαι *conteror*. Cum hoc verbo semper exprimitur nomen אַף *ira* , vel subintelligitur. Cum exprimitur , construitur vulgo cum בְּ , rarius cum אֶל־ vel עַל *contra*. Quando subintelligitur , construitur cum לְ , vel בְּעֵינֵי *in oculis*.

Praet. 3. p. ſ. m. חָרָה *exarſit*, ſupple *ira*; atque ita cum omnibus temporibus, modis, & perſonis hujus verbi. Alii, *iratus eſt*. Cum præfix. וַיִּחַר *& exardeſcet*. 3. p. pl. c. חָרוּ *exardeſcent*.

Infin. חֲרוֹת *exardeſcendo*, *iraſcendo*. In alia forma & cum præf. בַּחֲרוֹת *in ardendo*, *in iraſcendo*, לַחֲרוֹת *ad ardendum*, *ad iraſcendum*.

Fut. 3. p. ſ. m. יֶחֱרֶה, & per apocopen, de qua vide Gram. Heb. t. 1. p. 288. c. 2. יִחַר *accendetur*, *iraſcetur*. Cum præf. & eadem apocopa, וַיִּחַר *& accenſa eſt* (ira), *& iratus eſt*.

NIPHAL נֶחֱרָה, unde Ben. pl. m. cum præf. הַנֶּחֱרִים, Iſai. 41. v. 11. Lxx. ἀντικείμενοι *adverſantes*, *adverſarii*, Vulg. *qui pugnant*. Et cap. 45. v. 24. al. 25. Lxx. διορίζοντες *dividentes*, Vulg. ut cap. 41. v. 11. Alii utrobique, *iraſcentes*, *exardeſcentes*.

HIPHIL הֶחֱרָה, 3. p. ſ. m. Praet. Nehem. 3. v. 20. *accendit* ad inſtaurandum, h. e. ardenter, fervide inſtauravit. Complut. εἰς τὸ ὄρος αὐτοῦ *in monte*, vel *in montem ejus*, legeb. הָהָרוֹ ab הַר *mons*, cum ה pro (ו) in fine, & cum ה articulo cum affixo præter analogiam. Vulg. *in monte*, legebat הָהָרָה cum ה locali, ab eodem nomine הַר *mons*. Vacat apud Lxx. Vatic.

Fut. 3. p. ſ. m. cum apocopa, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 302. c. 1. וַיַּחַר, Job. 19. v. 11. Lxx. δεινῶς δὲ ἐχρήσατο *graviter autem uſus eſt* ira adverſum me, Vulg. *iratus eſt*, alii, *& accendit* iram ſuam contra me.

HITHPAEL הִתְחָרָה, unde 2. p. ſ. m. Fut. אַל־תִּתְחַר, Pſal. 36. Heb. 37. v. 1. per apocopen pro אַל־תִּתְחָרֶה, vel compenſato dagh. אַל־תִּחַחֲרֶה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 306. c. 2. Lxx. μὴ παραζήλου *ne æmuleris*. Vulg. Lat. *noli æmulari*. Aq. μὴ διαμάχου *ne pugna*. Sym. VIª. edit. μὴ φιλονείκει *ne contende*, *ne altercare*. Vª. edit. μὴ ἐρέθιζε, Theod. μὴ παρερέθιζε, *ne irritare*. Et Prov. 24. v. 18. al. 19. Lxx. μὴ χαῖρε *ne gaudeas*, Aq. Theod. μὴ διαμάχου *ne pugna*. Vulg. *ne contendas*. Alii utrobique, *ne ſuccenſeas*, *ne iraſcaris*.

חַרְהֲיָה Maſſ. *Hharhaiá*, Vulg. *Haraiá*, nomen proprium patris Eziel, Nehem. 3. v. 8. Etym. *ira*, aut *calor Domini*; ab חָרָה *iratus eſt*, *exarſit*, & יָהּ *Dominus*.

חֲרוּזִים m. pl. unde cum præf. בַּחֲרוּזִים, Cant. 1. v. 9. al. 10. Lxx. ὡς ὁρμίσκοι, Vulg. *ſicut monilia*, legebant כַּחֲרוּזִים. Alii, *in torquibus*, *in monilibus*, *in margaritis*; vel *propter torques*, *monilia*, *margaritas*, &c. R. חָרַז inuſit.

חָרוּל m. Lxx. φρύγανον *ſarmentum*, Vulg. *ſpina*, *ſentis*, alii, *carduus*, *urtica*. Plur. חָרֻלִּים cum (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, pro חֲרוּלִים *urticæ*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 65. c. 1. R. חָרַל inuſit.

חָרוּם m. Levit. 21. v. 18. vel cum (ֻ) pro (וּ), חָרֻם, Lxx. κολοβόῤῥιν *qui mutilo*, *præciſo*, Vulg. *parvo naſo eſt*, alii, *ſimus*. Rad. חָרַם inuſit. in hac ſignificatione.

חֲרוּמַף Maſſ. *Hharoum.iph*, Vulg. *Haromáph*, nomen proprium filii Jedaiæ, Nehem. 3. v. 10. Etym. *deſtructio*, ſive *anathema oris*; ab חָרַם in Hiph. *perdidit*, *deſtruxit*, *anathematizavit*, & פֶּה *os*, *oris*.

חָרוֹן & חֲרוֹן, m. Lxx. ὀργὴ, Vulg. & alii, *ira*, θυμὸς *furor*, ὀνειδισμὸς *opprobrium*. Sym. ὁλόξηρος *totus ſiccus*, *totus aridus*, quaſi ab חָרַר *arſit*, *exarſit*. Alii, *æſtus*, *excandeſcentia*, *ira fervens*, &c. Conſt. חֲרוֹן *æſtus*. Cum præf. וַחֲרוֹן *& æſtus*, בַּחֲרוֹן *in æſtu*, מֵחֲרוֹן *ab æſtu*. Cum præf. & aff. וּבַחֲרוֹנוֹ *& in ira ejus*, vel *ſua*, m. חֲרֹנְךָ *in ira tua*, m. חֲרוֹנִי *ira mea*, c. Plur. cum aff. חֲרוֹנֶיךָ *iræ tuæ*, m. R. חָרָה *exarſit*, *iratus eſt*.

חֲרוּפִי Maſſ. *Hharouphí*, Vulg. *Haruphités*, nomen proprium loci aut urbis unde oriundus erat Saphatia, 1. Paral. 12. v. 5. De hoc loco aut urbe altum ſilent interpretes. Sunt tamen auctores nonnulli, quibus videatur fuiſſe in Tribu Juda aut Benjamin. Etym. *opprobrium*; ab חָרַף *exprobravit*. Vel *hyems*, aut *juventus*; ab חֹרֶף idem.

חָרוּץ m. Lxx. Aq. Sym. χρυσίον, Lxx. item, χρυσὸς, Vulg. & alii, *aurum* proprie conciſum & purum, cui nulla alia materies eſt admixta. Sym. item adjective, πλούσιος *dives*. Et in alia ſignificatione, Iſai.

28. v. 27. Lxx. *σκληρότης durities*, Aq. *συντέμνων concidens*, Vulg. *serræ*, Theod. *τρίβολος tribula*; sic etiam recentiores. Tribula autem Thalmudicis ligneum erat instrumentum ex tigillis factum & dentibus inferne obtusis armatum, quo frumentum excutiebatur, & stramen redigebatur in paleam. Cum præf. וְחָרוּץ *& aurum*, מֵחָרוּץ *præ auro*, וּמֵחָרוּץ *& præ auro*, בַּחָרוּץ *cum tribula*. Pro (ׇ) sub ב, vide Gram. Heb. t. 1. p. 380. c. 1. Aliud חָרוּץ, vide infra in Paoul Qal verbi חָרַץ. Rad. חָרַץ *concidit*, &c.

חָרוּץ Mass. *Hharoúts*, Vulg. *Harús*, nomen propr. patris Messalemeth matris Amon regis Juda, 4. Reg. 21. v. 19. Etym. *concisus*; ab חָרַץ *concîdit*. Vel *aureus*, aut *trituratus*; ab חָרוּץ *aurum*, vel *tribula*, triturationis instrumentum.

חַרְחוּר Mass. *Hharhhoúr*, Vulg. *Harhúr*, nomen proprium viri, cujus filii aut posteri è captivitate Babylon. duce Zorobabele reversi sunt in Judæam, Esd. 2. v. 51. Etym. *calefactus*, aut *arefactus*; ab חָרַר *exarsit*, *calefactus*, *arefactus est*. Vel *calor albedinis*, *foraminis*, aut *libertatis*; ab Verbo חָרַר, & חוֹר *albedo*, *foramen*, *libertas*.

חַרְחַס Mass. *Hharhhás*, Vulg. *Araás*, nomen proprium patris Thecuæ patris Sellum, 4. Reg. 22. v. 14. Is 2. Paral. 34. v. 22. dicitur *Hasrá*. Etym. *ira*, vel *calor confidentiæ*; ab חָרָה *exarsit ira*, & חָסָה *confisus est*.

חַרְחֻר m. unde cum præf. וּבַחַרְחֻר, Deut. 28. v. 22. Lxx. *καὶ ἐρεθισμῷ & irritatione*, *& impetigine*. Aq. *καὶ περιφλευσμῷ & ambustione*. Sym. Theod. *καὶ περιφλογισμῷ & circumadustione*, Vulg. *& ardore*. Alii, *& inflammatione*, *& adustione*, *& uredine*, *& febri ardenti*. R. חָרַר *exarsit*, *inflammatus est*.

חֶרֶט m. Lxx. *γραφίς*, Vulg. & alii, *stylus*, *scriptorius* & *sculptorius*. Hinc cum præf. בְּחֶרֶט & בַּחֶרֶט, *stylo*, *cum stylo*. Rad. חָרַט inusit.

חֲרִטִים vide infra in חֲרִיטִים, col. seq.

חַרְטֹם m. Heb. & Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. *ἐπαοιδὸς incantator*. Lxx. item, *φαρμακὸς veneficus*. Aq. item, *κρυφιαστὴς occultorum interpres*. Lxx. item simpliciter, *ἐξηγητὴς interpres*. Sym. item, *μάγος magus*. Theod. item, *σοφιστὴς sophista*. Alii, *genethliacus*, *aruspex*, *præstigiator*, *hariolus*, quam ultimam vocem sæpius usurpat Vulg. Plur. חַרְטֻמִּים, Chald. חַרְטֻמִּין, & emphat. חַרְטֻמַּיָּא, *genethliaci*, *harioli*. Cum præfix. בַּחַרְטֻמִּים *in genethliacis*, לַחַרְטֻמִּים *genethliacis*. Const. חַרְטֻמֵּי *genethliaci*. Ceterum pluralia illa formantur à sing. inusit. חַרְטוֹם, mutato (ו) in (ׇ) sequente dagh. per legem æquivalentiæ. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 61. §. VI. c. 1. 2. R. חרטם inusit.

חֹרִי *albedo*, &c. vide חוֹרִי, supra col. 557.

חֹרִי Mass. *Hhorí*, Vulg. *Hori*, nomen proprium filii Lotan, Gen. 36. v. 22. Etym. *princeps*, *liber*, *ingenuus*; ab חֹר idem. Vel *irascens*; ab חָרָה *iratus est*.

חֳרִי m. Lxx. *ὀργή*, Vulg. & alii, *ira*, *θυμὸς furor*, *ira præceps*. Alii, *æstus*, *ardor iræ*, &c. Cum præfix. בָּחֳרִי bahhori *in ira*, *in æstu*. R. חָרָה *ira exarsit*.

חִרְיוֹנִים vide in רִבְיוֹנִים, supra col. 373.

חֲרִיטִים & חֲרִטִים, m. pl. à sing. inusit. חָרִיט, Lxx. 4. Reg. 5. v. 23. *θυλάκια*, Vulg. & alii, *facci*, *sacculi*. Et Isai. 3. v. 22. Vulg. *acus*. Alii, *aciaria*, quibus mulieres capillos suos discernebant; unde Latinis *discriminatio* & *discernicula* vocabantur. Vacat apud Lxx. aut saltem eo loci confusi sunt. Alii, *loculi*, *sacculi*, *marsupia*, ut 4. Reg. 5. v. 23. Cum præf. וְהַחֲרִיטִים *& acus*. R. חָרַט inusit.

חָרִים vel חָרִם, Mass. *Hharím*, Vulg. *Harím*, *Harém*, & *Harám*, vel *Harán*, nom. proprium sacerdotis, qui fœdus cum Deo initum signavit, Nehem. 10. v. 5. al. 6. &c. Etym. *destructus*, *anathematizatus*, *devotus*, *consecratus*; ab חָרַם in Hiph. *anathematizavit*, *devovit*, *consecravit*. Vel *sagena*, *rete*, *retiaculum*; ab חֵרֶם idem.

חֹרִים *nobiles*, vide חוֹרִים, supra col. 558.

חֹרִים Mass. *Hhorím*, Vulg. *Horræi*, *Horrhæi*, & *Chorræi*, nom. proprium populi habitantis in monte Seir, ubi eo expulso, habitarunt postea filii seu posteri Esau, Gen. 14. v. 6. Deut. 2. vv. 12. 22. Etym. *principes*, *liberi*, *ingenui*; ab חֹרִים idem. Vel *irascentes*; ab חָרָה *iratus est*.

חָרִיף Mass. *Hharíph*, Vulg. *Haréph*, nomen proprium viri cujus filii sive posteri Babylone Jerosolymam reversi sunt, Nehem. 7. v. 24. Etym. *hyems*, *opprobrium*, *adolescentia*, *juventus*; ab חָרַף idem.

חֲרִיצִים m. pl. Lxx. τρίβολοι *tribulæ*, *trabæ*, 2. Reg. 12. v. 31. σκέπαρνα *asciæ*, 1. Paral. 20. v. 3. τρυφαλίδες *casei*, 1. Reg. 17. v. 18. ubi Vulg. *formellæ*. Idem Vulg. alibi *carpenta*. Alii item, *rastra*, *rastelli*, *rastes*. Hinc const. חֲרִיצֵי *tribulæ*. Cum præf. וּבַחֲרִיצֵי & defect. וּבַחֲרִצֵי, *& cum tribulis*. Vide in חָרִיץ supra col. 664. R. חָרַץ *concidit*.

חָרִישׁ m. Lxx. ἀροτριάσεως *aratio*, sic etiam alii, θερισμῷ *messis*, σπόρος *semen*. Vulg. Verbal. *arare*. Cum præf. בֶּחָרִישׁ *in aratione*. Pro (·) sub ב loco (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. Cum affix. חֲרִישׁוֹ *aratio ejus*, m. R. חָרַשׁ *aravit*.

חֲרִישִׁית f. Jon. 4. v. 8. à m. inusit. חֲרִישִׁי; Lxx. συγκαίων *comburens*, Vulg. *urens*, alii, *silens* (ventus), h. e. subtilissimus, tenuissimus, qui æstum anget magis quam spirando corrigit. Rad. חָרַשׁ *siluit*, *conticuit*.

חָרַךְ Heb. & Chald. QAL, unde 3. p. f. m. Fut. יַחֲרֹךְ, Prov. 12. v. 27. Lxx. ἐπιτεύξεται, Vulg. *inveniet*. Alii ex usu Chald. *aduret*, sumta metaphora à venatoribus vel aucupibus, qui, teste Qimhhio, extremas alas avium captarum, ne avolarent, adutebant. Alii, *assabit*, *torrebit*.

ITPAEL אִתְחֲרַךְ, unde 3. p. f. m. cum ה pro א ex forma Heb. הִתְחֲרַךְ, Dan. 3. v. 27. al. 94. Theod. ἐφλογίσθη *inflammatus est*, Vulg. & alii, *adustus*, *combustus est*.

חֲרַכִּים m. pl. unde cum præf. הַחֲרַכִּים, Cant. 2. v. 9. Lxx. δίκτυα *retia*, h. e. fenestræ reticulatæ, retis instar perforatæ; Gallice, *jalousies*. Vulg. & alii, *cancelli*, *clathri*. R. חָרַךְ inusit. in hac significatione. Sunt tamen qui hoc Verbum *cancellis sepire* significare etiam existiment.

חָרַם QAL, unde Hiph. הֶחֱרִים, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀναθεματίζω *anathematizo*, *devoveo*. Lxx. Sym. item, ἐξολοθρεύω *disperdo*. Lxx. item, ἀνατίθημι *consecro*, ἀπόλλυμι *perdo*, ἀφανίζω *deleo*, ἐρημόω, ἐξερημόω, *desolo*, φονεύω *interficio*, *occido*, &c. Opponitur verbo רִחַם *misertus est*, ac proprie significat *perdere*, *exscindere*, sine ullo commiserationis affectu.

PRAET. 3. p. f. m. הֶחֱרִים, & sine (י), הֶחֱרִם, *anathematizavit*, *anathemati*, *internecioni devovit*. Cum præf. וְהֶחֱרִים *& devovebit*. Cum aff. הֶחֱרִימָם *devovit eos*. 2. p. f. m. cum præf. & expresso ה quod latebat in fine, וְהַחֲרַמְתָּה *& devovebis*, 1. Reg. 15. v. 18. ubi (·) τῆς ח dilatatur in (-); quare ה notatur cum (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 182. c. 1. eaque dilatatio conspicitur in aliis quibusdam hujus Præteriti personis. 1. p. f. c. הֶחֱרַמְתִּי *devovi*. Cum præf. וְהַחֲרַמְתִּי *delebo*, *devovebo*. Cum præf. & aff. וְהַחֲרַמְתִּים *& interficiam eos*. 3. p. pl. c. הֶחֱרִימוּ *devoverunt*. 2. p. pl. m. הַחֲרַמְתֶּם *devovistis*. Cum præfix. וְהַחֲרַמְתֶּם *& devovebitis*. 1. p. pl. c. הֶחֱרַמְנוּ *devovimus*.

INFIN. הַחֲרֵם, & cum punctis præteriti, ut volunt nonnulli, הַחֲרִים, Jos. 11. v. 12. *devovendo*. Cum præf. וְהַחֲרֵם *& devovendo*, וּלְהַחֲרִים *& ad devovendum*, לְהַחֲרִים *ad devovendum*. Cum præf. & affix. הַחֲרִימָם & לְהַחֲרִימָם *devovere eos*.

IMPER. 2. p. f. m. הַחֲרֵם *devove*. 2. p. pl. m. הַחֲרִימוּ *devovete*. Cum præf. & affix. וְהַחֲרִימוּהָ *& devovete eam*.

FUT. 3. p. f. m. יַחֲרִם, cum (·) pro (י), *devovebit*. Cum præfix. וַיַּחֲרֵם *& devovit*. Cum præf. & affix. וַיַּחֲרִימָהּ *& devovit eam*. 2. p. f. m. תַּחֲרִם *devovebis*. Cum affix. תַּחֲרִימֵם *devovebis*, *interficies eos*. 3. p. pl. m. cum præfix. וַיַּחֲרִימוּ *& devovebunt*. Cum præf. & affix. וַיַּחֲרִמֵם cum (·) pro (י), *& devoverunt eos*. 2. p. f. m. תַּחֲרִימוּ *devovebitis*. 1. p. pl. c. cum præfix. וַנַּחֲרֵם *& devovimus*.

HOPHAL הָחֳרַם, unde 3. p. f. m. FUT. יָחֳרַם, & in pausa יָחֳרָם, Lxx. Aq. Theod. ἀναθεματισθήσεται *devovebitur*. Lxx. item, ἐξολοθρευθήσεται *delebitur*, *exscindetur*, *interficietur*, ἀνατεθῇ *consecratum fuerit*.

חָרִם nomen proprium; vide חָרִים, supra col. 666.

חֵרֶם vide חָרִים, supra col. 664.

חֵרֶם, & cum duplici (ֶ)

חֶרֶם, m. Lxx. & alius, ἀνάθεμα *anathema*, *devotum*, res *devota*. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀνάθημα *munus*, *donum*, Vulg. *votum*. Lxx. item, ἀνατεθεματισμένον *internecioni devotum*, ἀπώλεια *perditio*, ἀφόρισμα *separatio*, ἐκθλιβὴν, ἔκθλιψις *elisio*, ἐξολόθρευμα *omnimoda excisio*. Adjective, ἀφωρισμένος *separatus*, ὀλέθριος *perniciosus*. Et in alia significatione, ἄγκιστρον *hamus*, ἀμφίβληστρον *rete*, σαγήνη *sagena*, quod sit piscibus *exitialis*. Alii item, *occisio*, *interfectio*. Cum præfix. הַחֵרֶם *anathema*, וְחֵרֶם *& anathema*, לְחֵרֶם & לַחֵרֶם, *anathemati*. Cum præf. & affix. חֶרְמוֹ ab חֵרֶם, *rete ejus*, m. בְּחֶרְמוֹ *sagenâ suâ*, m. לְחֶרְמוֹ *reti ejus*, m. חֶרְמִי *anathema meum*, c. בְּחֶרְמִי *in reti meo*, c. Plur. חֲרָמִים *plagæ*, *sagenæ*, *retia*, וַחֲרָמִים *& plagæ*, לַחֲרָמִים *plagis*. R. חָרַם in Hiph. *anathematizavit*, &c.

חֹרֵם Maſſ. *Hhorém*, Vulg. *Horém*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, Joſ. 19. v. 38. Etym. *anathema*, *destructio*, *rete*; ab חֵרֶם aut חָרַם, idem.

חָרְמָה Maſſ. *Hhormá*, Vulg. *Harmá*, *Aramá*, *Hermá*, & *Hormá*, nomen proprium civitatis primum Tribus Juda, deinde Simeonis, Joſ. 12. v. 14. c. 15. v. 30. Num. 21. v. 3. 1. Reg. 30. v. 30. Etym. eadem ac nominis præced.

חֶרְמוֹן Maſſ. *Hhermón*, Vulg. *Hermón*, nom. proprium montis in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, ad orientem terræ Sanctæ, qui etiam dictus eſt *Sion*, *Sanir*, & *Sarion*, Deut. 3. v. 8. c. 4. v. 48. Joſ. 13. v. 5. Pſal. 88. Heb. 89. v. 13. &c. Etym. eadem ac nominis חֵרֶם, quod vide ſupra.

חֶרְמוֹנִים Maſſ. *Hhermoním*, Vulg. *Hermoním*, nom. propr. ſed plurale præcedentis montis *Hermon*; vel, ſecundum alios, incolarum ejuſdem montis, Pſal. 41. Heb. 42. v. 7. Etymologia quoque eadem.

חֶרְמֵשׁ m. Lxx. δρέπανον, Vulg. & alii, *falx*. Cum præf. וְחֶרְמֵשׁ *& falx*. R. חרמש inuſit.

חָרָן Maſſ. *Hharán*, Vulg. *Harán*, & *Charán*, nomen proprium 1°. civitatis Meſopotamiæ, in qua habitavit Thare pater Abrahami, Gen. 11. v. 32. &c. 2°. filii Caleb

ex Epha ejus concubina, 1. Paral. 2. v. 46. Etym. *ira*, vel *iraſcens*; ab חָרָה *iratus eſt*, unde חָרוֹן *ira*.

חָרֹן vide חָרוֹן, ſupra col. 664.

חֹרֹנִי Maſſ. *Hhóroní*, Vulg. *Horonités*, nomen proprium incolatum civitatis Oronaim, quæ primum fuit Moabitarum, deinde Tribus Ruben, Nehem. 2. v. 10. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

חֹרֹנַיִם Maſſ. *Hhoronáiim*, Vulg. *Oronaím*, Iſai. 15. v. 5. vide nomen præced. cum ejus etymologia, quam è numero ſingulari in pluralem commuta.

חַרְנֶפֶר Maſſ. *Hharnépher*, Vulg. *Harnapher*, nomen proprium filii Supha filii Helem, 1. Paral. 7. v. 36. Etym. *ira creſcens*, vel *ira tauri*, aut *juvenci*; ab חָרוֹן *ira*, & פָּרָה *crevit*, *fructificavit*; aut פַּר *taurus*, *juvencus*.

חֶרֶס & in pauſa חָרֶס, m. Lxx. Sym. ἥλιος, Vulg. & alii, *ſol*. Lxx. item in alia ſignificatione, Deut. 28. v. 27. κνήφη, Vulg. *prurigo*, ἐλεφαντίασις *elephantiaſis*, qui morbus lepra exiſtimatur. Hinc cum præfix. & in pauſa, הֶחָרֶס, cum (ֶ) ſub ה pro (ַ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. & cum ה paragog. חַרְסָה, הַחַרְסָה, *ſol*, לְחֶרֶס, *ſoli*, וּבֶחָרֶס in pauſa, *& prurigine*. Pro (ֶ) ſub ב, vide eandem Gram. ibid. p. 380. c. 1. R. חָרַס inuſit.

חֶרֶס Maſſ. *Hhéres*, Vulg. *Háres*, nom. proprium montis in Tribu Dan, Jud. 1. v. 35. Etym. *teſtaceus*, ſic Vulg. ab חֶרֶשׂ *teſta*; alii, *ſol*, vide vocem præced.

חַרְסָה vide ſupra in חֶרֶס.

חַרְסִית, unde cum præf. & ut legendum docent Maſſorethæ, הַחַרְסִית, Jerem. 19. v. 2. ubi ſcribitur הַחַרְסוּת, Lxx. Χαρσίθ, Aq. Sym. Theod. Ἀρσίθ, ut nomen proprium acceperunt. Vulg. *fictilis*, legebat הַחַרְשִׂית ab חֶרֶשׂ *teſta*. Alii, *ſolaris*, *orientalis*; ab חֶרֶס *ſol*. Alii, *meridionalis*, & melius quidem; nam vallis filii Ennom, quæ eſt ad introitum hujus portæ, ſita eſt ad meridiem urbis Jeruſalem. R. חָרַס inuſit.

חָרַף QAL, Lxx. ὀνειδίζω, Vulg. & alii, *exprobro*, *probris afficio*. Lxx. item, ἥκω *venio*. Alii item, *convitior*, *propalo*,

traduco ; & semel *hyemo*, ex significatione nominis derivati חֹרֶף *hyems*.

Ben. f. m. cum aff. חֹרְפִי *exprobrans me*, c. Plur. m. cum aff. חֹרְפֶיךָ *exprobrantes te*, *probris afficientes te*, m.

Infin. cum præf. & aff. בְּחָרְפָם behhorpham, 2. Reg. 23. v. 9. vel cum accentu post (-), & in Infinit. Piel, ut habent alia exemplaria, בְּחָרְפָם behhárepham, *cum exprobrarent ipsi*.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-), יֶחֱרַף, Job. 27. v. 6. *probro afficiet* vel *afficit*, Vulg. *reprehendit*. 3. p. f. f. ex eadem forma & in pausa ; quare (-) mutatur in (·), תֶּחֱרָף, Isai. 18. v. 6. Vulg. & alii, *hyemabit*.

NIPHAL נֶחֱרַף, unde Ben. f. f. ex forma ח præcedente duplici (·), נֶחֱרֶפֶת, Levit. 19. v. 20. Lxx. διαπεφυλαγμένη *custodita*, *reservata*, Vulg. *nubilis*, Vulgus Hebræorum, *desponsata*. Alii, *probrosa*, *despecta*, *vitiata*.

PIEL חֵרֵף, cum (-) sub ח pro (·) ad compensandum daghésch ejectum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 1. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὀνειδίζω *exprobro*, *vitupero*, *probris afficio*. Lxx. item, εἰς ὄνειδος δίδωμι *in opprobrium do*, παροξύνω *exacerbo*. Sym. item, παραπικραίνω *contumelia afficio*. Theod. item, βλασφημέω *blasphemo*. Alius, ἐξουτενίζω *vilipendo*. Alii item, *expono*, *objicio*.

Praet. 3. p. f. m. חֵרֵף *probro affecit*, *objecit*, *exposuit*. 2. p. f. m. חֵרַפְתָּ *probro affecisti*. 1. p. f. c. חֵרַפְתִּי *probro affeci*. 3. p. pl. c. חֵרְפוּ *probro affecerunt*. Cum aff. חֵרְפוּךָ *probro affecerunt te*, m. חֵרְפוּנִי *probro affecerunt me*, c. 2. p. pl. m. חֵרַפְתֶּם *probro affecistis*.

Ben. f. m. מְחָרֵף *exprobrans*, *probro afficiens*.

Infin. cum præf. לְחָרֵף *ad probro afficiendum*.

Fut. 3. p. f. m. יְחָרֵף *exprobrabit*, Psal. 73. Heb. 74. v. 10. ubi est (·) pro (-) ob accentum retractum in concursu, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. c. 1. 2. 309. c. 1. Cum præf. וַיְחָרֵף *& probro affecit*. Cum aff. יְחָרְפֵנִי *probro afficiet me*, c. 3. p. pl. m. cum aff. יְחָרְפוּנִי *probro afficiant me*, c.

חָרֵף Mass. *Hharéph*, Vulg. *Hariph*, nomen proprium filii Hur, 1. Paral. 2. v. 51. Etym. *hyems*, *opprobrium*, *adolescentia* ; ab חֹרֶף idem.

PAOUL s. m. כָּפוּל, Exod. 28. v. 16. Lxx. διπλοῦν, Vulg. *duplex*. Alii, *duplicatum* (Rationale).

NIPHAL נִכְפַּל, unde 3. p. s. f. FUT. cum præf. וְתִכָּפֵל, Ezech. 21. v. 14. al. 19. Vulg. & alii, & *duplicetur*, & *duplicabitur*. Lxx. mutata persona, modo, & passiva voce in activam, καὶ διπλασίασον & *duplica*. Forte etiam legebant וְתִכְפֹּל in Qal, & *duplicabis*.

כֶּפֶל m. unde cum præf. בְּכֶפֶל, Job. 41. v. 4. al. 5. Lxx. εἰς πτύξιν *in plicam, in plicaturam*. Sym. εἰς διπλωσιν *in duplicitatem*. Vulg. *in medium*. Dual. כִּפְלַיִם, Lxx. διπλοῦς *duplex*, Job. 11. v. 6. ubi Vulg. *multiplex*, διπλᾶ, Isai. 40. v. 2. Vulg. & alii, *duplicia*. R. כָּפַל *duplicavit*.

כָּפַן QAL, unde 3. p. s. f. PRAET. כָּפְנָה, Ezech. 17. v. 7. Vulg. *extendit*. Alii, *curvavit, incurvavit, collegit, congregavit*. Lxx. passive, περιπεπλεγμένη *circumplicata, implicata* (vitis).

כָּפָן m. Lxx. λιμὸς, Vulg. & alii, *fames*, ex usu Chaldaico. Lxx. item adjective, ἄνομος *iniquus*. Hinc cum præf. וּבְכָפָן & *in fame*, וְלַכָּפָן & *ad famem*. Rad. כְּפַן Chald. *esurivit, famelicus fuit*.

כָּפַף QAL, 3. p. s. m. PRAET. Psal. 56. Heb. 57. v. 7. Lxx. mutato singulari numero in pluralem, κατέκαμψαν, Vulg. Lat. *incurvaverunt*. S. Hieron. *ad incurvandam* (animam meam). Alii, *curvata, incurvata est* (anima mea). Hinc κύπτω, κάμπτω.

PAOUL pl. m. כְּפוּפִים, Psal. 145. Heb. 146. v. 8. & cum præf. הַכְּפוּפִים, Psal. 144. Heb. 145. v. 14. Lxx. & alius, κατερραγμένοι, Vulg. Lat. *elisi*. S. Hieron. *allisi, jacentes*. Alii, *incurvati*.

INFIN. cum præf. הֲלָכֹף, Isai. 58. v. 5. *an incurvare?* Vulg. *numquid contorquere?* Lxx. mutato Modo, οὐδ᾽ ἂν κάμψῃς *neque incurvaveris*.

NIPHAL נִכַּף, unde 1. p. s. c. FUT. cum (·) pro (ׅ) sub א, אִכַּף, Mich. 6. v. 6. Lxx. ἀντιλήψομαι *suscipiam, prehendam, apprehendam*. Vulg. *curvato genu*. Alii, *curvabo, incurvabo me, curvabor*; &c.

כָּפַר QAL, unde 2. p. s. m. PRAET. cum præfix. וְכָפַרְתָּ, Gen. 6. v. 14. Lxx. καὶ ἀσφαλτώσεις & *bituminabis*. Sym. καὶ ἀλοιφώσεις, Vulg. & *linies*.

NIPHAL נִכְפַּר, unde 3. p. s. m. PRAET. cum præf. & forma composita ex hac conjugatione & ex conjug. Hithpael, וְנִכַּפֵּר, Deut. 21. v. 8. Lxx. καὶ ἐξιλασθήσεται & *expiabitur*. Vulg. & *auferetur*. נ in hac voce est ex Niphal, cetera ex Hithpael, cujus ת charact. abjectum compensatur per daghésch forte in כ. Si legas וְנִכְפַּר vox erit analoga. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 190. c. 1.

PIEL כִּפֵּר vel כִּפַּר, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐξιλάσκομαι, Vulg. & alii, *expio*. Lxx. item, ἱλάσκομαι, *placo, propitior*, ἵλεως γίνομαι *propitius fio*, καθαρίζω *purgo*, ἐκκαθαρίζω *expurgo*, περικαθαρίζω *circumquaque purgo*, καθαρὸς γίνομαι *purus fio*, ἁγιάζω *sanctifico*, ἀθωόω *insontem reddo, insontem declaro*.

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. & (ׅ) in fine pro (·), וְכִפֶּר & *expiabit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 1. fin. 2. p. s. m. cum præf. & affix. וְכִפַּרְתָּהוּ & *expiabis eum*. 2. p. pl. m. cum præf. וְכִפַּרְתֶּם & *expiabitis*.

INFIN. cum præf. לְכַפֵּר *ad expiandum*, וּלְכַפֵּר & *ad expiandum*, מִכַּפֵּר *ab expiando*.

Cum præf. & aff. בְּכַפְּרָהּ *expiare eam*, בְּכַפֶּרְךָ *in expiando te*, m. בְּכַפְּרִי *in expiando me*, c.

Imper. 2. p. f. m. כַּפֵּר *expia*. Cum præf. וְכַפֵּר *& expia*.

Fut. 3. p. f. m. יְכַפֵּר, & sequente Maqqaph יְכַפֶּר־, *expiabit*, *expiationem faciet*. Cum præf. וַיְכַפֵּר *& expiationem fecit*. Cum affix. יְכַפְּרֶנָּה *expiabit eam*. 2. p. f. m. תְּכַפֵּר *expiabis*. Cum aff. תְכַפְּרֵם *expiabis*, *condonabis ea* (peccata). 1. p. f. c. אֲכַפֵּר, & cum ה parag. אֲכַפְּרָה, *expiabo*, *placabo*. 3. p. pl. m. יְכַפְּרוּ *expiabunt*.

PUAL כֻּפַּר, Lxx. ἀφαιρέομαι *auferor*, ἀφίεμαι *dimittor*, ἁγιάζομαι *sanctificor*. Aq. Sym. Theod. ἐξιλάσκομαι *placor*, *propitius fio*. Sym. item, ἐξαλείφομαι, Vulg. *deleor*. Vulg. & alii item, *expior*.

Praet. 3. p. f. m. כֻּפַּר *expiatum est*, *expiatio facta est*. Cum præfix. וְכֻפַּר *& expiabitur*.

Fut. 3. p. f. m. יְכֻפַּר, & 3. p. f. f. in pausa, quæ mutavit (ֵ) in (ָ), תְּכֻפָּר *expiabitur*, *auferetur*, *delebitur*.

HITHPAEL הִתְכַּפֵּר, unde 3. p. f. m. Fut. יִתְכַּפֵּר, 1. Reg. 3. v. 14. Lxx. ἐξιλασθήσεται *placabitur*, *condonabitur*. Vulg. & alii, *expiabitur*. Tertiam perf. f. m. Præteriti cum præf. & abjecto ה characteristico וְנִכַּפֵּר, vide supra in Prӕt. Niphal.

כְּפָר m. unde const. & cum præf. וּכְפַר, Jos. 18. v. 24. Ald. καὶ Κεφιρὰν, Vulg. *& villa*. Aliis est nom. propr. villæ, seu pagi, in Tribu Benjamin; unde Lxx. Vatic. καὶ Κεφιρά *& Cephira*. Plur. cum præf. בַּכְּפָרִים, Cant. 7. v. 12. Lxx. ἐν κώμαις, Vulg. Lat. *in villis*, וּבַכְּפָרִים, 1. Paral. 27. v. 25. Lxx. καὶ ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν, Vulg. *& in vicis*. Rad. כָּפַר inusit. in hoc sensu.

כֹּפֶר, m. unde pl. cum præf. בַּכְּפָרִים, Nehem. 6. v. 2. Lxx. ἐν ταῖς κώμαις, Vulg. & alii, *in viculis*, *in pagis*, *in villis*. R. כָּפַר inusit. in hac significatione.

כפר *leunculus*, vide in כְּפִיר, supra col. 934.

כְּפוֹר & כפר, m. Lxx. & alius, πάχνη, Vulg. & alii, *pruina*. Lxx. item, πάγος *glacies*, *gelu*, ὁμίχλη, Vulg. *nebula*. Et in alio sensu, *pelvis*, *crater*. Vulg. *leunculus*, legebat כְּפִיר, quam vocem vide supra col. 934.

Cum præf. וּכְפוֹר *& pelvis*, וּכְפֹר *& pruina*, כַּכְּפֹר *sicut pruina*, לִכְפוֹר *in pelvim*. Pl. const. כְּפוֹרֵי *pelves*. Lxx. in hoc numero hanc vocem plus minusve librariorum oscitantia corruptam retinent, καφουρὴ, καφουρῆς, καφουρὶ, χαφουρὲ, χαφουρὴ, χεφουρὶ, χέφουρι. Cum præf. וּכְפוֹרֵי *& pelves*, וְלִכְפוֹרֵי *& in pelves*. R. כָּפַר inusit. in hac significatione.

כֹּפֶר m. cujus quadruplex est significatio.

1°. כֹּפֶר, Lxx. Sym. κώμη, 1. Reg. 6. v. 18. Vulg. & alii, *villa*, *vicus*, *pagus*.

2°. כֹּפֶר, unde cum præf. הַכֹּפֶר, Cant. 1. v. 13. Lxx. κύπρος, Vulg. & alii, *cyprus*. Plur. כְּפָרִים, Cant. 4. v. 13. (à sing. inusit. כֹּפֶר), Lxx. κύπροι, Vulg. & alii, *cypri*.

3°. כֹּפֶר, Lxx. ἄσφαλτος, Vulg. & alii, *bitumen*. Aq. ἀλοιφὴ *linitio*, *linimentum*. Sym. ἱλαστήριον *propitiatio*, quem sensum vide in sequenti significatione. Hinc cum præf. בַּכֹּפֶר, Gen. 6. v. 14. *bitumine*, *pice*.

4°. כֹּפֶר, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐξίλασμα, Aq. Sym. Theod. item, ἐξιλασμὸς, Vulg. & alii, *propitiatio*, *placatio*, *expiatio*. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἄλλαγμα *commutatio*. Lxx. item, λύτρον (Sym. λύτρωσις) *redemtio*, *redemtionis pretium*, περικάθαρμα *purgamentum*, *purgatio*, *purificatio*. Cum aff. כָּפְרוֹ cophrò *redemtio*, *expiatio*, *placatio ejus*, m. כָּפְרְךָ cophrecha *expiatio*, *propitiatio*, *redemtio tua*, m. R. כָּפַר in Piel, *expiavit*, *propitius fuit*.

כִּפֻּרִים m. pl. Lxx. ἱλασμὸς, ἐξιλασμὸς, ἐξίλασις, Vulg. & alii, *expiatio*, *expiationes*, καθαρισμὸς *purificatio*, εἰσφορὰ *oblatio*. Erat etiam festum Judaicum, de quo vide Gram. Heb. tom. 2. p. 435. §. VI. Cum præf. הַכִּפֻּרִים *expiationes*. Rad. כָּפַר in Piel, *expiavit*.

כַּפֹּרֶת, & cum præf. הַכַּפֹּרֶת, f. Lxx. & alius, ἱλαστήριον, Vulg. & alii, *propitiatorium*, *expiatorium*, ἐξιλασμὸς *expiatio*, θυσιαστήριον *altare*, καταπέτασμα *velum*. Erat operculum Arcæ ex auro puro factum, cui insidebant duo Cherubini, & in quo Deus propitium sese ostendebat, Exod. 25. v. 17. Quare derivatur à Verbo כָּפַר in Piel, *propitius fuit*, *expiavit*. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 224. c. 1. 2.

כָּפַשׁ QAL, unde HIPHIL הִכְפִּישׁ, ex quo 3. p. s. m. PRAET. cum affix. הִכְפִּישַׁנִי, Thren. 3. v. 16. Lxx. ἐψώμισέ με, Vulg. *cibavit me*, c. Alii, *dejecit, projecit me* (in cinerem), *depressit, operuit, fœdavit me* (cinere).

כְּפַת Chald. PEAL, unde 3. p. plur. m. PRAET. ex forma hhiriq, כְּפִתוּ, Dan. 3. v. 21. Theod. ἐπεδέθησαν, Vulg. *vincti sunt*. Alii active, *vinxerunt, ligarunt*.

PAEL כַּפֵּת, unde BEN. pl. m. מְכַפְּתִין, Dan. 3. vv. 23. 24. Theod. πεπεδημένοι, Vulg. & alii, *vincti, compediti, colligati*.

INFIN. cum præf. & ה pro א, לְכַפָּתָה, Dan. 3. v. 20. Theod. Participialiter, πεδήσαντες *ligantes*. Vulg. [ut] *ligatis*. Alii, [ut] *ligarent*.

כַּפְתּוֹר & כַּפְתֹּר, m. Lxx. σφαιρωτὴρ, Vulg. *sphærula*, φάτνωμα *laqueare*, ἱλαστήριον *propitiatorium*, Amos. 9. v. 1. ubi legebant כַּפֹּרֶת trajectis literis. Vulg. *cardo, limen* malogranatis ornatum. Alii item, *pomum, malogranatum*, artificiale videlicet, sive ornamentum instar pomi aut malogranati rotundum; *superliminare*. Cum præf. הַכַּפְתּוֹר *malogranatum*, וְכַפְתֹּר & *malogranatum*. Plur. cum præf. & aff. כַּפְתֹּרֶיהָ *malogranata, sphærulæ ejus*, f. בְּכַפְתֹּרֶיהָ *in malogranatis, in laquearibus ejus*, f. כַּפְתֹּרֵיהֶם *malogranata, sphærulæ eorum*. Rad. כפתר inusit.

כַּפְתּוֹר Mass. *Caphtor*, Sym. Theod. & Complut. Καππαδοκία, Vulg. & alii, *Cappadociæ*, Jerem. 47. v. 4. ubi est insulæ nomen, quam nonnulli Cyprum esse volunt, & cujus incolarum pars in terram Chanaam veniens Hevæos expulit, Deut. 2. v. 23. Unde Jerem. loco mox laudato Palæsthini vocantur *reliquiæ insulæ Caphtor*, sive *Cappadociæ*. Etym. *malogranatum*; à כַּפְתֹּר idem. Vel *manus* aut *vola turturis*, vel *exploratoris*; à כַּף *vola, manus*, & תֹּור *turtur*, aut תּוּר *explorare*.

כַּפְתֹּרִים Mass. & Vulg. *Caphtorim*, Gen. 10. v. 14. 1. Paral. 1. v. 12. nomen proprium incolarum insulæ Caphtor. Vide nomen præced. cum ejus etymologia. Doctiss. Clericus in Gen. 10. v. 14. hos populos collocat in Cappadociæ parte, qua Colchis vicina est circa Trapezuntem & majorem Syrtim; eosque sic dictos arbitratur à curvitate litoris; hanc enim vocem componit ex כָּפַף *curvavit*, & תּוּר vel תּוֹר *orbis, circulus*: quæ est etiam significatio vocis טוּר, secundum quosdam Lexicographos. Porro ט & ת facile invicem permutantur.

כַּר m. unde cum præf. בְּכַר, Gen. 31. v. 34. Lxx. εἰς τὰ σάγματα *in oneribus*. Vulg. *subter stramenta*. Alii, *in clitellis*. Et in alia significatione, Lxx. ἀμνός, ἀρήν, Vulg. & alii, *agnus*, ἔριφος *hædus*, μόσχος *vitulus*, τράγος *hircus*, κριός *aries*, *pecus*, & machina bellica, βελόστασις *balista*, χάραξ *agger, vallum*, τόπος πίων *locus pinguis*, *pascuum*, ἀμπελών *vinea*, &c. Alii item, *dux, princeps, primarius, fortis, bellicosus*, &c. sumta metaphora ab arietibus vel hircis, qui sunt veluti duces gregum. Plur. כָּרִים, cum (ָ) sub כ loco (ַ) ad compensandum dagh. ejectum, *agni, pascua, arietes, pecudes*; & *arietes* machinæ bellicæ. Cum præf. הַכָּרִים *arietes*, כְּכָרִים *sicut agni*. Cum apocopa τοῦ ם, de qua vide Gram. Heb. tom. 1. p. 54. c. 2. הַכָּרִי pro הַכָּרִים, 4. Reg. 11. v. 19. *primores, duces, fortissimi*. Lxx. vocem Hebraïcam retinuerunt Χορρί. Ms. Alex. Χορεί. Vulg. *Cerethi*; legebat כְּרֵתִי, quod vide suo loco. Sic cum ל, לַכָּרִי, ibid. v. 4. pro לַכָּרִים, *primores*. Lxx. Χορρί. Ms. Alex. Χορρεί, ut supra. Vulg. juncta hac voce cum seq. transtulit *milites*. Rad. כָּרַר inusit. saltem in hoc sensu.

כֹּר Heb. & Chald. m. Lxx. Aq. Sym. Theod. κόρος, Vulg. & alii, *corus*, maxima aridorum, & interdum etiam liquidorum, mensura, quæ decem bathos continebat. Eadem est atque Hhomer, sive Chomer. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 525. Cum præf. הַכֹּר *corus*. Plur. כֹּרִים & Chald. כֹּרִין *cori*. R. כּוּר aut כָּרַר, inusit.

כָּרֵב vide infra in כְּרוּב, col. 942.

כִּרְבֵּל PUAL, unde PAOUL s. m. מְכֻרְבָּל, 1. Paral. 15. v. 27. Lxx. περιεζωσμένος *cinctus, accinctus, circumcinctus erat*. Vulg. & alii, *indutus, amictus erat*.

כַּרְבְּלָה f. Chald. unde plur. cum præf. & affix. וְכַרְבְּלָתְהוֹן, Dan. 3. v. 21. Theod. καὶ (σὺν) περικνημῖσιν αὐτῶν *& (cum) tibialibus eorum*, vel *suis*. Vulg. *& (cum) calceamentis*, alii, *& cum paludamentis suis*. R. כַּרְבֵּל Piel, *induit, amicivit*; unde Pual כֻּרְבַּל *indutus, amictus est*.

כָּרָה QAL. Lxx. Vª. edit. ὀρύσσω, Sym. κατορύσσω, Aq. σκάλλω, Vulg. & alii, *fodio, effodio, suffodio*. Lxx. item, λατομέω, ἐκλατομέω, *excido*, proprie in petra, παρατίθημι *appono*, διηγέομαι *enarro*, συλλαλέω *colloquor*, ἐγχειρίζω *manum admoveo, aggredior*, ἐνάλλομαι *insilio, insulto*, μισθόω *mercede conduco*, μέτρῳ λαμβάνω *cum mensura, mensurate accipio*, ἐνστηθίζομαι *pascor*, &c. Alii item, *paro, apparo, emo, acquiro, comparo, macto*, &c.

Praet. 3. p. s. m. כָּרָה *fodit, comparavit*. 2. p. s. m. כָּרִיתָ, Psal. 39. Heb. 40. v. 7. Lxx. Theod. Vª. & VIª. edit. κατηρτίσω, Vulg. Lat. & S. Hieron. *perfecisti*. Aq. ἐσκαψας *fodisti*. Sym. κατεσκεύασας *præparasti*. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 67. c. 2. 68. c. 1. 1. p. s. c. כָּרִיתִי *fodi, emi, comparavi*. 3. p. pl. c. כָּרוּ, & cum א hodie supervacaneo, sed olim antiqua vocali *a*, כָּארוּ, Psal. 21. Heb. 22. v. 17. *foderunt*. Vide in אֲרִי, supra col. 151. Cum aff. כָּרוּהָ *foderunt eum* (puteum).

Ben. s. m. כֹּרֶה *fodiens*.

Fut. 3. p. s. m. יִכְרֶה *fodiet, foderit*. Cum præf. וַיִּכְרֶה *& paravit, & præparavit*. 1. p. s. c. cum præf. aff. & daghesch anomalo in כ, וָאֶכְּרֶהָ, Ose. 3. v. 2. *& comparavi eam*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 29. c. 2. 368. c. 1. 3. p. pl. m. יִכְרוּ *parabunt, apparabunt, fodient*. Cum præf. וַיִּכְרוּ *& foderunt*. 2. p. p. m. תִּכְרוּ *emetis, comparabitis*. Cum præf. וְתִכְרוּ *& fodietis*.

NIPHAL נִכְרָה, unde 3. p. s. m. Fut. יִכָּרֶה, Psal. 93. Heb. 94. v. 13. Lxx. ὀρυγῇ, Vulg. & alii, *fodiatur*.

כְּרָה PEAL Chald. unde ITHPEAL אתכרה, ex quo 3. p. s. f. Praet. cum (ִ) pro (ֶ) sub א, אֶתְכְּרִיַּת, Dan. 7. v. 15. Theod. ἔφριξε, Vulg. *horruit*. Alii, *transfixus, infirmatus, abbreviatus est* (spiritus meus).

כֵּרָה f. 4. Reg. 6. v. 23. Lxx. παράθεσις *appositio*. Vulg. *præparatio*. Alii, *convivium, cibus, apparatus, concisio carnium, mactatio*; quasi à כָּרָה, quod vide suo loco. R. כָּרָה *fodit, præparavit*.

כְּרוּב & כְּרֻב, c. Lxx. χερούβ, Vulg. & alii, *Cherub*, nomen generale cujusvis figuræ, humanæ quidem in Cherubinis Propitiatorii, &c. animalis vero in Cherubinis Ezechielis. Figuræ illæ erant alatæ ad significandam maximam earum velocitatem. Hinc Psal. 17. Heb. 18. v. 11. Deus dicitur ascendisse super Cherubim & volasse, h. e. super nubes & ventos, qui sunt veluti currus Dei. Quare nonnulli derivant כְּרוּב à רֶכֶב *currus*, trajectis literis. Hebræis כ servile est; hanc enim vocem referunt ad רַבְיָא *puer, adolescens*; quod Cherubini formam habeant puerorum, sive adolescentium. Alii Cherubinis angelos, sive Dei ministros, quiqui illi sint, significari volunt. Cum præf. הַכְּרוּב *cherub*, וּכְרוּב *& cherub*, לִכְרוּב & לַכְּרוּב, *cherubino, cherubinum*. Plur. כְּרוּבִים & כְּרֻבִים, *cherubini*. Cum præf. הַכְּרוּבִים & הַכְּרֻבִים idem, וּכְרוּבִים & וְהַכְּרֻבִים, *& cherubini*, לַכְּרוּבִים & לַכְּרֻבִים, *cherubinis, cherubinos*. R. כָּרַב inusit.

כְּרוּב Mass. Κερούβ, Vulg. *Cherúb*, nomen proprium viri, vel, secundum alios, loci in Babylonia, Esd. 2. v. 59. Etym. *quasi puer*, vel *adolescens*. Vide vocem præced. Vel *quasi multiplicans*, aut *litigans*; à כְּ *quasi*, & רָבָה in Piel, *multiplicare*, aut רִיב *litigare, contendere*.

כָּרוֹזָא m. Chald. unde cum præf. וְכָרוֹזָא, Dan. 3. v. 4. Theod. καὶ ὁ κήρυξ, Vulg. & alii, *& præco*. R. כְּרַז *proclamavit*.

כְּרַז PEAL Chald. unde APHEL אַכְרֵז, ex quo 3. p. pl. m. Praet. cum præf. & ה pro א characteristico, וְהַכְרִזוּ, Dan. 5. v. 29. Theod. mutaro numero, καὶ ἐκήρυξε *& proclamavit, & prædicavit*, hoc est, *& proclamari, prædicari jussit*. Vulg. *& prædicatum est*. Alii, *& proclamarunt*. Hinc κράζω, κηρύσσω.

כָּרִי, 4. Reg. 11. v. 19. pro כָּרִים, vide in כַּר, supra col. 940.

כְּרִית Maſſ. *Keríth*, Vulg. *Charíth*, nomen proprium torrentis in Tribu Ephraim, qui Jordanem influit, 3. Reg. 17. v. 3. Etym. *concisio*, *confossio*, aut *exterminatio*; à כָּרָה *fodit*, *confodit*, aut כָּרַת *excidit*, *concidit*, *exterminavit*.

כְּרִיתוּת, כְּרִיתֻת & כְּרִיתֻת, f. Lxx. ἀποστάσιον, Vulg. & alii, *repudium*. Aq. κοπὴ *scissio*. Sym. διακοπὴ *dissectio*, *diremtio*. Theod. ἐξολόθρευσις *exterminatio*. Plur. ex termin. m. & cum aff. כְּרִיתֻתֶיהָ *repudium*, *repudia ejus*, f. Rad. כָּרַת *scidit*, *abscidit*, *rescidit*; unde *repudium*, quasi matrimonii rescisio.

כַּרְכֹּב m. Exod. 27. v. 5. Lxx. ἐσχάρα, *focus*. Vulg. *arula*. Alii, *ambitus*, *circuitus*, ut vertit Paraph. Chald. cum aff. & (ׁ) sequente daghesch pro hhólem per legem æquivalentiæ, כַּרְכֻּבּוֹ, Exod. 38. v. 4. *focus*, *arula*, *ambitus*, *circuitus ejus*, m. R. כרכב inusit.

כַּרְכֹּם m. unde cum præf. וְכַרְכֹּם, Cant. 4. v. 14. Lxx. καὶ κρόκος, Vulg. & alii, *&* *crocus*. R. כרכם inusit.

כַּרְכְּמִישׁ Maſſ. *Karkemísch*, Vulg. *Charcamis*, nomen propr. urbis Meſopotamiæ juxta Euphratem, 2. Paral. 35. v. 20. Etym. *agnus*, *quasi ablatus*, aut *palpans*; à כַּר *agnus*, כְּ *quasi*, & מוּשׁ *auferri*, *removeri*, *palpare*.

כִּרְכֵּר PIEL à QAL inusit. כּוּר aut כָּרַר; unde BEN. ſ. m. מְכַרְכֵּר, 2. Reg. 6. v. 14. Lxx. ἀνεκρούετο *pulsabat* (instrumenta). Vulg. *saltabat*. Alii, *saliens*, *subsiliens*, *tripudians* (erat). Cum præf. וּמְכַרְכֵּר, ibid. v. 16. Lxx. καὶ ἀνακρουόμενος *&* *pulsans*. Aq. καὶ καρχαριζόμενος *&* *saltans*, ut videtur, nam vocem hanc ex Hebraica finxit. Sym. καὶ καγχάζων *&* *effuse ridens*. Vulg. *atque saltans*. Alii, *&* *saliens*, &c. ut supra.

כִּרְכָּרוֹת f. plur. unde cum præf. וּבַכִּרְכָּרוֹת, Isai. 66. v. 20. Lxx. καὶ μετὰ σκιαδίων *&* *cum umbraculis*, h. e. interprete Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. col. 509. *basternis*. Sym. καὶ ἐν φορείοις *&* *in vehiculis*. Vulg. *&* *in carrucis*. Verum hæc interpretatio trajecta est; respondet enim Hebrææ voci וּבַפְּרָדִים, quam Sym. interpretatus est καὶ ἐν καρούχαις, quemque sequutus est Hieron. ut ipse testatur ibid. Alii, *&* *in camelis*, *&* *in animalibus velocibus*. R. כָּרַר in Piel, *saltare*, *subsilire*.

כֶּרֶם & in pausa כָּרֶם, m. Lxx. & alius, ἀμπελών, Lxx. item, ἄμπελος, Vulg. & alii, *vinea*. Lxx. item, κτῆμα *possessio*, per synecdochen totius pro parte, χωρίον *regio*, per metonymiam continentis pro contento, βοῦς *bos*, Isai. 5. v. 10. ὁδὸς *via*, Amos. 5. v. 17. Cum præf. הַכֶּרֶם & in pausa הַכָּרֶם, *vinea*, וְכֶרֶם & in pausa וְכָרֶם, *&* *vinea*, בַּכֶּרֶם & in pausa בַּכָּרֶם, *in vinea*, וּבַכֶּרֶם *&* *in vinea*. Cum præf. & affix. כַּרְמוֹ *vinea ejus*, m. לְכַרְמוֹ *vineæ ejus*, m. כַּרְמְךָ & in pausa כַּרְמֶךָ, *vinea tua*, m. וְכַרְמְךָ *&* *vinea tua*, m. לְכַרְמְךָ *vineæ tuæ*, m. כַּרְמִי *vinea mea*, c. לְכַרְמִי *vineæ meæ*, c. Plur. כְּרָמִים *vineæ*. Cum præfix. הַכְּרָמִים *vineæ*, וּכְרָמִים *&* *vineæ*, בַּכְּרָמִים *in vineis*, וּבַכְּרָמִים *&* *in vineis*, לַכְּרָמִים *vineis*, שֶׁבַּכְּרָמִים *quod in vineis*. Conſt. כַּרְמֵי *vineæ*. Cum præfix. בְּכַרְמֵי *in vineis*. Plur. cum præf. & affix. כְּרָמֶיהָ *vineæ ejus*, f. כַּרְמֵיהֶם *vineæ eorum*, כַּרְמֵיכֶם *vineæ veſtræ*, m. וְכַרְמֵיכֶם *&* *vineæ veſtræ*, m. וְכַרְמֵינוּ *&* *vineæ noſtræ*, c. Rad. כָּרַם inusit.

כֹּרֵם *vinitor*, vide כּוֹרֵם, supra col. 892.

כַּרְמִי Maſſ. *Karmí*, Vulg. *Charmí* & *Carmí*, nomen propr. 1°. filii Ruben, Gen. 46. v. 9. 1. Paral. 5. v. 3. 2°. filii Juda, 1. Paral. 4. v. 1. qui Gen. 46. v. 12. dicitur Her. 3°. filii Zabdi filii Zaræ filii Juda, Joſ. 7. v. 1. Etym. *vinea*, à כֶּרֶם idem.

כַּרְמִיל m. Lxx. κόκκινον, Vulg. & alii, *coccus*, *coccinum*. Hinc cum præf. וְכַרְמִיל *&* *coccinum*, וּבַכַּרְמִיל *&* *in coccino*. Rad. כרמל inusit.

כַּרְמֶל m. Lxx. χίδρα νέα *ariſtæ virentes*, alii, *ſpica virens*, ἀμπελών *vitis*; referebant ad כֶּרֶם, quod vide supra: vel ad montem Carmel vitibus abundantem, de quo mox infra; παλάθη *maſſa ficuum*, ὀσπριώδης *legumini ſimilis*. In phrasi, גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל, Lev. 2. v. 14. Lxx. χίδρα ἐρικτὰ *ſpicæ virentes comminutæ*. Aq. Sym. ἁπαλὰ λάχανα ὀσπριώδη *tenera olera legumini ſimilia*. Theod. πίονα ἄλευρα *pingues farinæ*. Vulg. Verbal. *confringes in modum farris*. Alii item, *arvum*, *arva*,

arva, *campus*, vel *locus fertilis*, *frugibus abundans*, &c. Quidam etiam *coccinum* interpretantur, Cant. 7. v. 5. Cum præf. וְכַרְמֶל & וְהַכַּרְמֶל, *& arvum*, *& spica virens*, וּבַכַּרְמֶל *& in arvis*, כַּכַּרְמֶל, Cant. 7. v. 5. *sicut coccinum*, alii, *ut Carmel*, מִכַּרְמֶל *ex arvis*. Cum præf. aff. & dagh. forti in ל ad complendam syllabam, vide Gram. Heb. t. 1. p. 414. c. 2. כַּרְמִלּוֹ *arva ejus*, m. וְכַרְמִלּוֹ *& arva ejus*, m. Rad. כרמל inusit. Quidam componunt ex כַּר *pascuum*, & מָלֵא *plenus fuit*; q. d. pascuum plenum, h. e. pingue, abundans, & fertile.

כַּרְמֶל Mass. & Vulg. *Carmél*, nom. propr. 1°. civitatis in Tribu Juda. Jos. 15. v. 55. ubi quoque est mons ejusdem nominis, 1. Reg. 25. vv. 2. 5. &c. 2°. alterius montis in Tribu Issachar ad mare, qui per Tribum Zabulon ad fines usque Tribus Aser extendebatur, Jos. 12. v. 22. 3. Reg. 18. v. 20. &c. Is, cum esset feracissimus, pro qualibet fertili regione interdum ponitur Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 138. col. 1. 2. Cum præf. הַכַּרְמֶל *Carmel*, בַּכַּרְמֶל & בְּכַרְמֶל, *in Carmelo*, *in Carmelum*, וְכַכַּרְמֶל *& sicut Carmel*, לַכַּרְמֶל *ad Carmel*. Cum ה locali, כַּרְמֶלָה, & cum altero ה præfix. הַכַּרְמֶלָה, *Carmelum*. Etym. *arista virens*, *arvum*, *coccinum*. Vide nomen præcedens.

כַּרְמְלִי Mass. & Vulg. *Carmelí*, nomen commune incolarum montis Carmel, 1. Reg. 30. v. 5. Etym. vide supra כַּרְמֶל.

כַּרְמְלִית Mass. *Carmelíth*, Vulg. *Carmelitis*, idem nomen ac præcedens, sed femininum, 1. Paral. 3. v. 1. Etym. vide supra כַּרְמֶל.

כְּרָן Mass. *Kerán*, Vulg. *Charán*, nom. proprium filii Dison, Gen. 36. v. 26. Etym. *quasi cantans*; ex כְּ *quasi*, & רָנַן *cantavit*. Vel *agnus earum*; ex כַּר *agnus*, & affix. 3. p. pl. f.

כָּרְסֵא corsé, m. Chald. Theod. θρόνος, Vulg. & alii, *thronus*, *solium*. Cum affix. כָּרְסְיֵהּ corsejé *thronus ejus*, m. Dan. 7. v. 9 mutato א in (י); aut est à forma כָּרְסֵי corsé, quam fingunt nonnulli. Plur. ex terminatione femin. & mutato א aut (י) in (ו), כָּרְסָוָן corsavan, *throni*, Dan. 7.

v. 9. ubi insuper ם afficitur (ּ) loco (ִ). R. כְּרָם inusit.

כִּרְסֵם PIEL, unde 3. p. s. m. FUT. cum affix. יְכַרְסְמֶנָּה, Psal. 79. Heb. 80. v. 14. Lxx. ἐλυμήνατο, Vulg. Lat. *exterminavit eam*. Sym. κατενεμήσατο, S. Hieron. & alii, *vastavit eam*. Alii item, *conculcabit eam*. Hinc per apocopen χερσόω.

כָּרַע QAL. Lxx. Aq. Theod. & alius, κάμπτω. Theod. συγκάμπτω, Vulg. & alii, *flecto*, *curvo*, *incurvo me*, *incurvor*. Lxx. Sym. ὀκλάζω *genua flecto*. Lxx. item, πίπτω *cado*. ἀναπίπτω *recumbo*, ἐμπίπτω *incido*, προσπίπτω, *procido*, *procumbo*, κλίνω *inclino me*, κατακλίνω *recumbo*, κλαίω *fleo*, 1. Reg. 4. v. 19. ἀδυνατεῖν, Job. 4. v. 4. οὐκ ἰσχύω, Isai. 46. v. 2. *impotens*, *debilis*, *infirmus sum*, βαρύνομαι *gravor*, Jud. 5. v. 27. κατακλείομαι *includor*, *concludor*, ibid. ταπεινόομαι *humilior*, Job. 31. v. 10. συμποδίζομαι *impedior*, Psal. 19. Heb. 20. v. 9. ἐκτρίβω *enutrio*, Job. 39. v. 3. ubi Theod. δίδωμι *do*, & Sym. ἀποβάλλομαι *abjicior*, *emittor*; vel active, *abjicio*, *emitto*.

PRAET. 3. p. s. m. כָּרַע *incurvavit se*, *procubuit*. 3. p. pl. m. כָּרְעוּ *incurvarunt se*, *procubuerunt*.

BEN. s. m. כֹּרֵעַ *incurvans se*. Plur. m. כֹּרְעִים, & f. כֹּרְעוֹת, *incurvantes se*.

INFIN. cum præf. מִכְּרֹעַ *à procumbendo*.

FUT. 3. p. s. m. יִכְרַע *procumbet*. Cum præf. וַיִּכְרַע *& procubuit*. 3. p. s. f. תִּכְרַע *incurvabit se*. Cum præf. וַתִּכְרַע *& incurvavit se*. 1. p. s. c. cum præf. & ה parag. וָאֶכְרְעָה *& procubui*. 3. p. pl. m. יִכְרְעוּ, & cum ן parag. יִכְרָעוּן, *procumbent*, *incurvabunt se*, *incurventur*. Cum præf. וַיִּכְרְעוּ *& incurvarunt se*. 3 p. pl. f. תִּכְרַעְנָה *incurvant se*. 2. p. pl. m. in pausa, quare ר afficitur (ָ) pro (ְ), תִּכְרָעוּ *incurvabitis vos*. 1. p. pl. c. cum præf. ה paragog. & (ָ) pro (ְ) sub ר ob pausam, וְנִכְרָעָה *& procidamus*.

HIPHIL הִכְרִיעַ Lxx. Sym. ἐμποδοστατέω *offendiculo sum*, *offendiculum objicio*. Lxx. item, ὑποσκελίζω *supplanto*, συμποδίζω *impedio*, ταράσσω *turbo*. Aq. κάμπτω *flecto*, *curvo*, *incurvo*. Sic etiam recentiores. Sym. item, ὀκλάζω *in genua procumbere facio*.

Theod. κατάγχω *ſtrangulo*. Alii item, *proſterno, dejicio, humilio.*

PRAET. 3. p. ſ. m. הִכְרִיעַ *proſtravit.* 2. p. ſ. f. cum affix. & (·) pro (׳) ſub ת, הִכְרַעְתַּנִי, Jud. 11. v. 35. Lxx. ἐτάραξάς με *turbaſti me*, c. Aq. ἐκάμψας με *incurvaſti me*, c. Sym. ἐμποδοστάτης μοι *offendiculo fuiſti mihi*, c. Theod. κατήγξάς με *ſtrangulaſti me*, c. Vulg. *decepiſti me*, c.

INFIN. הַכְרֵעַ, Jud. 11. v. 35. *proſternendo.* Lxx. ſubſtant. ταραχῇ *turbatione.* Aq. Participialiter, κάμψαντα *incurvans.* Theod. κατάγχουσα *ſtrangulans.* Sym. Verbal. ὤκλασάς με *procumbere feciſti me*, c. Vacat apud Vulg.

IMPER. 2. p. ſ. m. cum affix. הַכְרִיעֵהוּ, Pſal. 16. Heb. 17. v. 13. *proſterne, dejice eum,* Vulg. Lat. *ſupplanta eum.* S. Hieron. *incurva eum.*

FUT. 2. p. ſ. m. תַּכְרִיעַ *proſternes.*

כְּרָעַיִם dual. f. Lxx. σκέλη, Vulg. & alii, *crura*, πόδες, Vulg. *pedes*, ἀκρωτήρια *extremitates.* Cum præf. הַכְּרָעַיִם & in pauſa הַכְּרָעָיִם, *crura*, וְהַכְּרָעַיִם *& crura.* Cum affix. כְּרָעָיו *crura ejus*, m. Cum præf. & aff. וּכְרָעָיו *& crura ejus*, m. Rad. כָּרַע *incurvavit*; unde *crura*, quod in ea incurventur & procumbant animalia.

כַּרְפַּס m. Eſth. 1. v. 6. Lxx. βύσσινος *byſſinus.* Aq. καρπάσιμα, vocem Hebraicam retinuit. Vulg. *carbaſinus.* Alii, *carbaſus, color viridis.* R. כרפס inuſit.

כרש m. unde cum aff. כְּרֵשׂוֹ, Jerem. 51. v. 34. Lxx. κοιλία αὐτοῦ, Vulg. *venter ejus*, m. Alii, *ingluvies ejus*, m. R. כָּרֵשׂ inuſit.

כַּרְשְׁנָא Maſſ. *Carſchená*, Vulg. *Carſená*, nomen proprium unius è ſeptem ducibus Perſarum, Eſth. 1. v. 14. Etym. *agnus anniculus*; ex כַּר *agnus*, & שָׁנָה *annus.* Vel *agnus dormiens*; à כַּר *agnus*, & יָשֵׁן *dormivit.*

כָּרַת QAL. Lxx. Aq. Sym. κόπτω, Vulg. & alii, *cædo.* Lxx. item, ἀποκόπτω *abſcindo, amputo*, ἐκκόπτω (ſic etiam alius), κατακόπτω *exſcindo.* Lxx. Theod. διατίθημι, Sym. συντίθημι, Lxx. συγκατατίθημι *paciſcor, fœdus ineo.* Lxx. item, ἀποσπάω *avello, abſtraho*, ἐξόλλυμι, ἐξολοθρεύω, *diſperdo*, ἀφαιρέω, ἐξαίρω, *auſero*, συντρίβω *contero*, ἵστημι *ſtatuo* (fœdus), ποιέω *facio*, συντελέω *conſummo*, τιτρώσκω *vulnero*, περιτέμνω *circumcîdo*, &c. Hoc Verbum compoſitum cum בְּרִית *fœdus*, ſignificat *fœdus inire, pangere*; quod olim in pangendis fœderibus animalia occiderentur. Hinc כָּרַת ſignificat etiam in genere *exſcindere*, &c.

PRAET. 3. p. ſ. m. כָּרַת *ſuccîdit, exſcîdit, pepigit.* Cum præf. וְכָרַת *& ſuccîdit.* Cum aff. כְּרָתוֹ *ſuccîdit eum.* 2. p. ſ. m. cum præf. & in pauſa; quare ר afficitur (·) loco (·), וְכָרַתָּ, contracte pro וְכָרַתְּתָּ, *& exſcindes.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 162. c. 2. Sic 1. p. ſ. c. כָּרַתִּי pro כָּרַתְתִּי, *pepigi.* Cum præf. וְכָרַתִּי pro וְכָרַתְתִּי, *& pangam.* 3. p. pl. m. כָּרְתוּ *ſucciderunt, pepigerunt.* Cum præf. וְכָרְתוּ *& ſuccident.* 1. p. plur. c. כָּרַתְנוּ *pepigimus.*

BEN. ſ. m. כֹּרֵת & cum præf. הַכֹּרֵת, *exſcindens, pangens.* Plur. m. כֹּרְתִים & conſt. כֹּרְתֵי, *pangentes.* Conſt. & cum præf. לְכֹרְתֵי *cæſoribus.*

PAOUL ſ. m. cum præf. וְכָרוּת & conſt. וּכְרוּת, *& exſciſus, & exſciſum.* Plur. f. cum (·) pro (ו), כְּרֻתוֹת *abſciſſæ, exſciſæ.* Cum præf. וּכְרֻתוֹת *& abſciſſæ, & exſciſæ.*

INFIN. כְּרוֹת & כָּרֹת, *pangere, pangendo.* Cum præf. וּכְרוֹת *& pangendo*, בִּכְרָת־ bichroth- *in pangendo*, לִכְרוֹת, לִכְרֹת, & לִכְרָת־ lichroth-, *ad ſuccîdendum, ad pangendum.* Cum præf. & aff. בְּכָרְתִי bechorthi *in abſcindendo me*, c.

IMPER. 2. p. ſ. m. cum (· hhatoúph) pro hhólem ob Maqqáph ſeq. כְּרָת־ cheroth-, & cum ה parag. כָּרְתָה cortha *pange.* 2. p. pl. m. כִּרְתוּ *pangite, cædite, ſcindite, exſcindite.*

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. הֲיִכְרֹת *num panget?* וַיִּכְרֹת, & ſequente Maqq. וַיִּכְרָת־ vaiiichroth- *& pepigit, & ſuccîdit, & abſcîdit.* 3. p. ſ. f. cum præf. וַתִּכְרֹת *& abſcîdit, & circumſcîdit.* 2. p. ſ. m. תִּכְרֹת *ſuccîdes, panges.* Cum præf. & (· hhatoúph) pro hhólem ob ſeq. Maqqaph, וַתִּכְרָת־ vattichroth- *& cædis.* 1. p. ſ. c. אֶכְרוֹת, אֶכְרֹת, & cum (· hhatoúph) pro hhólem ob ſeq. Maqqáph אֶכְרָת־, *pangam*, Joſ. 9. v. 7. ubi inſuper abundat (ו) poſt ad-

ſcripta puncta vocalia. Cum præf. וְאֶכְרֹת, & cum ה parag. וְאֶכְרְתָה, & pangam. 3. p. pl. m. in pauſa; quare ר afficitur hhôlem motione primariæ vocis, יִכְרֹתוּ pangent. Cum præf. וְיִכְרְתוּ & pangent, & ſuccîdent, וְיִכְרְתוּ & pepigerunt, & ſuccîderunt. Cum præf. aff. & (ֻ) pro (ֹ), וַיִּכְרְתֻהוּ & ſuccîderunt eum. 2. p. pl. m. תִּכְרְתוּ, & cum ו parag. ac in pauſa, quæ revocavit motionem primariæ vocis תִּכְרֹתוּן, pangetis, ſucciderîs. Cum præf. וְתִכְרְתוּ & pepigiſtis. 1. p. pl. c. נִכְרֹת, ſequente Maqqaph נִכְרָת־ nichroth-, & cum ה parag. נִכְרְתָה, pangemus, ſuccîdemus. Cum præf. & aff. וְנִכְרְתֶנּוּ & exſcindemus eum.

NIPHAL נִכְרַת, Lxx. ὄλλυμαι, ἐξόλλυμαι, ἀπόλλυμαι, pereo. Aq. ὀλοθρεύομαι, Lxx. Aq. Sym. ἐξολοθρεύομαι, exſcindor, exterminor. Sym. item, ἐκκόπτομαι excîdor. Lxx. item, ἀποθνήσκω morior, ἀφίσταμαι recedo, ἀναλίσκομαι conſumor, ἐξαίρομαι auferor, ἐκλείπω deficio.

PRAET. 3. p. ſ. m. נִכְרַת & in pauſa נִכְרָת, exſciſus, exſciſum eſt. Cum præf. וְנִכְרַת & exſcindetur. 3. p. ſ. f. in pauſa; quare ר notatur cum (ָ) loco (ְ), נִכְרָתָה, exſcindetur, peribit. Cum præf. וְנִכְרְתָה & exſcindetur. 2. p. ſ. m. cum præf. וְנִכְרַתָּ contracte pro וְנִכְרַתְתָּ, & exſcindetur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 170. c. 2. 3. p. pl. c. נִכְרְתוּ & in pauſa נִכְרָתוּ, exſciſæ ſunt. Cum præf. וְנִכְרְתוּ & exſcindentur.

INFIN. הִכָּרֵת exſcindendo. Cum præfix. בְּהִכָּרֵת in exſcindendo.

FUT. 3. p. ſ. m. יִכָּרֵת, & 3. p. ſ. f. תִּכָּרֵת, exſcindetur. 3. p. pl. m. יִכָּרְתוּ, in pauſa יִכָּרֵתוּ, & cum ו parag. ac in eadem pauſa יִכָּרֵתוּן, exſcindentur.

PUAL כֹּרַת, unde 3. p. ſ. m. cum (ָ hhatoûph) pro (ֻ) & daghéſch in ר, quanvis ejus recipiendi vulgo incapaci, כֹּרַּת corrath, Ezech. 16. v. 4. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐτμήθη, Vulg. & alii, præciſus eſt. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 28. c. 1. 179. c. 1. 3. p. ſ. f. in pauſa; quare ר afficitur (ָ) pro (ְ), כֹּרָּתָה exſciſa, ſucciſa eſt, vel exſciſus, ſucciſus eſt (lucus).

HIPHIL הִכְרִית, Lxx. Aq. ὀλοθρεύω, Lxx. Sym. ἐξολοθρεύω, diſperdo, extermino. Lxx. Theod. ἀφανίζω, Lxx. item, ἐξαίρω auſero. Sym. item, ἐκκόπτω exſcindo. Lxx. item, ἀφανίζω è conſpectu removeo, deleo, ἐξαναλίσκω conſumo, κατακαίω avello, deſtruo, ἐκτρίβω contero, ἀπόλλυμι perdo, πλήσσω percutio, τύπτω verbero.

PRAET. 3. p. ſ. m. הִכְרִית exſcîdit. 3. p. ſ. f. cum præf. וְהִכְרִיתָה & exſcindet. 1. p. ſ. c. הִכְרַתִּי exſcîdi, contracte pro הִכְרַתְתִּי. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 183. c. 1. Sic cum præf. וְהִכְרַתִּי & exſcindam. Et cum præf. & aff. וְהִכְרַתִּיו & exſcindam eum, וְהִכְרַתִּיךָ & exſcindam te, m. 3. p. pl. c. הִכְרִיתוּ exſciderunt. Cum præf. וְהִכְרִיתוּ & exſcindent.

INFIN. הַכְרִית exſcindere. Cum præfix. בְּהַכְרִית in exſcindendo, לְהַכְרִית exſcindere, ad exſcindendum, וּלְהַכְרִית & ad exſcindendum. Cum præf. & affix. לְהַכְרִיתוֹ ad exſcindendum eum, הַכְרִיתֶךָ in pauſa, exſcindere te, m.

FUT. 3. p. ſ. m. יַכְרִית & יַכְרֵת, exſcindet. Cum præf. וְיַכְרֵת & exſcindet, וַיַּכְרֵת, & exſcîdit. 3. p. ſ. f. cum affix. תַּכְרִיתֶךָ exſcindet te, m. 2. p. ſ. m. תַּכְרִית exſcindes. 1. p. ſ. c. אַכְרִית exſcindam. Cum præfix. וְאַכְרִית, & cum ה parag. & (ִ) pro (ִי), וְאַכְרִתָה, & exſcindam. 2. p. pl. m. תַּכְרִיתוּ exſcindatis. 1. p. pl. c. נַכְרִית exſcindemus. Cum præf. & aff. וְנַכְרִיתֶנָּה & exſcindamus eum (Moab).

HOPHAL הָכְרַת, 3. p. ſ. m. PRAET. Joel. 1. v. 9. Lxx. ἐξῆρται ablatum eſt (ſacrificium). Vulg. periit. Alii, exciſum, ſucciſum eſt.

כְּרֹת f. plur. Soph. 2. v. 6. Lxx. juncta hac voce cum præced. נְוֹת, νομὴ paſcuum. Vulg. requies. Alii, caulæ, foſſuræ, à Rad. כָּרָה fodit.

כְּרֵתִי m. cui ſæpe jungitur altera vox פְּלֵתִי; aliis eſt nomen familiæ vel Iſraëliticæ, vel Palæſthinæ, ex qua, uti ex familia פְּלֵתִי itidem Iſraëlitica aut Palæſthina, quanvis extranea, David ſibi cuſtodes eligebat. Qui mos etiamnum apud quoſdam Europæ principes obtinet. Aliis eſt Cretenſis, ſeu vir ex inſula Creta oriundus. Et collective, Cretenſes, qui erant viri fortiſſimi. Aliis, ut Paraphraſti Chal-

dæo, 2. Reg. 8. v. 18. כְּרֵתִי erant sagittarii, ut פְּלֵתִי fundibularii. Alii alias interpretationes afferunt, quas vide apud interpretes. Hinc cum præf. הַכְּרֵתִי, Lxx. vocem Heb. vulgo retinent, ut 1. Reg. 30. v. 14. χελεθί mendose pro χερηθεί ut habet mſ. Alex. vel χερεθί, ut habent iidem Lxx. 2. Reg. 20. vv. 7. 23. 1. Paral. 18. v. 16. al. 17. &c. Vulg. *Cerethi*. Alii, *Cerethæus*, וְהַכְּרֵתִי *& Cerethi*, *& Cerethæus*. Plur. כְּרֵתִים, Ezech. 25. v. 15. al. 16. Lxx. Κρῆτες *Cretæ*, *Cretenses*. Vulg. *interfectores*, legebat כֹּרְתִים in Benoni pl. m. כָּרַת *exscidit*. Et Sophon. 2. v. 4. al. 5. Lxx. Κρῆτες *Cretenses*, ut supra. Vulg. *perditi*. Aq. & Vª. edit. ὀλέθρειον (ἔθνος) *perniciosa* (gens). Sym. ὀλεθρευόμενον *perdita*, *exscisa* (gens). Theod. substantive, ὄλεθρεια *pernicies*, *exitium*. Has interpretationes suppeditat Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. col. 1660. R. כָּרַת *exscidit*; unde *Cerethi*, quasi exscindentes, h. e. interfectores.

כֶּשֶׂב m. idem nomen quod כֶּבֶשׂ, trajectis literis. Vide sup. col. 881. Lxx. Aq. ἀμνός, Lxx. item, ἀρὴν, *agnus*, anniculus videlicet, sive unius anni. Lxx. Sym. πρόβατον, Vulg. & alii, *ovis*, itidem annicula. Cum præf. הַכֶּשֶׂב *ovis*, וְהַכֶּשֶׂב *& ovis*. Plur. כְּשָׂבִים *oves*. Cum præf. הַכְּשָׂבִים *oves*, וְהַכְּשָׂבִים *& oves*, בַּכְּשָׂבִים *in ovibus*. R. כָּשַׂב inusit.

כִּשְׂבָּה f. Levit. 5. v. 6. Lxx. ἀμνάς, Vulg. & alii, *agna*. R. כָּשַׂב inusit.

כֶּשֶׂד Maſſ. *Késedh*, Vulg. *Cáſed*, nomen proprium filii Nachor, à quo כַּשְׂדִּים *Chaldæi* dicti sunt, Gen. 22. v. 22. Etym. *quasi dæmon*, aut *vastator*, aut *mamma*, aut *ager*; ex כ *quasi*, & שֵׁד *dæmon*, aut שֹׁד *vastator*, aut שַׁד *mamma*, aut שָׂדֶה *ager*.

כַּשְׂדָּי, & emphatice כַּשְׂדָּיָא, vel, ut legendum docent Maſſor. כַּשְׂדָּאָה, vide Gram. Chald. tom. 2. p. 572. c. 1. Lxx. Theod. Χαλδαῖος, Vulg. & alii, *Chaldæus*. Alii item, *divinus*, *hariolus*, quod in arte divinandi periti essent Chaldæi. Cum præf. & in pausa, quæ mutavit (-) in (·), וְכַשְׂדָּי *& Chaldæus*. Plur. כַּשְׂדָּאִין & emphatice כַּשְׂדָּיָא, *Chaldæi*, Dan. 2. v. 10. Cum præf. לְכַשְׂדָּיָא *Chaldæis*, Dan. 2. v. 5. quibus

in locis Maſſorethæ legendum tradunt א & (י) trajectis, לְכַשְׂדָּאֵי, כַּשְׂדָּאֵי.

כַּשְׂדִּים Maſſ. *Kaſdím*, Vulg. *Chaldæi*, Iſai. 13. v. 19. Jerem. 50. v. 8. nom. propr. regionis Asiæ majoris, quæ Chaldæa vocatur, & populi eam incolentis. Cum ה locali, כַּשְׂדִּימָה *in Chaldæam*. Etym. *quasi dæmones*, &c. vide in כֶּשֶׂד, col. præced. mutatis singularibus numeris cum pluralibus.

כָּשָׂה QAL, unde 2. p. ſ. m. PRAET. כָּשִׂיתָ, Deut. 32. v. 15. Lxx. ἐπλατύνθη *dilatatus est* in tertia persona, nisi sit mendum pro ἐπλατύνθης, sublato ς amanuensium oscitantia. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 21. c. 1. Vulg. *dilatatus*, persona non distincta. Alii, *opertus es* (adipe); ita ut idem sit ac כָּסָה *texit*, *operuit*; & passive, secundum hos interpretes, *tegor*, *operior*.

כַּשִּׁיל m. unde cum præf. בְּכַשִּׁיל, Pſal. 73. Heb. 74. v. 6. Lxx. ἐν πελέκει, Vulg. Lat. & alii, *in securi*. S. Hieron. *bipenne*. Sym. ἐν μοχλοῖς *in* vel *cum vectibus*. R. כָּשַׁל *impegit*; unde *securis*, quod in lignum impingatur.

כּוּשִׁיִּים m. pl. *Æthiopes*, &

כּוּשִׁית fem. *Æthiopissa*, vide in כּוּשִׁי, supra col. 893.

כָּשַׁל QAL. Lxx. Sym. ἀσθενέω *infirmus sum*: Aq. σκανδαλίζομαι *offendo*, *impingo*. Sic etiam alii. Lxx. item, ἀδυνατέω *impotens sum*, ἀνίεμαι *remittor*, καταναλίσκομαι *consumor*, κοπιάω *laboro*, παραλύομαι *dissolvor*, συντρίβομαι *conteror*, ὑπερόπτομαι *despicio*, *contemno*, Levit. 26. v. 37. Alii item, *cado*, *ruo*, *corruo*, *dejicior*.

PRAET. 3. p. ſ. m. כָּשַׁל *corruit*. Cum præf. וְכָשַׁל *& corruet*. 3. p. ſ. f. כָּשְׁלָה *corruit*. 2. p. ſ. m. כָּשַׁלְתָּ *corruisti*. Cum præf. וְכָשַׁלְתָּ *& corrues*. 3. p. pl. m. כָּשְׁלוּ & in pausa כָּשָׁלוּ, *corruerunt*. Cum præf. וְכָשְׁלוּ *& impingent*, *& corruent*. 1. p. pl. c. כָּשַׁלְנוּ *impegimus*, *corruimus*.

BEN. ſ. m. כּוֹשֵׁל *impingens*, *corruens*. Pl. f. כֹּשְׁלוֹת *labantia*, *infirma* (genua).

INFIN. כָּשׁוֹל *impingendo*.

NIPHAL נִכְשַׁל, Lxx. Theod. ἀσθενέω, Lxx. item, ἀνισχύς εἰμι, *infirmus sum*. Lxx. item, ἀπόλλυμαι *pereo*, προσκόπτω *offendo*,

πλανάομαι *seducor.* Alii item, *impingo, corruo, labor*, ut in Qal.

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנִכְשַׁל *& impinget, & corruet.* 3. p. pl. c. cum præf. וְנִכְשְׁלוּ & in pausa וְנִכְשָׁלוּ, *& impingent.*

Ben. f. m. cum præf. הַנִּכְשָׁל *collapsus, corruens.* Plur. m. cum præfix. וְהַנִּכְשָׁלִים *& corruentes, & collapsi.*

Infin. cum præf. & affix. וּבִכָּשְׁלוֹ, contracte pro וּבְהִכָּשְׁלוֹ, *& in corruendo eo*, וּבְהִכָּשְׁלָם *& in corruendo eos.*

Fut. 3. p. f. m. cum (ֵ) in fine pro (ָ) ob retractum accentum in concursu, יִכָּשֵׁל *impinget, corruet.* 2. p. f. m. תִּכָּשֵׁל *impinges.* 3. p. pl. m. יִכָּשְׁלוּ & in pausa יִכָּשֵׁלוּ, *impingent, corruent.*

PIEL כִּשֵּׁל, unde 2. p. f. f. Fut. תְּכַשְּׁלִי, Ezech. 36. v. 14. Lxx. ἀτεκνώσεις *liberis orbabis*; legebant תְּשַׁכְּלִי (à שָׁכַל) ut legendum docent Massorethæ. Vulg. *necabis.* Alii, *impingere facies, debilitabis.*

HIPHIL הִכְשִׁיל, Lxx. ἐντρέπομαι *in fugam verto.* Aq. σκανδαλίζω *offendiculum pono.* Lxx. item intransitive, ἀσθενέω, ἐξασθενέω, *infirmus, imbecillis sum.* Et active, *infirmum reddo.* Sym. πταίω *corruo.* Alii item, *impingere facio, dejicio, debilito, labefacto.*

Praet. 3. p. f. m. הִכְשִׁיל *labefactat.* 2. p. pl. m. הִכְשַׁלְתֶּם *impingere fecistis.*

Infin. cum præf. וּלְהַכְשִׁיל *& ad impingere faciendum.* Cum præf. & aff. לְהַכְשִׁילוֹ *ad impingere faciendum eum.*

Fut. 3. p. f. m. cum affix. יַכְשִׁילֵךְ *impingere faciet te*, m. 2. p. f. f. cum (ִ) pro (ִי), תַּכְשִׁלִי *impingere facies* aut *fines.* 3. p. pl. m. יַכְשִׁילוּ *impingere facient.* Cum præf. & aff. וַיַּכְשִׁילֻהוּ, cum (ֻ) pro (וּ), *& impingere facient eum*, וַיַּכְשִׁלוּם *& impingere fecerunt eos*, cum ( ) pro (ִי).

HOPHAL הָכְשַׁל, unde Paoul pl. m. מֻכְשָׁלִים, Jerem. 18. v. 23. Vulg. *corruentes* (fiant). Alii, *impingere facti* (sint). Lxx. ἡ ἀσθένεια αὐτῶν *infirmitas eorum*; legebant מִכְשֹׁלָם, à מִכְשׁוֹל *offendiculum*, &, secundum eos, *infirmitas.*

כִּשָּׁלוֹן m. Prov. 16. v. 18. Lxx. πτῶμά *casus, lapsus.* Vulg. *ruina.* Alii item, *offensio, offendiculum.* R. כָּשַׁל *offendit, corruit.*

כָּשַׁף QAL, unde PIEL כִּשֵּׁף, ex quo 3. p. f. m. Praet. cum præfix. וְכִשֵּׁף, 2. Paral. 33. v. 6. Lxx. καὶ ἐφαρμακεύετο *& veneficiis utebatur.* Vulg. *& magicis artibus inserviebat.* Alii, *& veneficia, & maleficia exercebat.*

Ben. f. m. מְכַשֵּׁף, Lxx. Theod. φαρμακὸς *veneficus, præstigiator.* Vulg. *maleficus.* Hinc cum præf. וּמְכַשֵּׁף *& præstigiator.* Fem. servato (ֵ) præter analogiam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 176. c. 1. מְכַשֵּׁפָה *præstigiatrix.* Plur. m. cum præf. בַּמְכַשְּׁפִים *in præstigiatores*, וְלַמְכַשְּׁפִים *& præstigiatoribus.*

כַּשָּׁפִים m. pl. à sing. inusit. כַּשָּׁף, unde cum aff. כַּשָּׁפֵיכֶם, Jerem. 27. v. 9. Lxx. φαρμακοὶ ὑμῶν *præstigiatores vestri*, m. Vulg. *malefici vestri*, m. Alii item, *auspices, haruspices, fascinatores vestri*, m. Servatur (ָ) ultimæ ob daghésch literæ ejus impressum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 90. c. 1.

כְּשָׁפִים m. pl. à sing. inusit. כֶּשֶׁף, Lxx. φάρμακα, φαρμακεῖαι, *veneficia*, Vulg. *maleficia.* Alii, *præstigiæ, fascina, fascinatores, incantamenta.* Cum præf. & aff. וּכְשָׁפֶיהָ *& præstigiæ ejus*, f. בִּכְשָׁפֶיהָ *præstigiis ejus*, f. כְּשָׁפַיִךְ *præstigiæ tuæ*, f. Rad. כָּשַׁף in Piel, *præstigiis usus est.*

כָּשֵׁר QAL, unde 3. p. f. m. Fut. יִכְשַׁר, Eccle. 11. v. 6. Lxx. συγχέει *recte procedet.* Aq. ἐπιθήσει *aptum, idoneum erit, conveniet.* Sym. εὑρήσει *inveniet*, sensu parum commodo. Vulg. *magis oriatur.* Alii, *rectum, commodum, congruum, prosperum futurum sit.* Atque ita hoc verbum conferunt cum יָשַׁר *rectum fuit.*

HIPHIL הִכְשִׁיר, unde Infin. cum (י) hodie supervacaneo, sed vocali *e* ante inventa puncta Massorethica, הַכְשֵׁיר, Eccle. 10. v. 10. *rectificare, dirigere.* Lxx. Nominaliter, τῷ ἀνδρί *viro.* Sym. ὁ γοργευσάμενος *festinans.* Vulg. *sequetur.* Alii versum hunc obscurissimum sic explicant. Si retusum, vel hebetatum fuerit ferrum, id est, securis; & aciem ejus non acuerit operarius: tunc vires roboret, h. e. augeat, seu majoribus viribus utatur necesse est; præstantia vero dirigendi est sapientia, h. e. sapientia autem præstan-

tissima est actionum directrix, efficitque ut nihil nisi cum aptis & idoneis instrumentis aggrediamur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 574. col. 1.

כָּשֵׁר m. unde cum præf. וְכָשֵׁר, Esth. 8. v. 5. Lxx. editionis Origenianæ, nam vacat apud Lxx. Vatic. *καὶ εὐθὺς & rectus* (est sermo). Vulg. *& non contrariis videtur* (deprecatio). Alii, *& rectum, & congruum, & conveniens* (est verbum, seu negotium). Rad. כָּשֵׁר *rectum fuit.* Sunt quibus ea vox est 3 p. s. m. Præteriti Cal ejusdem Verbi in forma (-).

כִּשְׁרוֹן m. Lxx. *ἀνδρεία virilitas, fortitudo.* Sym. *γοργότης agilitas, ἀνδραγάθημα recte, præclare factum.* Vulg. *industria, sollicitudo, fructus, utilitas, emolumentum;* & Verbal. *profuum.* Alii, *rectitudo, æquitas, commoditas, congruentia.* Cum præf. וּבְכִשְׁרוֹן *& in rectitudine*, &c. R. כָּשֵׁר *rectum fuit.*

כָּתַב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. *γράφω*, Vulg. & alii, *scribo.* Lxx. item, *ἀπογράφω*, Theod. *ἀντιγράφω*, Lxx. & alius, *διαγράφω describo.* Lxx. item, *καταγράφω*, Aq. *συγγράφω, conscribo.* Lxx. item, *ἐπιγράφω inscribo, ἔχω habeo*, Job. 31. v. 35. al. 36. *μερίζω divido, χωροβατέω regionem obambulo* (ejus dividendæ gratia). Alii item, *rescribo, præscribo.*

Praet. 3. p. s. m. כָּתַב *scripsit.* Cum præf. וְכָתַב *& scribet.* 2. p. s. m. כָּתַבְתָּ & in pausa כָּתָבְתָּ, *scripsisti.* Cum præf. וְכָתַבְתָּ *& scribes.* Cum præf. & aff. וּכְתַבְתָּם *& scribes ea.* 1. p. s. c. כָּתַבְתִּי *scripsi.* Cum præf. וְכָתַבְתִּי *& scribam.* 3. p. pl. c. כָּתְבוּ *scripserunt.*

Ben. s. m. כֹּתֵב *scribens.* Plur. m. cum præf. הַכֹּתְבִים *scribentes*, וְכֹתְבִים *& scribentes.*

Paoul s. m. כָּתוּב, Lxx. *ἔγγραπτον inscriptum.* Et substantive, *γραφὴ scriptura.* Alii, *scriptus, scriptum.* Cum præf. הַכָּתוּב *scriptum, quod scriptum est*, וְכָתוּב *& scriptum*, כַּכָּתוּב *sicut scriptum est.* Femin. כְּתוּבָה *scripta, scriptum.* Cum præf. הַכְּתוּבָה *quæ scripta est.* Plur. m. כְּתֻבִים & כְּתוּבִים, *scripti, scripta.* Cum præfix. הַכְּתוּבִים & הַכְּתֻבִים, *quæ scripta sunt*, בַּכְּתֻבִים, cum (-) pro (:), *in scriptis.* Plur. fem. cum præfix. הַכְּתוּבוֹת *scripta.*

Infin. cum præf. וְכָתוֹב *& scribendo*, בִּכְתוֹב, Psal. 86. Heb. 87. v. 6. Aq. *ἐν τῷ γράφειν in scribendo.* Sym. *γράφων*, S. Hieron. *scribens.* Lxx. Theod. *ἐν γραφῇ in scriptura.* Vª. edit. *ἐν ἀπογραφῇ in descriptione*, לִכְתוֹב *ad scribendum.* Cum præf. & affix. בְּכָתְבוֹ bechothvó *in scribendo eo, cum scriberet.*

Imper. 2. p. s. m. כְּתוֹב, sequente Maqqaph כְּתָב־ kethov, & cum ה paragog. כָּתְבָה kothvá, *scribe.* Cum præf. וּכְתֹב *& scribe.* Cum aff. כָּתְבֵם kothvém, *scribe ea.* 2. p. pl. m. כִּתְבוּ *scribite.*

Fut. 3. p. s. m. יִכְתֹּב *scribet.* Cum præf. וַיִּכְתּוֹב, & sequente Maqqaph וַיִּכְתָּב־ vaiiktov-, *& scripsit.* Cum præf. & affix. יִכְתְּבֵם *scribet ea*, וַיִּכְתְּבֵם *& scripsit ea.* 3. p. s. f. cum præf. וַתִּכְתֹּב *& scripsit.* 2. p. s. m. תִּכְתֹּב *scribes.* 1. p. s. c. cum (· hhatouph) pro hhólem ob seq. Maqqaph, אֶכְתָּב־ ekhtov- *scribam.* Cum præf. וְאֶכְתּוֹב *& scribam*, וָאֶכְתֹּב *& scripsi.* Cum affix. אֶכְתֳּבֶנָּה *scribam illud.* 3. p. pl. m. יִכְתְּבוּ *scribent.* Cum præf. וְיִכְתְּבוּ *& scribent*, וַיִּכְתְּבוּ *& scripserunt.* Cum præf. & aff. וַיִּכְתְּבוּהָ *& scripserunt eam.* 2. p. pl. m. תִּכְתְּבוּ *scribetis.*

NIPHAL נִכְתַּב, Lxx. *γράφομαι*, Vulg. & alii, *scribor, πέμπομαι mittor.* Et active, *γράφω scribo, καταχωρίζω colloco, refero in librum, in commentarios, δογματίζομαι decerno.*

Praet. 3. p. s. m. נִכְתַּב, vel in pausa נִכְתָּב, *scriptum est*, Esth. 3. v. 12.

Ben. s. m. נִכְתָּב *scriptum* (est). Cum præf. וְנִכְתָּב *& scriptum* (est).

Fut. 3. p. s. m. יִכָּתֵב *scribetur.* Cum præf. וְיִכָּתֵב *& scribetur*, וַיִּכָּתֵב *& scriptum est.* 3. p. s. f. תִּכָּתֶב *scribetur*, Psal. 101. Heb. 102. v. 19. cum (-) in fine pro (-), ob accentum in concursu retractum. 3 p. pl. m. in pausa, quæ revocavit (-) motionem primariæ vocis, יִכָּתֵבוּ *scribentur.* Cum præf. & ן parag. וְיִכָּתֵבוּן *& scribentur.*

PIEL כִּתֵּב, unde 3. p. pl. c. in pausa; quare remanet (-) primariæ vocis, כִּתֵּבוּ, Isai. 10. v. 1. Lxx. *γράφουσι*, Vulg. & alii, *scribunt, scripserunt.*

Ben. pl. m. cum præf. וּמְכַתְּבִים, Isai. 10.

v. 1. Lxx. ἐν χάρτῃ, Vulg. & alii, & *scribentes*, & *condentes* (leges).

כתב Chald. PEAL. Lxx. Theod. γράφω, Vulg. & alii, *scribo*, ut apud Hebræos.

PRAET. 3. p. f. m. כְּתַב *scripsit*. 3. p. pl. m. כְּתַבוּ *scripserunt*.

BEN. f. f. כָּתְבָה *scribens* (erat), *scribebat*. Pl. f. cum præf. וְכָתְבָן & *scribentes* (erant), & *scribebant*.

PEIL f. m. כְּתִיב *scriptum*.

FUT. 1. p. pl. c. נִכְתֻּב *scribemus*, *scriberemus*.

כְּתָב m. Heb. & Chald. aut emphat.

כְּתָבָא, & cum ה pro א,

כְּתָבָה, Lxx. Theod. γραφή, Vulg. & alii, *scriptura*, *scriptum*, *rescriptum*. Cum præf. הַכְּתָב *scriptura*, וּכְתָבָא & וּכְתָב & *scriptura*, בִּכְתָב *in scripto*, וּבִכְתָב & *in scripto*. Conſt. & cum præf. כִּכְתָב *secundum scripturam*, *scriptum*. Cum præf. & aff. כִּכְתָבָהּ *secundum scripturam ejus*, f. כְּתָבָם *scriptura eorum*, כִּכְתָבָם *secundum scripturam eorum*. R. כָּתַב *scripsit*.

כְּתֹבֶת f. unde cum præf. וּכְתֹבֶת, Levit. 19. v. 28. Lxx. ἐν γράμματα & *literæ*. Vulg. & *figuræ*. Legebant וּכְתֹבֶת in plur. Alii, *inscriptio*, *scriptura* in carnem incisa. Reſpicit Moyſes ad morem ethnicorum, qui nomen Deorum quos colebant, vel in manibus, vel in fronte inuſtum gerebant. Confer Apoc. 13. vv. 16. 17. R. כָּתַב *scripsit*, *inscripsit*.

כִּתִּים Maſſ. *Kittím*, Vulg. *Cethim*, nomen proprium 1°. filii Javan, Gen. 10. v. 4. 2°. populi, qui Cyprum inſulam habitavit, & cujus pars, ſeu colonia, in Macedoniam tranſiit. Vide 1. Machab. 1. v. 1. Hinc Alexander Magnus dicitur *egressus de terra Cethim*, ibid. Vide etiam S. Epiph. Hæref. 30. Etym. *contritio maris*; à כָּתַת *contudit*, *contrivit*, & יָם *mare*. Vel *aurum præstantissimum*; à כֶּתֶם idem.

כָּתִית m. Lxx. κεκομμένον, κεκοπανισμένον, Vulg. & alii, *tusum*, *contusum*, *ex contusione fluens* (oleum), h. e. puriſſimum, ut interdum vertit Vulg. R. כָּתַת *tutudit*, *contudit*.

כֹּתֶל m. unde cum præf. כָּתְלֵנוּ cothlénou, Cant. 2. v. 9. Lxx. τοῖχος ἡμῶν, Vulg. & alii, *paries noster*, c. R. כָּתַל inuſit.

כְּתַל m. Chald. Lxx. Theod. τοῖχος, Vulg. & alii, *paries*, *murus*, ut in Hebræo. Plur. emphat. & cum præf. בְּכָתְלַיָּא *in parietibus*. Rad. כְּתַל inuſit.

כִּתְלִישׁ Maſſ. *Kithlísch*, Vulg. *Cethlís*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 40. Etym. *paries est*; ex כֹּתֶל *paries*, & יֵשׁ *est*. Vel *contritio leonis veteris*; à כָּתַת *contrivit*, *contudit*, & לַיִשׁ *vetus leo*.

כתם QAL, unde NIPHAL נִכְתָּם, ex quo BEN. f. m. נִכְתָּם, Jerem. 2. v. 22. Lxx. κεκηλίδωσαι, Vulg. cum aliis quibuſdam, *maculata es*, ex ſignificatione Chaldaïca & Rabbinica. Alii, *fulget*, *micat*, *eminet* (iniquitas tua), à nomine ſequenti inde derivato כֶּתֶם *aurum præstantissimum*.

כֶּתֶם & in pauſa כָּתֶם, m. Lxx. Sym. Theod. χρυσίον, Sym. & Theod. item, χρυσός, Vulg. & alii, *aurum*, optimum videlicet; quare interdum jungitur cum פָּז, אוּפָז, & אוֹפִיר, quæ vide ſuis locis. Lxx. Sym. item, λίθος *lapis*, Aq. λίθια *massa* (auri videlicet). Theod. item & V^a. editio adjective, ἐπίσημος *insignis*. Aq. item, V^a. & VI^a. edit. Pſal. 44. Heb. 45. v. 10. βάμμα *tinctura*. Lxx. ibid. ἱματισμός *vestimentum*. Theod. διάδημα χρυσοῦν, S. Hieron. *diadema aureum*. Lxx. item, λίθος πολυτελής *lapis pretiosus*, ἀργύριον *argentum*. Thren. 4. v. 1. ubi Vulg. *color*. Is & Lxx. bis *aurum* interpretari noluerunt. Cum præf. הַכֶּתֶם *aurum*, בַּכֶּתֶם *in auro*, *pro auro*, וּלְכֶתֶם & *ad aurum*, מִכֶּתֶם *præ auro*. R. כָּתַם *fulsit*, *splenduit*, *emicuit*; unde *aurum* quod maxime fulgeat.

כֻּתֹּנֶת, & in alia forma

כְּתֹנֶת, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. χιτών, Vulg. & alii, *tunica*. Aq. Sym. Theod. item, ὑποδύτης, *subucula*, *interula*, *vestis interior*. Lxx. item, στολή *stola*. Cum præf. הַכְּתֹנֶת *tunica*, *an tunica*? Sic הַכֻּתֹּנֶת, *tunica*, וּכְתֹנֶת & *tunica*. Cum aff. כֻּתָּנְתּוֹ cuttontó, *tunica ejus*, m. כֻּתָּנְתֶּךָ cuttontécha, in pauſa, *tunica tua*, m. כֻּתָּנְתִּי cuttonti, *tunica mea*, c. Plur. כֻּתֳּנֹת & כָּתְנוֹת, *tunicæ*. Cum præf.

affix. & servato hhólem præter analogiam, כְּכָתְנֹתָם *cum tunicis eorum* vel *suis*. Const. כָּתְנוֹת cothnóth, *tunicæ*, à singulari inusitato כָּתְנָה cothná. Cum præf. ה, quod nominibus constructis vulgo non jungitur, vide Gram. Heb. tom. I. p. 421. c. 2. הַכָּתְנֹת haccothnóth, *tunicæ*, Exod. 39. v. 27. וְכָתְנֹת vechothnóth, *& tunicæ*. Rad. כָּתַן inusit.

כָּתֵף, & in alia forma, quæ in constructione usurpatur,

כָּתֵף, f. Lxx. Aq. & alius, ὦμος, Lxx. Aq. Sym. ὠμία, Vulg. & alii, *scapula*, *humerus*, *armus*. Lxx. item, ἐπωμὶς *superhumerale*, νῶτος, νῶτον, *dorsum*, κλίτος *latus*, γωνία *angulus*, ὀροφώματα *tectum*, *camera*, χεὶρ *manus*, Ezech. 29. v. 7. πᾶσα ψυχὴ? *navis*, Isai. 11. v. 14. ex serie orationis; γραφὴ *scriptura*, I. Paral. 15. v. 15. ubi pro בכתפם legebant בִּכְתָבָם, cum ב pro פ, & ב pro כ. Alii item, *littus*, *ora maritima*. Cum præf. הַכָּתֵף *latus*, וְכָתֵף *& humerus*, *& armus*, בְּכָתֵף & בַּכָּתֵף, *in humero*, *in humerum*, וּבְכָתֵף *& humero*, לְכָתֵף & לַכָּתֵף, *ad latus*, וְלַכָּתֵף *& ad latus*, מִכָּתֵף *à latere*. Cum aff. כְּתֵפִי *humerus meus*, c. Cum præf. & aff. בִּכְתֵפָם *in humero eorum*, vel *suo*, m. Plur. כְּתֵפֹת, כְּתֵפוֹת, & cum præf. הַכְּתֵפוֹת, *scapulæ*, *superhumeralia*. Const. בְּכִתְפוֹת *latera*, *superhumeralia*. Cum præf. וְכִתְפוֹת *& latera*. Plur. ex forma masc. & cum affix. כְּתֵפָיו *humeri*, *superhumeralia ejus*, m. כְּתֵפֶיהָ *humeri ejus*, f. R. כָּתַף inusit.

כָּתַר QAL, unde PIEL כִּתֵּר, Lxx. Aq. Sym. Psal. 21. Heb. 22. v. 13. περιέχω *circumdo*. S. Hieron. *vallo*. Vulg. Lat. *obsideo*. Theod. ibid. διαδηματίζομαι *traduco*. Lxx. item, Jud. 20. v. 43. καταχόπτω *concido*. Et in alia significatione, Job. 36. v. 2. Lxx. μένω, Theod. ὑπομένω, *exspecto*, Vulg. *sustineo*, &c. ex usu Chaldaico.

PRAET. 3. p. pl. c. כִּתְּרוּ, Jud. 20. v. 43. *conciderunt*. Alii, *exspectarunt*. Cum affix. כִּתְּרוּנִי, Psal. 21. Heb. 22. v. 13. *circumdederunt*, *obsederunt*, *vallarunt me*, c.

IMPER. 2. p. s. m. ex termin. (ֶ), & cum accentu euphon. in penult. כַּתַּר־לִי, Job. 36. v. 2. *exspecta*, *sustine me*, c.

HIPHIL הִכְתִּיר, Lxx. κρατέω, *teneo*, *vinco*, ὑπερισχύω, *supero*, *prævaleo*, ὑπομένω, Aq. ἀναμένω, καραδοκέω, *exspecto*, ex significatione Piel. Theod. passive, στέφομαι, Sym. στεφανόομαι, *coronor*. Alii, *cingo*, *corono*, *circundo*, *obsideo*.

BEN. s. m. מַכְתִּיר *cingens*, *coronans*, *circundans*, *obsidens*.

FUT. 3. p. pl. m. יַכְתִּירוּ, & cum (ִ) pro (ִי), יַכְתִּרוּ, *cingent*, *coronabunt*, *exspectabunt*, *exspectant*, &c.

כֶּתֶר m. Lxx. διάδημα, Vulg. & alii, *diadema*, *corona*. Cum præf. בְּכֶתֶר *corona*, *cum corona*, *cum diademate*. R. כָּתַר in Piel, *cinxit*; unde *diadema*, quod caput cingat.

כֹּתֶרֶת f. Lxx. Sym. κεφαλὶς, Vulg. & alii, *capitellum*. Lxx. item, ἐπίθεμα, Sym. ἐπιστύλιον, *epistylium*, quod imponitur columnæ. Sym. item, ἀκρογωνιαῖον *angulare*. Lxx. item, γεῖσος *suggrunda*, στῦλος *columna*, γλυφὴ *sculptura*. Alii item, *corona*, *cinctura*, *coronamentum*. De solis ædificiis & columnis usurpatur. Hinc cum præf. הַכֹּתֶרֶת *capitellum*, וְכֹתֶרֶת *& capitellum*, לַכֹּתֶרֶת *capitello*. Plur. כֹּתָרוֹת *capitella*. Cum præf. הַכֹּתָרֹת & הַכֹּתָרוֹת, *capitella*, וְכֹתָרֹת & וְהַכֹּתָרוֹת, *& capitella*, לַכֹּתָרֹת *capitellis*. R. כָּתַר in Piel, *cinxit*, &c.

כָּתַשׁ QAL, unde 2. p. s. m. FUT. תִּכְתּוֹשׁ, Prov. 27. v. 22. Lxx. μαστιγῷς *flagellaveris*. Aq. Theod. κόπτῃς, Vulg. & alii, *contuderis*.

כָּתַת QAL. Lxx. Sym. συγκόπτω, Vulg. & alii, *concido*, *contero*, *contundo*, *confringo*, *comminuo*.

PRAET. 1. p. s. c. cum præfix. וְכַתּוֹתִי, Psal. 88. Heb. 89. v. 24. *& conteram*, *& concidam*.

PAOUL s. m. כָּתוּת *contusum*, *confractum*, Isai. 30. v. 14. ubi Lxx. substant. συντριμμα *confractio*. Cum præf. וְכָתוּת, Levit. 22. v. 24. Lxx. καὶ ἐκτεθλιμμένον, Aq. καὶ συγκεκλασμένον, *& contusus*, *& confractus* (testiculis). Vulg. *tusis testiculis*.

IMPER. 2. p. pl. m. כֹּתּוּ *concidite*, *confringite*.

FUT. I. p. s. c. cum præf. & ex forma defect. Pe נ, vide Gram. Heb. t. I. p. 218. c. 2.

c. 2. וָאֶכֹּת pro וָאֲכַתֵּת, Deut. 9. v. 21. *& contrivi, & comminui.*

PIEL כִּתֵּת in forma perfecta, quæ in hac conjugatione hujus verbi adhibetur, Lxx. κατακόπτω, συγκόπτω, Vulg. & alii, *concîdo, contero, confringo, contundo, comminuo.*

Praet. 3. p. f. m. ex forma (-), כִּתַּת *concîdit, contrivit, confregit.* Cum præfix. וְכִתַּת *& confregit.* 3. p. pl. c. cum præf. וְכִתְּתוּ *& concîdent, & confringent.*

PUAL כֻּתַּת, unde 3. p. pl. c. cum præf. & in forma perfecta, וְכֻתְּתוּ, 2. Paral. 15. v. 6. Lxx. καὶ πολεμήσει, Vulg. *pugnabit enim* (gens contra gentem). Alii, *& contererentur, & confringentur*, pugnando scilicet & invicem oppugnando.

HIPHIL הֵכַת, Lxx. κατακόπτω *concîdo, percutio*, τιτρώσκω *vulnero, sancio.* Vulg. *cædo, persequor cædendo.* Alii, *contero, concîdo.*

Fut. 3. p. pl. m. 1°. cum præf. 2°. cum (-) & daghesch per legem æquivalentiæ pro (-), 3°. cum (:) pro (..) & daghesch, accelerandæ pronuntiationis gratia, וַיַּכְּתוּ, Deut. 1. v. 44. *& contriverunt, & cæciderunt.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 226. c. 1. Sic cum præf. & affix. וַיַּכְּתוּם, Num. 14. v. 45. *& contriverunt, & ceciderunt eos.*

HOPHAL הוּכַּת, Lxx. κόπτομαι, κατακόπτομαι, *cædor, concîdor, confringor, contundor, conteror*, οὐκ ἔτι εἰμὶ *non amplius sum.*

Fut. 3. p. f. m. cum (-) & dagh. pro (ו), per legem æquivalentiæ, יֻכַּת *contereretur.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 227. c. 1. Sic 3. p. pl. m. יֻכַּתּוּ & in pausa יֻכָּתּוּ, *contererentur, confringentur.* Vide eandem Gram. ibid. c. 2. Sunt quidam Grammatici, qui futurum hoc ad Hophal Verbi נָכַת, quod fingunt, referant.

ל

ל Præpositio simul & articulus dativi, interdum genitivi, & raro admodum nominativi casus. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 67. art. IV. p. 69. c. 2. p. 596. c. 2. num. XIV. Genuina ejus motio est (:). Vide eandem Gram. ibid. p. 70. c. 1. 2. Easdem etiam præterea suscipit, quas præpositio ב, quam vide supra coll. 177. 178. 179. & eandem Gram. tom. 1. p. 70. c. 1. 2. Ante voces monosyllabas, aut dissyllabas penacutas, sæpe afficitur (.) pro (:). Vide eand. Gram. ibid. p. 380. c. 2. Cum particulis expletivis מוֹ & פִּי interdum componitur, sic: לְפִי, לְמוֹ, *ad, secundum.* Vide eand. Gram. ibid. p. 378. med. p. 380. c. 2.

Quatenus est præpositio, primario significat *ad, in;* notatque motum ad aliquid, rei essentiam, statum, conditionem, causam finalem, &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 595. c. 1. Præterea significat *in*, de loco, subjecto, tempore, instrumento, &c. *Coram, erga, circum, apud, prope, ante, à, ab, è, ex, de, cum, inter, intra, pro, per, præter, post, propter, secundum, juxta, circa, circiter, vice, loco, usque ad, ut, ita ut, versus, super, sicut, quasi, instar, tanquam, cum, seu quum, quin, postquam, id est, nempe, ne, ut non, imo, quinimo, donec, usquedum, contra, præ, super, quoad, quod attinet*, &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 595. & seq. Interdum *abundat*, interdum, è contrario, deficit. Vide eandem Gram. ibid. p. 597. c. 2. 598. c. 1. 2. Infinitivo præfixum, notat modo gerundia in *di, do, dum*, modo nomen, modo participium, modo adverbium, modo est pleonasticum, sive abundans. Vide eand. Gram. ibid. p. 597. c. 1. 2.

Cum affixis, לוֹ *ei*, m. לָהּ, & sine Mappiq in ה, לָה, *ei*, f. לָהּ, in pausa לָךְ, & expresso ה quod latebat in fine לְכָה, *tibi*, m. לָךְ, & cum (י) parag. ex Syriasmo, aut potius antiqua vocali *e*, לָכִי, *tibi*, f. לִי *mihi*, c. לָהֶם, & cum affix. Poëtico

לָהֶם, *eis*, m. לָהֶן, & cum ה parag. לָהֵנָּה, *eis*, f. לָכֶם *vobis*, m. לָכֶן, & cum ה parag. לָכֵנָה *vobis*, f. לָנוּ *nobis*, c. Vide eandem Gram. ibid. p. 81. c. 1. 2. 126. c. 1.

לֹא Adverbium negans, Chald. Lxx. Theod. οὐ, μὴ, vel οὐχ, Vulg. & alii, *non, minime, nequaquam*. Cum præf. הֲלֹא, & Hebraice הֲלֹא, Theod. οὐχί, Vulg. & alii, *nonne? וְלֹא & non*, כְּלָה, Dan. 4. v. 32. cum ה pro א, nempe כְּלָא, Theod. edit. Vatic. ὡς οὐδὲν *quasi nihilum*. Ald. εἰς οὐδὲν, Vulg. *in nihilum*.

לוֹא, triginta quinque vicibus לוֹא, & bis sine א, nempe 1. Reg. 2. v. 16. cap. 20. v. 2. לוֹ, Lxx. Aq. Sym. Theod. οὐ, μὴ, οὐχ, Vulg. & alii, *non, minime, nequaquam*. Et quindecim in locis, secundum Massoram, pluribus vero, secundum alios, לֹא ponitur pro לוֹ, *ei, ipsi*, m. Cum præf. הֲלוֹא, הֲלֹא, & cum ה pro א, הֲלֹה, Lxx. οὐχί, Vulg. & alii, *annon? nonne?* וְלֹא & וְלֹא, *& non, neque, nonne?* בְּלֹא & בְּלֹא, *in non, absque, sine*, וּבְלוֹא *& sine*, כְּלוֹא, *sicut, quasi non essent*, לְלֹא & לְלוֹא, *iis qui non, sine, absque*, וּלְלֹא *& sine, & absque*.

לוּא *utinam*, vide infra in לוּא.

לָאָה QAL. Lxx. διαλύομαι *dissolvor*, labore videlicet & defatigatione. Sym. μοχθέω, Theod. κοπιάω, *laboro, fatigor, defatigor, moleste, ægre fero*. Sic etiam alii. Lxx. item substant. κόπος, Job. 4. v. 2. πόνος, ibid. v. 5. *labor, molestia*; quibus in locis pro תִּלְאֶה, & cum apocopa תֵּלֶא, legebant תְּלָאָה, quod vide suo loco.

Fut. 2. p. f. m. תִּלְאֶה, Job. 4. v. 2. *ægre feres*. Cum præf. & apocopa, de qua vide Gram. Heb. tom. 1. p. 290. c. 1. וַתֵּלֶא, Job. 4. v. 5. *& defatigaris*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּלְאוּ, Gen. 19. v. 11. *& fatigabantur, & laborabant*. Vulg. *ita ut non possent*; sensum, non Verbum, expressit.

NIPHAL נִלְאָה, Lxx. κοπιάω, Aq. Theod. μοχθέω, Vulg. & alii, *laboro*. Sym. κοπιόομαι *defatigor*, ἀποκναίω *obtorpesco*. Lxx. item, ἀδυνατέω *imbecillis, infirmus sum*, παρίεμαι *remittor*, οὐ δύναμαι *non possum*, οὐ διαλείπω *non desino, non cesso*, ἰσχύω, acti-

ve, *inbibeo, contineo*, Jerem. 6. v. 11. Et adverb. οὐκέτι *non amplius*.

Praet. 3. p. f. m. נִלְאָה *defatigatur*. 2. p. f. f. נִלְאֵית *defatigaris*. 1. p. f. c. נִלְאֵיתִי, & sine (י), נִלְאֵתִי, *defatigatus sum, laboravi*. Cum præf. וְנִלְאֵיתִי *& defatigor*. 3. p. pl. c. נִלְאוּ *defatigantur*. Cum præf. וְנִלְאוּ *& defatigabuntur*.

Ben. f. f. cum præfix. וְנִלְאָה, Psal. 67. Heb. 68. v. 10. Aq. ἣ μεμοχθηκυῖα *quæ laboravit*. S. Hieron. *& laborans*. Lxx. Verbal. καὶ ἠσθένησε, Vulg. Lat. *& infirmata est*. Alii, *& defessa, & defatigata*.

HIPHIL הֶלְאָה, Lxx. παρενοχλέω *perturbo*, ἀγῶνα παρέχω (sic etiam Theod.) *negotium facesso*, κατακόπτω ποιέω *defatigatum, defessum facio, reddo*. Aq. μοχθέω, Sym. κοπόω, *laborare facio, labore conficio, molesto*. Alii item, *fatigo, defatigo*, &c.

Praet. 3. p. f. m. 1°. cum (ֶ) pro (ַ) sub ה, 2°. cum aff. 3°. in pausa; quare א afficitur (ָ) loco (ְ), הֶלְאָנִי, Job. 16. v. 7. *fatigat me*, c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 298. c. 1. fin. Sic 3. p. f. f. cum apocopa ה incrementi, vel ex forma Chald. הֶלְאַת, Ezech. 24. v. 12. pro הֶלְאָתָה, *defatigavit*. Vulg. impersonaliter, *sudatum est*. Vide Gram. Heb. ibid. p. 299. c. 1. & p. 410. c. 1. num XV. 1. p. f. c. cum aff. (ֵ) pro (ִ) sub ה charact. & sine (י) post א, הֶלְאֵתִיךָ *fatigavi te*, m.

Infin. הַלְאוֹת *fatigare*.

Fut. 3. p. pl. m. cum præf. & aff. וַיַּלְאוּךָ *& fatigarunt te*, m. 2. p. pl. m. תַּלְאוּ *fatigabitis*.

לֵאָה Mass. *Leá*, Vulg. *Lia*, nomen propr. filiæ Labanis, Gen. 29. v. 16. Etym. *laboriosa*, vel *fatigata*; à לָאָה *laboravit, defatigatus est*.

לָאַט QAL, 3. p. f. m. Praet. 2. Reg. 19. v. 4. al. 5. Job. 15. v. 11. Lxx. ἐκάλυψε, Vulg. & alii, *texit, operuit*. Alii intransitive, *latuit*. Quidam, Job. 15. v. 11. legentes לָאַט, quod vide supra col. 69. interpretantur *leniter, clementer*. Lxx. & Vulg. ibid. paraphrastas agunt. Ceterum hoc Verbum affine est לוּט לַט, quod vide suo loco.

לָאט m. unde cum præf. בַּלָּאט, Jud. 4. v. 21. Lxx. Vatic. ἐν κρυφῇ *in abscondito*. Ms. Alex. Oxon. Ald. & Complut. ἡσυχῇ *quiete, placide, leniter*. Vulg. *abscondite, & cum silentio*. Alii item, *clam, sensim, latenter*. R. לוּט, aut לָאַט, *texit, operuit, involvit*.

לְאַט, vide in אַט, supra col. 69.

לְאִיתִיאֵל vide in אִיתִיאֵל, supra col. 79.

לָאֵל Mass. & Vulg. *Laël*, nomen proprium patris Eliasaph, Num. 3. v. 24. Etym. *ipsi Deo*, aut *forti*; à ל dandi casus articulo, & אֵל *Deus, fortis*.

לְאֹם, vide in אֹם, supra col. 104.

לְאֻמִּים Mass. *Leummím*, Vulg. *Laomím*, nomen proprium filii Dadan, Gen. 25. v. 3. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 430. c. 1. Etym. *populi nationes*; à לְאֹם *populus, natio*. Vel *sine aquis*, aut *non aquæ*; ex לֹא *sine, non*, & מַיִם *aquæ*.

לֵב, & sequente Maqqáph לֶב־, Heb. & Chald. c. sed sæpius m. Lxx. Aq. Sym. Theod. καρδία, Vulg. & alii, *cor*. Lxx. Aq. Sym. & alius, διάνοια *cogitatio*. Lxx. item, νοῦς, φρὴν, *mens*, ψυχή *anima*, ὁμόνοια *concordia*, φρόνησις *prudentia*, σάρξ *caro*, Psal. 27. Heb. 28. v. 7. ne bis *cor* interpretarentur; στῆθος *pectus*, στόμα *os, oris*, Job. 29. v. 13. Prov. 23. v. 33. Et Verbal. συνίημι *intelligo*. Alii item, *animus, consilium, voluntas, studium, affectus*. Et quia est in medio corpore animalis, sumitur etiam pro rei cujuslibet medio. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 161. c. 2. 162. c. 1. Cum præfix. הַלֵּב *cor*, וְלֵב, sequente Maqqáph וְלֶב־, & in pausa וָלֵב, *& cor*, בְּלֵב, sequente Maqqaph בְּלֶב־, *in cor, in corde*, וּבְלֵב *& in cor*, כְּלֵב *secundum cor*, מִלֵּב *ex corde*. Cum præf. & affix. לִבּוֹ *cor ejus*, m. וְלִבּוֹ *& cor ejus*, m. בְּלִבּוֹ *in cor, in corde ejus*, m. מִלִּבּוֹ *ex corde ejus*, m. לִבָּהּ *cor ejus*, f. בְּלִבָּהּ *in corde ejus*, f. לִבְּךָ, in pausa לִבֶּךָ, *cor tuum*, m. וְלִבְּךָ *& cor tuum*, m. בְּלִבֶּךָ in pausa, *in cor tuum*, m. וּכְלִבְךָ *& secundum cor tuum*, m. מִלִּבְּךָ, & in pausa מִלִּבֶּךָ, *ex corde tuo*, m. לִבֵּךְ *cor tuum*, f. בְּלִבֵּךְ *in corde tuo*, f. לִבִּי *cor meum*, c. וְלִבִּי *& cor meum*, c. בְּלִבִּי *in cor, in corde meo*, c. כְּלִבִּי *secundum cor meum*, c. מִלִּבִּי *ex corde meo*, c. לִבָּם *cor eorum*, וְלִבָּם *& cor eorum*, בְּלִבָּם *in corde eorum*, מִלִּבָּם *ex corde eorum*, וּמִלִּבָּם *& ex corde eorum*, לִבֶּן *cor earum*, מִלִּבְהֶן *ex corde earum*, Ezech. 13. v. 17. cum aff. anomalo, pro מִלִּבֶּן. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 127. c. 1. לִבְּכֶם *cor vestrum*, m. לִבֵּנוּ *cor nostrum*, c. Plur. fem. לִבּוֹת *corda*. Cum præf. & aff. לִבֹּתָם *corda eorum*, בְּלִבּוֹתָם *in cordibus eorum*, vel *suis*. Alii hæc pluralia referunt ad לִבָּה, de quo infra. R. לָבַב in Piel, *cor, animum fecit, addidit*.

לְבָאוֹת Mass. *Levaóth*, Vulg. *Lebaóth*, nom. proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 32. Etym. *Leænæ*; à לָבִיא *leo, immanis*; unde fem. לְבִיָּא *leæna*. Vel *cordis signum*; ex לֵב *cor*, & אוֹת *signum*.

לָבַב QAL, unde NIPHAL perfect. נִלְבַּב, ex quo 3. p. s. m. Fut. יִלָּבֵב, Job. 11. v. 12. Sym. θρασύνεται *audacter agit*. Vulg. *in superbiam erigitur*. Lxx. paraphrastice νήχεται λόγοις *natat sermonibus*. Alii, *cordatus efficietur, corde*, h. e. sapientia, intelligentia *donabitur, cor accipiet*. Quidam, è contrario, *corde caret*, h. e. sapientia destituitur, excors est, & onagri pullo similis nascitur; per antiphrasin, de qua vide Gram. Heb. tom. 2. p. 61.

PIEL לִבֵּב, unde 2. p. s. f. PRAET. cum aff. & (·) pro (ְ), לִבַּבְתִּנִי, Cant. 4. v. 9. Lxx. ἐκαρδίωσας ἡμᾶς *animasti nos, animum & cor fecisti nobis*. Alii è contrario, *cor abstulisti nobis*. Pro לִבַּבְתִּנִי legebant לִבַּבְתִּנוּ. Sym. & V^a. edit. ἐθάρσυνάς με *audacem fecisti me*, c. Vulg. *vulnerasti cor meum*, c. Alii, *rapuisti, traxisti cor meum, copulasti cor meum cum tuo, incordiasti me*, ut loquitur Plautus.

FUT. 3. p. s. f. cum præf. & in forma perfecta, וּתְלַבֵּב, 2. Reg. 13. v. 6. Lxx. καὶ κολλυρίσαι *& placentet*, si fas ita loqui, Vulg. *& faciat placentas*. וַתְּלַבֵּב, ibid. v. 8. Lxx. καὶ ἐκολλύρισε *& placentavit*. Vulg. *& liquefaciens* coxit placentas. Vide infra לְבִבָה, col. seq.

לֵבָב Heb. & לְבַב, Chald. m. Lxx. Aq. Sym. Theod. καρδία, Vulg. & alii, *cor*. Lxx. item, νοῦς *mens*, διάνοια *cogitatio*, ἐπιθυμία *concupiscentia, desiderium, affectus*, ψυχή

anima. Vide supra לֵב. Cum præf. הַלֵּבָב *cor*, *animus*, וּבַלֵּבָב בַּלֵּבָב, *in corde*, *in corde*, *& corde*, לַלֵּבָב *ad cor.* Conſt. כִּלְבַב *cor.* Cum præf. כִּלְבַב *& cor*, כִּלְבַב *in cor*, כִּלְבַב *ſecundum cor.* Cum præf. & aff. לְבָבוֹ, & Chald. לִבְבֵהּ, *cor ejus*, m. וּלְבָבוֹ, & Chald. וְלִבְבֵהּ, *& cor ejus*, m. בִּלְבָבוֹ *in corde ejus*, m. וּבִלְבָבוֹ *& in corde ejus*, m. כִּלְבָבוֹ *ſecundum cor ejus*, m. לְבָבָהּ *cor ejus*, f. בִּלְבָבָהּ *in corde ejus*, f. לְבָבְךָ, in pauſa לְבָבֶךָ, & Chald. לִבְבָךְ, *cor tuum*, m. וּלְבָבְךָ *& cor tuum*, m. בִּלְבָבְךָ, & in pauſa בִּלְבָבֶךָ, *in corde tuo*, m. וּבִלְבָבְךָ *& in corde tuo*, m. כִּלְבָבְךָ, in pauſa, *ſecundum cor tuum*, m. מִלְּבָבְךָ, in pauſa, *ex corde tuo*, m. לְבָבֵךְ *cor tuum*, f. בִּלְבָבֵךְ *in corde tuo*, f. לְבָבִי *cor meum*, c. וּלְבָבִי *& cor meum*, c. בִּלְבָבִי *in corde meo*, c. לְבָבָם *cor eorum*, בִּלְבָבָם *in corde eorum*, לִלְבָבָם *ad cor eorum*, לְבַבְכֶם *cor veſtrum*, m. בִּלְבַבְכֶם *in corde veſtro*, m. לְבָבֵנוּ *cor noſtrum*, c. Plur. ex termin. fem. לְבָבוֹת *corda.* Ex termin. maſc. cum aff. & ſine (י) indice plur. numeri, לִבְבֵהֶן, Nah. 2. v. 8. pro לִבְבֵיהֶן, *corda earum.* R. לָבַב in Piel, *cor*, *animum fecit*, *addidit.*

לְבִבָה ſine (י) pro לְבִיבָה, f. unde pl. לְבִבוֹת, & cum præf. הַלְּבִבוֹת, Lxx. κολλυρίδας *collyridæ*, *placentæ.* Vulg. *ſorbitiunculæ.* Alii, *lagana*, *liba.* Erant placentæ, quæ, ſecundum R. D. Qimhhi conficiebantur ex humidis, puta adipe, melle, oleo, &c. ſicque dicebantur, vel quod figuram cordis haberent; vel quod reficerent, roborarent cor. Unde nonnulli *cordialia* interpretantur. R. לָבַב in Piel, *cor fecit*, *animum addidit.*

לְבַד *ſolus*, vide in בַּד, ſupra col. 186.

לִבָּה f. unde cum affix. לִבָּתֵךְ, Ezech. 16. v. 30. Complut. ἡ καρδία σου, Vulg. & alii, *cor tuum*, f. Lxx. Vatic. ἡ θυγάτηρ σου *filia tua.* Legebant לְבִתֵּךְ, cum ל ſervili ac proſthetico, & בַּת *filia.* Rad. לָבַב in Piel, *cor*, *animum fecit*, *addidit.*

לְבוֹנָה *thus*, vide infra in לְבֹנָה, col. 971.

לְבוֹנָה Maſſ. *Levoná*, Vulg. *Leboná*, nomen proprium urbis, aut oppidi, in Tribu Ephraim, ſecundum Adrichomium, ad ſeptentrionem Silo, Jud. 21. v. 19. Etym. *thus*; à לְבֹנָה idem. Vel *luna*; à לְבָנָה idem. Vel denique *later*; à לִבְנָה idem.

לְבוּשׁ, & cum (ו) pro (וּ), לְבֻשׁ, Heb. & Chald. m. Lxx. Aq. ἔνδυσις, Lxx. Sym. ἔνδυμα, Lxx. item, περιβόλαιον *indumentum.* Lxx. ἀμφίασις, ἱμάτιον, ἱματισμός, Vulg. & alii, *veſtis*, *veſtimentum*, ἐνθύμημα *cogitatio*, Malach. 2. v. 16. (ubi forte mendum pro ἔνδυμα *indumentum*), στολή *ſtola.* Et Verbal. ἐνδύω *induo*, ἐνδύομαι, περιβάλλομαι, *induor*, ἔχω *habeo* veſtem, aut pro veſte. Cum præf. הַלְּבוּשׁ *veſtimentum*, בַּלְּבוּשׁ *cum veſtimento*, כַּלְּבוּשׁ *ſicut veſtimentum.* Cum præf. & affix. לְבֻשׁוֹ, לְבוּשׁוֹ, & Chald. לְבוּשֵׁהּ, *veſtimentum ejus*, m. בִּלְבוּשׁוֹ *in veſtimento ejus*, m. לְבוּשָׁהּ *veſtimentum ejus*, f. לִלְבוּשֶׁךָ, in pauſa, *ad veſtitum*, *ad veſtimentum tuum*, m. לְבוּשִׁי *veſtimentum meum*, c. לְבוּשָׁם *veſtimentum eorum*, לְבוּשְׁכֶן *veſtimentum veſtrum*, f. Plur. conſt. cum (ו) pro (וּ) לְבֻשֵׁי, *veſtimenta.* Sic cum præf. & affix. בִּלְבֻשֵׁיהֶם *veſtimentis eorum*, וּלְבוּשֵׁיהוֹן Chald. *& veſtimenta eorum.* Rad. לָבֵשׁ *induit.*

לבט QAL, unde NIPHAL נִלְבַּט, ex quo 3. p. ſ. m. Fut. יִלָּבֵט, Prov. 10. v. 8. Lxx. ὑποσκελισθήσεται *ſupplantabitur.* Aq. δαρήσεται *vapulabit*, *verberabitur.* Vulg. *cæditur.* Sym. βασανισθήσεται *torquebitur.* Theod. φυρήσεται *fœdabitur.* Ibid. v. 8. Lxx. εἰρηνοποιεῖ *pacificat.* Vulg. *verberabitur.* Et Oſe. 4. v. 14. Lxx. συνεφύρετο *conjungebatur.* Vulg. *vapulabit.* Alii ubique, *pervertetur*, *ruet*, *corruet*, *impinget*, *claudicabit*, *feſtinabit*, *conturbabitur*, &c.

לָבִיא m. Lxx. Sym. λέων, Vulg. & alii, *leo*, annoſus, inquiunt Rabbini, ſed decrepito, qui לַיִשׁ appellatur, junior. Aq. λέαινα *leæna*; animalium nomina ſæpius epicœna ſunt. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 52. §. VI. Lxx. item ſexies σκύμνος *catulus*; quæ interpretatio pugnat cum Rabbinorum & Thalmudiſtarum ſententia. Cum præf. כְּלָבִיא, & וּכְלָבִיא *ſicut leo*, *& ſicut leo*, לְלָבִיא *leoni.* Plur. m. cum (·) pro (ִי), לְבָאִם, *leones*, à ſing. inuſit. לָבָא. Vel imitatur formam nominis חֳלִי, quod vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 63. fin. Plur.

ex termin. fem. cum præf. & aff. לְלִבְאֹתָיו, Nah. 2. v. 13. Lxx. *τοῖς λέουσι αὐτοῦ leonibus suis*, m. Vulg. *leænis suis*, m. Alii, *leunculis suis*, m. Rad. לָבָא inusit. Quidam referunt ad לֵב *cor, animus*; unde *leo*, quod animosus sit & corde, h. e. robore præditus.

לְבִיָּא f. Ezech. 19. v. 2. Lxx. *σκύμνος catulus*. Alius, *λέαινα*, Vulg. & alii, *leæna*. R. לָבָא inusit. Vide nomen præced. cujus nonnulli femininum anomalum esse volunt, pro לְבִיאָה; nempe mutato א τοῦ לְבִיא in (י), & posito א in fine pro ה.

לֻבִים Mass. *Lubbim*, Vulg. *Libya*, nomen proprium regionis Africæ inter Ægyptum inferiorem ad ortum, & Cyrenaicam regionem ad occasum, Dan. 11. v. 43. Etym. *corda*; à לֵב, plur. inusit. לְבִים *corda*. Vel *cor maris*; à לֵב *cor*, & יָם *mare*.

לָבַן QAL, unde INFIN. cum præf. לִלְבֹּן, Exod. 5. vv. 7. 14. Vulg. & alii, *ad conficiendos lateres*. Ad verbum, *ad laterificandum*. Lxx. substantive, *εἰς τὴν πλινθουργίαν* vel *πλινθείαν*, *ad laterum confectionem*.

FUT. 1. p. pl. c. cum ה paragog. נִלְבְּנָה, Gen. 11. v. 3. Lxx. *πλινθεύσωμεν laterificemus*, h. e. ut interpretantur Vulg. & alii, *faciamus* (lateres).

HIPHIL הִלְבִּין, Lxx. *λευκαίνω*, Vulg. & alii, *albesco, albus fio, dealbor*, intransitive, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 133. c. 1. Et transitive, *ἐκλευκαίνω dealbo, album reddo*.

PRAET. 3. p. pl. c. הִלְבִּינוּ *albuerunt, albi facti sunt*.

INFIN. cum præf. & (-) in fine pro hhiriq, וְלַלְבֵּן, contracte pro וּלְהַלְבֵּן, Dan. 11. v. 35. Theod. *καὶ τοῦ ἐκλευκᾶναι, & ad dealbandum*. Vulg. & passive, *& ut dealbentur*. Pro contractione & (-) loco hhiriq, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 185. c. 1. init.

FUT. 1. p. f. c. אַלְבִּין *albescam*. 3. p. pl. m. יַלְבִּינוּ *albescent*.

HITHPAEL הִתְלַבֵּן, unde 3. p. pl. m. cum præf. וְיִתְלַבְּנוּ, Dan. 12. v. 10. Theod. *καὶ ἐκλευκανθῶσι & dealbentur*. Vulg. *& dealbabuntur*.

לָבָן m. Lxx. Aq. *λευκός*, Vulg. & alii, *albus*. Lxx. item, *ἐκλευκανθίζων albescens, albicans*. Et Verbal. *λευκαίνω dealbo*. Alii item substantive, *albedo, albor*. Cum præf. הַלָּבָן *album, albedo*, לַלָּבָן *in album*. Const. & cum præf. וּלְבֶן־ *& albus*, Gen. 49. v. 12. ubi est (..) pro (-), quia hæ duæ motiones facile invicem permutantur. Femin. לְבָנָה *alba*. Plur. m. לְבָנִים *albi, alba*. Cum præf. וּלְבָנִים & וְהַלְּבָנִים, *& albi*. Plur. f. לְבָנוֹת *albæ*. R. לָבַן *albuit, albus factus est*.

לָבָן Mass. *Laván*, Vulg. *Labán*, nom. proprium 1°. fratris Rebeccæ filiæ Bathuelis filii Nachor ex Melcha, Gen. 24. v. 29. 2°. loci vel civitatis in deserto trans Jordanem, Deut. 1. v. 1. Etym. *albus, candidus*. Vide vocem præced.

לְבָנָה f. Lxx. Sym. *σελήνη*, Vulg. & alii, *luna*. Aq. *λευκή alba*. Hinc cum præfix. הַלְּבָנָה *luna*, כַּלְּבָנָה *sicut luna*. R. לָבַן *albuit*; unde luna ob ejus albedinem.

לְבָנָה Mass. *Levaná*, Vulg. *Lebaná*, nomen proprium viri Nathinæi, cujus posteri è captivitate Babylonica reversi sunt, Esd. 2. v. 45. Etym. *luna*, vide vocem præced.

לְבֵנָה f. Lxx. *πλίνθος*, Vulg. & alii, *later*. Sym. Ezech. 4. v. 1. *πλίνθιον laterculus, abacus, in cujus pulvere solent geometræ γραμμάς, id est, lineas radiosque describere*, inquit S. Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. c. 719. Lxx. item, *πλινθεία, πλινθουργία, laterum confectio*. Cum præf. הַלְּבֵנָה *later*. Plur. ex terminatione masc. aut à sing. inusit. לְבֵן, לְבֵנִים, & cum præfix. הַלְּבֵנִים, *lateres*, וּלְבֵנִים *& lateres*, בַּלְּבֵנִים *& in lateribus*. Cum præf. & aff. regiminis מִלִּבְנֵיכֶם *de lateribus vestris*, m. R. לָבַן *albuit*, unde *later*, quod dum coquitur albescat. Vel quod in Oriente ex terra alba conficeretur.

לִבְנָה f. unde const. לִבְנַת, Exod. 24. v. 10. ubi pericope כְּמַעֲשֵׂה לִבְנַת הַסַּפִּיר à Lxx. redditur *ὡσεὶ ἔργον πλίνθου σαπφείρου, quasi opus lateris* (Vulg. *lapidis*) *sapphirini*. Alii, *quasi opus pavimenti sapphirini*. R. לָבַן *albuit*. Vide vocem præced.

לִבְנָה Mass. *Livná*, Vulg. *Labaná, Lebna, & Lobna*, nomen proprium 1°. civitatis Sacerdotalis & confugii in Tribu Juda, Jos. 15. v. 42. c. 21. v. 13. &c. 2°. loci in

deserto, ubi fuit septima & decima Israëlitarum mansio, Num. 33. v. 20. Etym. *luna, albedo, thus*, aut *later*; à לְבָנָה *luna, albedo*, לְבֹנָה *thus*, aut לְבֵנָה *later*.

לְבֹנָה & לְבוֹנָה, f. Lxx. λίβανος, λιβανωτός, Vulg. & alii, *thus*. Cum præf. הַלְּבֹנָה *thus*, בַּלְּבוֹנָה *cum thure*, וּלְבֹנָה, וּלְבוֹנָה, & וְהַלְּבֹנָה, *& thus*. Cum affix. לְבֹנָתָהּ *thus ejus*, f. R. לָבַן *albuit*, unde *thus* ab ejus albedine, nam præstantissimum album est & pellucidum. Vide Theoph. hist. plant. l. 9. cap. 4.

לִבְנֶה m. Lxx. Gen. 30. v. 37. στυράκινον *styracinus*, sive ex styrace, quæ est arbor malo Cydonio similis. Vide Dioscor. l. 1. c. 80. Theoph. lib. 8. c. 7. Plin. lib. 12. c. 17. 25. Et Ose. 4. v. 13. Lxx. Aq. λευκή *alba*; legebant לְבָנָה. Sym. Theod. ibid. πεύκη *pinus*. Vulg. & alii utrobique, *populus alba*. R. לָבַן *albuit*.

לְבָנוֹן m. Lxx. λίβανος, Vulg. & alii, *Libanus*, ἀντιλίβανος *Antilibanus*. Mons duplex ad septentrionem Palæsthinæ situs, quorum alter occidentalior & juxta mare Phœnicium extensus, *Libanus* appellatur. Alter vero è regione præcedentis ad Orientem positus, dicitur *Antilibanus*. Vallis inter utrumque hunc montem interjecta est *Cœlesyria* proprie dicta, sive *Syria cava*. Vide doctiss. Relandi Palæsthinam sacr. l. 1. cap. 48. pag. 311. & seqq. Cum præf. הַלְּבָנוֹן *Libanus*, וּלְבָנוֹן & וְהַלְּבָנוֹן, *& Libanus*, בַּלְּבָנוֹן *in Libano*, וּבַלְּבָנוֹן *& in Libano*, כַּלְּבָנוֹן *sicut Libanus*, מִלְּבָנוֹן *à Libano*. Cum ה locali, לְבָנוֹנָה, 3. Reg. 5. v. 14. al. 28. *in Libanum*. Rad. לָבַן *albuit*, unde *Libanus*, quod nive sit tectus. Vide Jerem. 8. v. 14. Tacit. lib. 5. v. 6. Alii eum sic dictum volunt à לְבֹנָה *thure*, quod thus in eo reperiatur. Confer Hieron. in cap. 14. Ose. vv. 6. 7. tom. 3. nov. edit. col. 1334.

לִבְנִי Mass. *Livní*, Vulg. *Lební* & *Lobní*, nomen proprium filii Gerson, Exod. 6. v. 17. Num. 3. v. 18. cap. 26. v. 58. 1. Paral. 6. v. 17. Etym. *luna, albedo, thus*, vel *later*, vide supra לְבָנָה. Vel *filio meo*; ex ל dandi casus articulo, בֵּן *filius*, & aff. 1. p. f. c.

לִבְנַת vel in pausa לִבְנָת, Mass. *Livnáth*, Vulg. *Labanáth*, nomen proprium civitatis Tribus Aser, quæ est etiam ejus terminus, Jos. 19. v. 26. Etym. *luna, albedo, thus*, aut *later*. Vide supra לְבָנָה.

לָבַשׁ & לָבֵשׁ, Heb. & Chald. QAL Lxx. ἀμφιέννυμι, ἀμφιέννυμαι, ἐνδύω, ἐνδιδύσκω, ἐνδύομαι (sic etiam Theod.) περιβάλλομαι, Vulg. & alii, *induo, induo me, induor, vestior, operior*, ἐξίσταμαι *obstupesco*, Ezech. 26. v. 16. διαπωλέομαι *vendito*, Job. 27. v. 17. φύρομαι *misceor*, ibid. cap. 7. v. 5.

Praet. 3. p. f. m. לָבַשׁ & לָבֵשׁ, *induit, indutus est*. Cum præf. וְלָבַשׁ *& induit*. Cum præf. & aff. וּלְבֵשָׁם *& induet ea* (vestimenta). 3. p. f. f. לָבְשָׁה *induit, occupavit*. 2. p. f. m. in pausa; quare ב afficitur (·) pro (-), לָבָשְׁתָּ *induisti*. 1. p. f. c. לָבַשְׁתִּי *indui*. 3. p. pl. c. לָבְשׁוּ *induti sunt*. Cum præf. וְלָבְשׁוּ *& induentur*.

Ben. pl. m. cum præf. הַלֹּבְשִׁים *induentes, qui induuntur*.

Paoul f. m. לָבוּשׁ, cum (ֻ) pro (וּ), לָבֻשׁ, & cum præf. הַלָּבֻשׁ, *indutus*. Const. לְבוּשׁ, & cum (ֻ) pro (וּ), לְבֻשׁ, *indutus*. Plur. m. const. cum (ֻ) pro (וּ), לְבֻשֵׁי, Ezech. 23. vv. 6. 12. Lxx. v. 6. ἐνδεδυκότες, Sym. ἠμφιεσμένοι, Theod. ἐνδεδυμένοι, Vulg. & alii, *induti, vestiti*. Sunt qui hoc plurale const. referant ad לְבוּשׁ, quod vide supra col. 968.

Infin. לְבוֹשׁ & לְבֹשׁ, *induere*. Cum præf. לִלְבֹּשׁ *ad induendum*.

Imper. 2. p. f. f. לִבְשִׁי *indue*. Cum præf. וְלִבְשִׁי *& indue*. 2. p. pl. m. לִבְשׁוּ *induite*.

Fut. 3. p. f. m. יִלְבַּשׁ & in pausa יִלְבָּשׁ, *induet, induetur*. Cum præf. וַיִּלְבַּשׁ *& induit*. Cum præf. & aff. וַיַּלְבִּשֵׁנִי *& induit, & induebat me*, c. יִלְבָּשֵׁם *induet ea* (vestimenta), Exod. 29. v. 30. ubi est (·) pro (-) sub ב, vide Gram. Heb. t. 1. p. 360. c. 1. 3. p. f. f. cum præf. וַתִּלְבַּשׁ *& induit*. 2. p. f. m. תִּלְבַּשׁ & in pausa תִּלְבָּשׁ *indues, induêris*. 2. p. f. f. תִּלְבְּשִׁי *indues*, in pausa; quare (-) mutatur in (·) sub ב. 1. p. f. c. cum aff. אֶלְבָּשֶׁנָּה *induam eam*. 3. p. pl. m. יִלְבְּשׁוּ & in pausa יִלְבָּשׁוּ, *induent*. Cum

præf. וְהִלְבִּשׁוּ & *induerunt*. 3. p. pl. f. תִּלְבַּשְׁנָה *induebantur*. 2. p. pl. m. in pausa; quare (-) primariæ vocis revocatum mutatur in (ּ), תִּלְבָּשׁוּ *induetis, operiebamini*.

PUAL לֻבַּשׁ, unde PAOUL plur. m. מְלֻבָּשִׁים, Lxx. ἐνδεδυμένοι, ἐστολισμένοι, Vulg. & alii, *induti, vestiti*, ἔνοπλοι *armati*.

HIPHIL הִלְבִּישׁ, Lxx. Theod. ἐνδύω, περιβάλλω, Vulg. & alii, *induo*, στολίζω *vestio*, ζωννύω *cingo*, περιτίθημι *circumpono*. Ald. Complut. & mſ. Alex. item, Jud. 6. v. 34. ἐνδυναμόω *roboro, corroboro*.

PRAET. 3. p. ſ. m. cum aff. הִלְבִּישַׁנִי *induit me*, c. 3. p. ſ. f. הִלְבִּישָׁה *induit*. 2. p. ſ. m. cum præf. וְהִלְבַּשְׁתָּ & *indues*. Cum præf. & aff. וְהִלְבַּשְׁתָּם & *indues eos*. 1. p. ſ. c. cum præf. & affix. וְהִלְבַּשְׁתִּיו & *indui eum*. 3. p. pl. c. הִלְבִּישׁוּ *induerunt*. Cum præf. וְהִלְבִּשׁוּ, cum (ּ) pro (ִי), & Chald. וְהַלְבִּישׁוּ, cum ה pro א, & *induent*, & *induerunt*.

BEN. ſ. m. cum præf. & aff. הַמַּלְבִּשְׁכֶם, cum (ּ) pro (ִי), *induens vos*, m.

INFIN. cum præf. וְהַלְבֵּשׁ & *induere*, לְהַלְבִּישׁ *ad induendum, ad vestiendum*.

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. וַיַּלְבֵּשׁ & *induit*. Cum præf. & aff. וַיַּלְבִּישֵׁם & cum (ּ) pro (ִי), וַיַּלְבִּשֵׁם, & *induit eos*. 3. p. ſ. f. תַּלְבִּישׁ *induet*. Cum præf. & (ּ) pro (ִי), וַתַּלְבֵּשׁ & *induit*, & *vestitit*. 2. p. ſ. m. cum præf. הֲתַלְבִּישׁ *an vesties?* Cum aff. תַּלְבִּשֵׁנִי *vesties me*, c. 2. p. f. f. תַּלְבִּישִׁי *vesties te, indueris*. 1. p. ſ. c. אַלְבִּישׁ *vestiam*. Cum præf. aff. & (ּ) pro (ִי), וְאַלְבִּשֶׁךָ & *vestiam te*, m. 3. p. pl. m. cum præf. aff. (ּ) pro (ִי) & (ְ) pro (ּ), וַיַּלְבִּשֻׁהוּ & *induerunt eum*, וַיַּלְבִּשׁוּם, cum (ּ) pro (ִי), & *induerunt eos*.

לְבֻשׁ *vestimentum*, vide in לְבוּשׁ, ſupra col. 968.

לִבְרַת, unde בְּלִבַּת, vide infra in לַהֶבֶת.

לַג vide infra in לוֹג.

לֹד Maſſ. & Vulg. *Lód* aut *Lódh*, nom. proprium civitatis in Tribu Benjamin, 1. Paral. 8. v. 12. Eſd. 2. v. 33. Nehem. 11. v. 35. Ea in N. T. dicitur Λύδδα *Lydda*. Vide Act. 9. vv. 32. 35. 38. Etym. *nativitas* vel *generatio*; ab יָלַד *genuit*.

לֵדָה f. Lxx. Jerem. 13. v. 21. τικτούσης, Vulg. *pariens*. Alii, *partus*. Cum præf. לְלֵדָה, 4. Reg. 19. v. 3. Lxx. τῆς τικτούσης *ad pariendum*. Vulg. *pariens*. Alii, *ad partum*. Et Iſai. 37. v. 3. Lxx. τῇ τικτούσῃ *parienti*. Vulg. *pariendi*. Alii, *ad partum*, ut ſupra. מִלֵּדָה, Oſe. 9. v. 11. Lxx. ἐκ τόκων, Aq. Sym. Theod. V*a*. edit. ἀπὸ τοκετῶν, Vulg. & alii, *à partu*. R. יָלַד *peperit*.

לַהַב m. Lxx. & alius, φλόξ, Vulg. & alii, *flamma*. Et participial. στίλβων *splendens*, mucro nimirum, ſeu acies; nam hoc nomen ſæpe ponitur pro lamina gladii aut lanceæ ſplendente inſtar flammæ. Hinc alius, Jud. 3. v. 22. αἰχμὴ *cuspis, acies, mucro*. Cum præf. הַלַּהַב *flamma*, וְלַהַב & *flamma*, בְּלַהַב *in flamma*. Plur. abſol. לְהָבִים *flammæ*. Conſt. & cum præfix. בְּלַהֲבֵי *in flammis*. R. לָהַב inuſit.

לֶהָבָה f. cum (ּ) ſub ל pro (ִ) ob (ּ) aliud ſequens ſub ה; nam hoc nomen eſt formæ בְּקָשָׁה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 391. c. 1. Lxx. Theod. φλόξ, Vulg. & alii, *flamma*. Lxx. item, πῦρ *ignis*, καιόμενον, κατακαίον (πῦρ), *ardens, comburens* (ignis). Cum præf. וְלֶהָבָה & *flamma*, לְלֶהָבָה *flammæ*, וּבְלֶהָבָה & *in flamma*, & *flamma*, וּכְלֶהָבָה & *ſicut flamma*. Plur. לְהָבוֹת, & conſt. לַהֲבוֹת, quaſi à ſing. inuſit. לַהֲבָה, aut לְהָבָה, de quo mox infra, *flammæ*. R. לָהַב inuſit.

לֶהָבֶת f. unde conſt. לַהֶבֶת, ex quo contracte & cum præf. בְּלַבַּת, Exod. 3. v. 2. Lxx. Vatic. ἐν πυρὶ *in igne*. Complut. Ald. mſ. Alex. & Oxon. ἐν φλογί, Vulg. & alii, *in flamma*. R. לָהַב inuſit.

לְהָבִים Maſſ. *Lehavim*, Vulg. *Laabim*, nomen proprium filii Meſraim, Gen. 10. v. 13. Etym. *flammæ* aut *gladii*; à לַהַב, & in plur. לְהָבִים, idem.

לַהֶבֶת f. Lxx. Ezech. 20. v. 47. φλόξ, Vulg. & alii, *flamma*. Cum præf. וְלַהֶבֶת, 1. Reg. 17. v. 7. Aq. Theod. καὶ φλόξ & *flamma*, h. e. lamina corruſcans; unde Sym. καὶ αἰχμὴ & *cuspis*. Vulg. & *ferrum*. Lxx. καὶ λόγχη & *lancea*. Vide ſupra לַהַב. R. לָהַב inuſit.

לַהַג m. unde cum præf. וְלַהַג, Eccle. 12. v. 12. Lxx. μελέτη, Vulg. & *meditatio*; refere-

bant ad הָגָה *meditatus est.* Alii, *& doctrina, & studium, & lectio.* Rad. לָהַג inusit.

לָהַד, unde in pausa לָהַד, Mass. *Lähadh*, Vulg. *Laad*, nomen propr. filii Jahath filii Sobal filii Raia filii Juda, 1. Paral. 4. v. 2. *laudans, ad laudandum*, vel *confitendum; à* ל *ad*, & הֵדָה aut יָדָה, in Hiph. *confessus est, laudavit.*

לָהַהּ QAL, unde 3. p. s. f. Fut. per apocopen, & cum Mappiq in ה, quo proferatur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 289. c. 2. וַתֵּלַהּ, Gen. 47. v. 13. Lxx. ἐξέλιπε γὰρ *defecerat enim.* Vulg. sensum, non Verbum expressit. Alii, *& furebat, & insaniebat.* Alii, *& defessa, & defatigata erat* terra Ægypti, h. e. populus Ægypti; hic enim ponitur continens pro contento. Illi interpretes Verbum hoc conferunt cum לָאָה, quod vide supra col. 963.

HITHPAEL geminata prima radicali, & cum Mappiq in ultimo ה, ut proferatur, הִתְלַהְלַהּ, unde Ben. s. m. cum præf. כְּמִתְלַהְלֵהַּ, Prov. 26. v. 18. Lxx. Vatic. in plur. ὥσπερ οἱ ἰώμενοι *sicut curati*, seu *qui curantur.* Aq. κακοηθιζόμενοι *malis moribus imbuti, maligni.* Sym. Ald. & Complut. ὥσπερ οἱ πειρώμενοι *sicut conantes* vel *tentati.* Vulg. *sicut noxius.* Alii, *quasi furens, quasi insaniens, quasi defatigatus.* Alii, *quasi qui celer est & velox, quasi qui abscondit se.*

לָהַט QAL, unde Ben. s. m. לֹהֵט, Psal. 103. Heb. 104. v. 4. Lxx. φλέγον (πῦρ), Vulg. Lat. & S. Hieron. *urens*, alii, *ardens, comburens* (ignis). Aq. λάβρον *vorax.* Sym. φλὸξ *flamma.* Plur. m. לֹהֲטִים, Psal. 56. Heb. 57. v. 5. Lxx. singul. τεταραγμένος, Vulg. Lat. *conturbatus.* Aq. λάβροι *voraces* (leænæ). Sym. φλέγοντες *urentes.* Theod. ἀναλίσκοντες *consumentes*, S. Hieron. *ferocientes* (leones). Alii, *ardentes, flammantes.*

PIEL לִהֵט, sine daghésch excidentis compensatione, ut fit in tota hac conjugatione, pro לִהֵּט, Lxx. ἀνάπτω *accendo, incendo*, κατακαίω, φλέγω, κατεφλέγω, *comburo*, φλογίζω, Sym. συμφλογίζω, *inflammo.* Sic etiam Vulg. & alii.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְלִהַט *& inflammabit.* 3. p. s. f. לִהֲטָה *inflammavit.*

Fut. 3. p. s. f. תְּלַהֵט *incendet, comburet.* Cum præf. וּתְלַהֵט *& inflammabit*, וַתְּלַהֵט *& inflammavit.* Cum præf. & aff. וַתְּלַהֲטֵהוּ *& inflammavit eum.*

לַהַט m. Gen. 3. v. 24. Lxx. φλογίνη (ῥομφαία), Vulg. *flammeus* (gladius). Alii substantive, *flamma*, h. e. lamina flammans, fulgens, rutilans, &c. R. לָהַט *arsit, inflammatus est.*

לְהָטִים m. pl. unde cum præf. & aff. regiminis בְּלַהֲטֵיהֶם, Exod. 7. v. 11. Lxx. Theod. ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν *veneficiis suis.* Aq. ἐν ταῖς ἠρεμαίοις αὐτῶν *in incantationibus suis.* (Sic etiam alii). Sym. διὰ τῶν ἀποκρύφων αὐτῶν *per secreta sua.* Vulg. *per incantationes..... & arcana quædam.* Is & Aquilæ & Symmachi interpretationes expressit. R. לָהַט, aut potius לוּט, *abscondit, involvit*; unde *incantationes, præstigiæ*, quod involutis, h. e. occultis & secretis verbis fiant. Porro in בְּלַהֲטֵיהֶם, ה videtur antiqua vocalis *a*; nam ea vox eadem est ac בְּלָטֵיהֶם, ibid. v. 22. quam vide infra in לָט.

לָהַם QAL, unde HITHPAEL הִתְלַהֵם, aut compensato daghésch ejecto, הִתְלַהֵם, ex quo Ben. plur. m. cum præf. & sine daghésch ejecti compensatione, כְּמִתְלַהֲמִים, Prov. 18. v. 8. & cap. 26. v. 22. Lxx. c. 26. v. 22. μαλακοί *molles.* Aq. ibid. γοητικοί *incantatorii.* Theod. ibid. ἐξαπλώμενοι *simplices* (sermones). Sym. ἐν παρέργῳ *cum negligentia, negligenter.* Vulg. *quasi simplicia* (verba). Alii utrobique, *sicut blandientes* (sermones). Alii è contrario, *quasi tundentes, quasi contundentes*, ab הָלַם, trajectis literis.

לָהֵן Chald. Theod. διὰ τοῦτο, vel διατοῦτο, *itaque, quamobrem, quapropter*, ἀλλὰ, γὰρ, *sed*, ἀλλ᾽ ἢ *nisi*, ἐὰν γὰρ *si autem*, ἐὰν οὖν *si igitur*, &c. Sic etiam alii. R. לָהַן inusit. Aliis est ipsa radix.

לַהֲקָה f. unde const. לַהֲקַת, 1. Reg. 19. v. 20. Lxx. ἐκκλησία *congregatio*, Aq. ὅμιλος, Sym. συστροφή, Theod. σύστημα, *turba, cœtus, agmen.* Vulg. *cuneus.* Rad. לָהַק inusit. aut potius

potius קָהַל *congregavit*; unde לְהֲקַת, trajectis literis, pro קְהִלָּה *cœtus*, *congregatio*.

לֹו pro לֹא *non*, vide in לֹא, supra col. 963.

לוּ Lxx. Aq. Sym. Theod. ὄφελον, Sym. item, εἴθε, Vulg. & alii, *si*, *utinam*. Lxx. item, εἰ *si*. Alii item, *quæso*, *ne forte*, *fortassis*. Cum præf. וְלוּ *& utinam*.

לוֹא *non*, vide in לֹא, supra col. 963.

לוּא, & cum (ֻ) pro (וּ), לֻא, Lxx. ἐάν, Vulg. & alii, *si*, *utinam*. Idem enim est ac לוּ, cui accessit א paragogicum. Cum præf. הֲלֹא *& utinam*, *ô utinam! si*, *etiamsi*.

לוּבִים Mass. *Louvim*, Vulg. *Libyes*, nomen propr. populi Africæ, sic dicti à לְהָבִים filio Misraim, 2. Paral. 12. v. 3. cap. 16. v. 8. Nah. 3. v. 9. Etym. *cor maris*; à לֵב *cor*, & יָם *mare*. Vel *corda* simpliciter; à לְבָב *cor*.

לוֹג & לֹג, m. Lxx. κοτύλη *cotyla*. Vulg. & alii, *sextarius*. Mensura liquidorum, quæ erat quarta & vigesima pars τῶ Sea, sive sati, & sex ova continebat. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 526. c. 1. Alius, Levit. 14. v. 12. λόγγη *longe*. Vocem Hebraicam retinuit. Cum præf. וְלֹג *& sextarius*, מִלֹּג *de sextario*.

לוּד Mass. *Loúdh*, Vulg. *Lúd*, nomen propr. filii Sem, Gen. 10. v. 22. Ab eo dicti sunt Lydii & Lydia Asiæ minoris provincia. Vide Jerem. 46. v. 9. Ezech. 27. v. 10. cap. 30. v. 5. Alii populos, de quibus in locis citatis fit mentio, collocant in Africa, Lybiam inter & Africam proprie dictam. Secundum hanc opinionem hi Lydii originem ducunt à *Ludim*, de quo mox infra. Etym. *nativitas*, vel *generatio*; ab יָלַד *genuit*, in Niph. & Pual, *natus est*.

לוֹדְבַר Mass. *Lódavár*, Vulg. *Lódabár*, nom. propr. loci vel oppidi trans Jordanem in Tribu Gad, 2. Reg. 9. v. 4. &c. Etym. *ipsi verbum*, aut *pestis* vel *mors*; ex לוֹ *ipsi*, & דָּבָר *verbum*, aut דֶּבֶר *pestis*, *mors*. Vel *generatio*, *electa*, aut *filii*; ex יָלַד *genuit*, & בָּרָה vel בָּרַר *elegit*, aut בַּר Chald. *filius*.

לוּדִים Mass. *Loudhim*, Vulg. *Ludim*, nomen proprium filii Mesraim, Gen. 10. v. 13. Etym. *nativitas*, vel *generatio*, vide supra לוּד.

לוה QAL. Lxx. Sym. Theod. δανείζω, δανείζομαι, *fœnero*, *fœneror*, *fœnore accipio*. Lxx. item in alia significatione, συμπορεύομαι *simul proficiscor*, *comitor*. Alii item, *mutuor*, *mutuo accipio*.

PRAET. 1. p. pl. c. לָוִינוּ *mutuamur*, *mutuo accipimus*.

BEN. f. m. לֹוֶה *mutuo accipiens*. Cum præf. כַּלֹּוֶה *sicut mutuo accipiens*.

FUT. 3. p. f. m. cum aff. יִלְוֶנּוּ, Eccle. 8. v. 15. contracte pro יִלְוֶה עָלָיו, *adhæsit ei*, *comitabitur eum*. 2. p. f. m. תַּלְוֶה, Deut. 28. v. 12. Lxx. δανιῇ *fœneraberis*. Vulg. *fœnus accipies*. Alii, *mutuo accipies*.

NIPHAL נִלְוָה, Lxx. πρόσκειμαι *adjaceo*, προστίθεμαι *adjicior*, *apponor*, εἰμὶ πρός τινα *sum apud*, vel *ad aliquem*, συμπαραγίνομαι *simul advenio*, καταφεύγω *confugio*. Gen. 29. v. 34. συνάπτομαι *conjungor*, Vulg. ibid. *copulor*. Construitur cum אֶל־ עַל & עִם. Alii item, *adjungor*, *adjungo me*, *adhæreo*.

PRAET. 3. p. f. m. נִלְוָה *adjunxit me*. Cum præf. הַנִּלְוָה *qui adjungit se*, וְנִלְוָה *& adjunget se*. 3. p. pl. c. וְנִלְווּ *& adjungent se*.

BEN. pl. m. cum præf. הַנִּלְוִים *adjuncti*.

FUT. 3. p. f. m. יִלָּוֶה *adjungetur*, *adhærebit*, *copulabitur*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיִלָּווּ *& adjungent se*, *& adhærebunt*.

HIPHIL הִלְוָה, Lxx. Aq. δανείζω, Lxx. item, ἐκδανείζω, Vulg. & alii, *fœnero*. Lxx. Sym. κιχράω, Vulg. & alii, *commodo*. Alii item, *mutuo*, *mutuum do*.

PRAET. 2. p. f. m. cum præf. וְהִלְוִיתָ *& mutuabis*, *& mutuo dabis*.

BEN. f. m. מַלְוֶה & const. מַלְוֵה, *mutuans*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 300. col. 1. Cum præf. וּמַלְוֶה *& mutuans*, כַּמַּלְוֶה *sicut mutuans*.

FUT. 3. p. f. m. cum affix. יַלְוְךָ *mutuabit*, *fœnerabit tibi*, m. 2. p. f. m. תַּלְוֶה *mutuabis*, *mutuo dederis*. Cum aff. תַּלְוֶנּוּ *mutuabis*, *fœnerabis ei*, m.

לוז QAL, unde 3. p. pl. m. FUT. cum (ֻ) pro (וּ), יָלֻזוּ, Prov. 3. v. 21. Vulg. *effluant*. Alii, *decedant*, *recedant*. Lxx. mutata persona & numero, παραῤῥυῇς *effluas*.

NIPHAL נָלוֹז, unde BEN. f. m. נָלוֹז, Lxx. παράνομος *iniquus*, σκολιάζων *tortuose incedens*. Et Verbal. ἐγόγγυσας *murmurasti*.

Vulg. *illusor*, *qui infami graditur via*. Et subst. *tumultus*. Alii, *perversus*, *defector*, *à via recta declinans*. Cum præf. ונָלוֹז, & const. ונלוֹז, *& perversus*. Plur. m. cum præf. ונלוֹזים, Prov. 2. v. 14. Lxx. καὶ καμπύλαι *& flexuosæ* (rotæ). Vulg. *& infames*. Aq. Verbal. καὶ ϑρυλεῖν *& susurrant*. Theod. καὶ μωκτηρίζουσι *& susurrant*. Alii, *& perversi sunt* in orbitis, in gressibus suis.

HIPHIL יַלִּיזוּ, unde 3. p. pl. m. FUT. cum (-) & dagh. sub charact. loco (·) per legem æquivalentiæ, aut ex forma defect. Pe ג, vide Gram. Heb. t. 1. p. 260. c. 2. יַלִּיזוּ, Prov. 4. v. 21. Lxx. ἐκλίπωσί σε *derelinquant te*. Sym. ἀπορρυήτωσαν *diffluant*, *effluant*. Theod. χλευαζέτωσαν *ludificentur*, *irrideantur*. Vulg. & alii, *recedant*.

לוּז m. unde cum præf. וְלוּז, Gen. 30. v. 37. Lxx. καὶ καρύινην *& nuceà* (virga). Sym. καὶ ἀμυγδαλίνην *& amygdalina*. Vulg. plur. *& amygdalina* (virgæ). Alii, *& corylus*, id est, *& avellana*, quæ sic dicitur, quod facile decorticetur, seu quod ejus cortex facile recedat. R. לוּז *recessit*.

לוּז, & cum ה locali

לוּזָה Mass. & Vulg. *Loúz*, vel *Lúz*, *Lúza*, nomen propr. civitatis 1°. in Tribu Benjamin, Jos. 16. v. 2. c. 18. v. 13. quæ à Jacobo cognominata est Bethel, Gen. 28. v. 19. c. 35. v. 6. 2°. in terra Hettim, quæ, secundum nonnullos, est insula cyprus, Jud. 1. v. 26. Etym. *corylus*, aut *discessio*, *recessio*; à לוּז *corylus*, aut לוּז *recedere*, *discedere*.

לוּחַ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. & alius, πλάξ, Sym. item, πλὺξ, Lxx. & idem Sym. item, σανίς, Vulg. & alii, *tabula*. Lxx. item, πυξίον *tabella scriptoria*, ἀρχὴ *principium*, 3. Reg. 7. v. 36. Et adjective, σανιδωτὸς *tabulatus*. Plur. ex termin. fem. לֻחֹת, cum (ֻ) pro (וּ), לֻחֹת, & לֻחֹת, *tabulæ*. Sic cum præf. הַלֻּחֹת & הַלֻּחֹת *tabulæ*, וְהַלֻּחֹת *& tabulæ*. Duale formatum ex plurali, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 66. c. 1. fin. & cum (·) sub ח pro (-) ob pausam, לֻחֹתָיִם, Ezech. 27. v. 5. *duæ tabulæ*, *tabulata gemina*, vel *duo latera* navis,

quacum eo loci confertur Tyrus. R. לוּחַ inusit.

לוּחִית Mass. *Louhhîth*, Vulg. *Luith*, nom. propr. civitatis in Tribu Ruben, Isai. 15. v. 5. Jerem. 48. v. 5. Etym. *tabula*, *tabulæ*, *tabulatum*; à לוּחַ idem. Vel *viror*, *viriditas*; à לַח idem.

לוֹט m. unde cum præf. הַלּוֹט, Isai. 25. v. 7. *Et præcipitabit* (Dominus) *in monte isto faciem* הַלּוֹט הַלּוֹט, Aq. Theod. τοῦ σκότους ..... *tenebrarum* ..... Sym. τὸ ἐξυπτιάσαι τοῦ ἐξυπάζοντος *dominatoris*, *dominantis*. Vulg. *vinculi colligati*. Lxx. hîc alienum in sensum transtulerunt. Alii, *operimenti*, *operimenti*, h. e. multiplicis operimenti. Vide versum hunc explicatum in Gram. Heb. tom. 1. p. 458. c. 1. & tom. 2. p. 218. c. 1. Cum præf. (ו), hhôlem defect. & in alia significatione, וָלֹט, Gen. 37. v. 25. c. 43. v. 11. Lxx. καὶ στακτὴ, Vulg. & alii, *& stacte*, h. e. & gutta myrrhæ, aut cujusvis alius arboris aromaticæ. Alii, *& castanea*, ex usu Arabico, secundum Qimhhi. Alii, *& mastiche*. R. לוּט *involvi*, *operiri*; unde *stacte* & *castanea*, quod illa diligenter involvatur, ut conservetur; hæc vero siliqua sua quasi involucro tegatur.

לוֹט Mass. & Vulg. *Lôt*, nomen propr. filii Aran, nepotis Abrahami, Gen. 11. v. 27. Etym. *involutus*, *opertus*; à לוּט *involvi*, *operiri*. Vel *stacte*, &c. à לוּט idem. Vide vocem præced.

לוּט QAL, unde PAOUL f. f. לוּטָה, 1. Reg. 21. v. 9. al. 10. Lxx. ἐνειλημένη (ῥομφαία), Vulg. & alii, *involutus* (gladius).

HIPHIL הֵלִיט, unde 3. p. f. m. FUT. cum præf. & (·) in fine pro (-) ob accentum ab ultima ad penult. vi (ו) convertentis retractum, וַיָּלֶט, 3. Reg. 19. v. 13. Lxx. καὶ ἐπεκάλυψε, Vulg. & alii, *& operuit*. Hinc λῆδον.

לוֹטָן Mass. & Vulg. *Lotán*, nom. proprium filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 20. Etym. *involutus*, *opertus*; à לוּט *involvi*, *operiri*. Vel *operimentum*, *involucrum*, aut *stacte earum*; à לוּט *operimentum*, *involucrum*, aut *stacte*, & aff. 3. p. pl. f.

לֵוִי Maſſ. & Vulg. *Levi*, nomen proprium tertii filii Jacobi ex Lia uxore, Gen. 29. v. 34. Etym. *adhæſio, copula*; à לָוָה in Niphal, *adhæſit, copulatus eſt*; ſicque vocatus eſt *Levi*, quod, eo nato, maritum ſuum ſibi deinceps ſtrictius adhæſurum credidit Lia. Vide Gen. loco citato. Ejus poſteri dicti ſunt Levitæ, qui ſacro miniſterio à Deo fuerunt deſtinati. Plur. לְוִיִּם, & cum præf. הַלְוִיִּם *Levitæ*. Cum aff. & ſine (י) indice pluralis numeri, לְוִיֵּנוּ *Levitæ noſtri*, Nehem. 10. v. 1. Pro dagh. impreſſo יּ (י), vide Gram. Heb. t. 1. p. 64. §. X. In forma Chald. emphat. & cum præf. וְלֵוָיֵא *& Levitæ*. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 573. c. 2.

לִוְיַת f. Lxx. *στέφανος corona*. Aq. *προσθήκη adjectio, adjunctio, additamentum*. Vulg. *augmentum*. Alii item, *copulatio, ſocietas*. Hinc conſt. לִוְיַת *adjectio, adjunctio*. Rad. לָוָה in Niph. *adhæſit, adjunctus eſt*.

לִוְיָתָן m. Lxx. Theod. *δράκων*, Vulg. *draco*, marinus ſcilicet. Lxx. item, *μέγα κῆτος magnum cete*. Aq. Sym. Theod. retenta voce Hebraïca, *λευιαθάν*, Vulg. & alii, *Leviathan*. Alii, *ſerpens marinus, balæna*, & generatim magni & portentoſi piſces. Bocharto eſt *crocodilus*. Vide part. 2. de animal. ſacr. lib. 5. capp. 16. 17. 18. R. לָוָה in Niphal, *adhæſit, conjunctus eſt*; unde *Leviathan*, inquiunt, ſive *crocodilus*, quod ejus ſquamæ ita ſibi invicem adhæreant, ut telis aliiſque armorum generibus ſint imperviæ.

לוּל m. unde pl. cum præf. וּבַלּוּלִים, 3. Reg. 6. v. 8. Vulg. *& per cochleam*. Alii, *& per cochleas*. Lxx. adjective, *καὶ ἑλικτή*, mſ. Alex. *καὶ εἱλικτή*, *& tortilis, & tortuoſus* (erat aſcenſus). Alii, *& per gradus cochleares, & per gradus in ſpiram gyratos*. R. לול inuſit.

לוּלֵא, & cum (י) pro א,

לוּלֵי, Lxx. *εἰ μή*, Vulg. & alii, *niſi, ſi non*. Componitur ex לוּ *ſi*, quod vide ſupra col. 977. & לֹא *non*.

לון QAL. Lxx. Theod. *αὐλίζομαι* (ſic etiam alius), *καταλύω*, Vulg. & alii, *maneo, diverſor*. Lxx. item, *κοιμάω*, *κοιμάομαι*, *cubo*. Et ſubſtantive, *κατάλυμα diverſorium, hoſpitium*, Jerem. 14. v. 8. al. 9. Alii item, *pernocto, moror, commoror*.

Praet. 3. p. ſ. m. לָן *pernoctavit*. Cum præf. וְלָן *& pernoctavit*. 3. p. ſ. f. cum præf. & (ֵ) in fine pro (ָ), וְלָנֵה, Zach. 5. v. 4. *& pernoctabit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 248. c. 1. fin. 3. p. pl. c. cum accentu in ult. præter analogiam, vide eand. Gram. ibid. p. 249. c. 2. לָנוּ *pernoctarunt*, Iſai. 10. v. 29. ſecundum Robertſon. qui vocem hanc in Buxtorf. Concord. omiſſam notat. At poteſt eſſe dativus plur. pronominis primæ perſonæ, unde Vulg. tranſtulit, *nobis*. 1. p. plur. c. cum præf. וְלַנּוּ, Jud. 19. v. 13. *& pernoctemus*, contracte pro וְלַנְנוּ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 2.

Ben. ſ. m. ex forma (ֵ) לֵן, unde pl. m. לֵנִים, vide ſuo loco.

Infin. cum præf. לָלוּן *ad pernoctandum*.

NIPHAL נִלּוֹן, Lxx. *γογγύζω*, *διαγογγύζω*, Vulg. & alii, *murmuro*. Conſtruitur cum עַל.

Fut. 3. p. pl. m. cum aff. וַיִּלֹּנוּ *& murmurarunt*.

HIPHIL הֵלִין, Lxx. Sym. *αὐλίζομαι*, Lxx. item, *μένω*, (alius, *καταλύω*), Vulg. & alii, *maneo, diverſor*, ut in Qal. Lxx. item, *κοιτάζομαι*, *κοιμάομαι*, *cubo*, *ἐπικοιμάομαι incumbo, aſſiduus ſum*, *καταπαύω requieſco*, *ὑπέχω exſiſto, duro*, *ὑπνόω dormio*, &c. Et in ſignificatione Niphal, Lxx. & alius, *γογγύζω*, Lxx. item, *διαγογγύζω*, Vulg. & alii, *murmuro*.

Praet. 2. p. pl. m. הֲלִינֹתֶם *murmuraſtis*.

Ben. plur. m. ex forma defect. Pe נ, מַלִּינִם & מַלִּינֻם, *murmurantes*, pro מַלִּינִים & מְלִינִם. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 258. c. 2.

Infin. cum præf. & excluſo ה characteriſtico, לָלִין pro לְהָלִין, *ad pernoctandum*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 148. c. 2. 259. c. 1.

Imper. 2. p. ſ. m. ſine ה charact. לִין pro הָלִין, *pernocta*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 259. c. 1. Sic cum præf. וְלִין *& pernocta*. 2. p. ſ. f. ſine ה charact. לִינִי pro הָלִינִי, *per-*

noctu. Vide eand. Gram. ibid. col. 2. 2. p. pl. m. excluso eodem ה charact. לִינוּ *pernoctate*. Sic cum præf. וְלִינוּ & *pernoctate*.

FUT. 3. p. f. m. יָלִין *pernoctabit*. Cum præf. & (ְ) pro (ִ) in fine, ob accentum vi (ו) convertentis retractum, וַיָּלֶן & *pernoctavit*, & *murmuravit*. 3. p. f. f. תָּלִין, & cum (ֶ) in fine תָּלֶן, Job. 17. v. 2. *pernoctabit*. 2. p. f. m. תָּלִין *pernoctare fines*. Cum (ֶ) תָּלֶן, & cum (ֶ) pro (ִ) aut (ֶ) ob retractum accentum propter אַל præced. vide Gram. Heb. t. 2. p. 310. c. 1. תָּלֵן *pernoctabis*, *pernoctes*. 2. p. f. f. תָּלִינִי *pernoctabis*. 1. p. f. c. אָלִין *pernoctabo*. 3. p. pl. m. יָלִינוּ *pernoctabunt*. Cum præf. וַיָּלִינוּ & וַיָּלֻנוּ, & *pernoctarunt*, וַיִּלֹּנוּ ex forma defect. Pe ו, & *murmurarunt*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 260. c. 2. 2. p. pl. m. תָּלִינוּ *pernoctabitis*, תִּלֹּנוּ, ex forma defect. Pe ו, *murmuratis*. 1. p. pl. c. נָלִין, & cum ה paragog. נָלִינָה *pernoctabimus*. Cum præf. וְנָלִין & *pernoctabimus*, & *pernoctemus*.

HITHPOEL הִתְלוֹנֵן, vel ex forma (ֶ) הִתְלוֹנֶן, Lxx. Sym. αὐλίζομαι, Vulg. & alii, *commoror*. Sym. item, νυκτερεύω *pernocto*. Sic etiam alii.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (ֶ) mutati in (ָ) ob pausam, יִתְלוֹנָן *commorabitur*. Cum præf. & in eadem pausa, וְיִתְלוֹנָן & *commorabitur*, & *commoratur*.

לוע QAL, unde 3. p. pl. c. PRAET. לָעוּ, Job. 6. v. 3. Lxx. φαῦλά ἐστι (ῥήματά μου) *mala sunt* (verba mea). Aq. καταπεπόθηνται *conculcata sunt*. Sym. κατάπικροι (λόγοι μου) *peramari sunt*, Theod. ἔγκοποι *labore pleni sunt* (sermones mei). Vulg. *dolore sunt plena* (verba mea). Alii, *absorbentur*, *deglutiuntur*, h. e. præ dolore & suspiriis quasi suffocantur, & vix media sui parte proferuntur. Cum præf. & accentu in ult. וְלָעוּ, Abd. 1. v. 16. Lxx. καὶ καταπίονται & *absorbentur*. Vulg. & alii, & *absorbebunt*.

POEL לִיעַע, aut לוֹעַע, unde 3. p. pl. m. FUT. trajecto altero ע, & in forma perfecta, יְעַלְעוּ, Job. 39. v. 30. Lxx. φυρούνται *miscentur*. Aq. ἐστιμασμένοι, *ore*, vel *rostro bibentes erunt*. Sym. καταρροφῶσι *absorbent*, alii, *absorbebunt*. Vulg. *lambent*.

HIPHIL הֵלִיעַ, aut הֵלַע, unde 3. p. f. m. FUT. ex forma (ֶ) יָלַע, Prov. 20. v. 25. Aq. καταπίεται *absorbet*. Vulg. *devorare est*. Alii, *absorbebit*, *devorabit*.

לוּשׁ vide infra in לָשׁ.

לוּשׁ vide infra in לוּשׁ.

לוץ QAL, unde 2. p. f. m. PRAET. cum præf. וְלַצְתָּ, Prov. 9. v. 12. Lxx. ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς *si autem malus evaseris*. Sym. κἂν λοιμὸς γένῃ & *si pestilens fueris*. Vulg. & alii, *si autem illusor fueris*, *si autem illuseris*; repetita particula conditionali *si* ex membro præcedenti.

HIPHIL הֵלִיץ, unde 3. p. pl. c. cum aff. & (ִ) pro (ו), הֱלִיצֻנִי, Psal. 118. Heb. 119. v. 51. Lxx. παρηνόμουν, Vulg. Lat. *inique agebant*, neglecto affixo, quia forte legebant הֵלִיצוּ cum ו parag. & (ו) ut antiquam vocalem e spectaverunt. S. Hier. *deridebant me*, c. Alii, *deluserunt*, *illuserunt mihi*, c.

BEN. f. m. מֵלִיץ, Lxx. ἑρμηνευτής, Aq. Sym. ἑρμηνεύς, Vulg. & alii, *interpres*. Lxx. item, ἄρχων *imperator*, πρεσβύτης *legatus*, *orator*. Et in alia significatione, θανατηφόρος *mortifex*, *mortem afferens*. Alii, *derisor*, *illusor*. Cum præf. הַמֵּלִיץ *interpres*. Plur. m. const. cum præf. בִּמְלִיצֵי *cum oratoribus*, *in legationibus*. Cum præf. & aff. וּמְלִיצֶיךָ & *interpretes tui*, m. מְלִיצַי *interpretes*, *oratores mei*, c.

FUT. 3. p. f. m. יָלִיץ, Prov. 14. v. 9. Aq. Theod. χλευάζει *irridet*. Sym. mutato numero, ἐχλεύαζον *irrident* Vulg. *illudet*. Lxx. alienum in sensum interpretantur. Alii, *palliabit*, *verbis oratoriis teget peccatum suum*. Alii, *eloquetur*, *propalabit*. Ibid. c. 3. v. 34. Lxx. ἀντιτάσσεται *obsistit*, *resistit* Vulg. & alii, *deludet*. Cap. 19. v. 28. καθυβρίζει *injuria afficiet*. Vulg. & alii, *deridet*.

HITHPOEL הִתְלוֹצֵץ vel הִתְלוֹצֵץ, unde 2. p. pl. m. FUT. ex forma (ֶ) mutati in (ָ) ob pausam, אַל־תִּתְלוֹצָצוּ, Isai. 28. v. 22. Lxx. μὴ εὐφρανθείητε *nolite lætari*. Aq. (μὴ) χλευάζετε (*ne*) *irridete*. Vulg. & alii, *nolite illudere*, *ne illudatis*.

לוש QAL. Lxx. φυράω, Vulg. & alii, *depso, misceo, commisceo, conspergo.* Lxx. item, τρίβω *tero.*

Ben. pl. f. לָשׁוֹת, Jerem. 7. v. 18. *depsentes, commiscentes.*

Infin. cum præf. מִלּוּשׁ, Ose. 7. v. 4. *à depsendo.* Lxx. substantive, ἀπὸ φυράσεως, Vª. edit. ἀπὸ φυράματος, Vulg. *à commistione.*

Imper. 2. p. f. f. לוּשִׁי *depse, commisce.*

Fut. 3. p. f. f. cum præf. & (·hhatouph) pro (ׁ) aut potius pro (ָ), ob accentum vi (ו) convertentis retractum, וַתָּלָשׁ vattalosch *& depsit, & commiscuit.*

לות Chald. unde cum aff. & præcedente מִן, מִן־לְוָתָךְ, Esd. 4. v. 12. Lxx. ἀπὸ σοῦ, Vulg. *à te*, m. Alii, *de apud te*, m. ita ut geminetur præpositio, ut sæpe fit apud Hebræos. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 601. c. 2. fin. Rad. לְוָה *adhæsit, conjunctus est;* unde לְוָת *ad, apud*, q. d. conjunctim. Aliis est ipsa radix.

לז, unde cum præfixo ה, הַלָּז; & cum altero ה in fine, quasi à הַלָּזֶה, זֶה; & cum (ו) pro ה, quasi à הַלָּזוּ, זוּ, Lxx. ἐκεῖνος, Vulg. & alii, *ille, iste*, ἐκείνη *illa, ista;* nam hoc pronomen communis est generis. Aliis in הַלָּז, הַלָּזֶה, & הַלָּזוּ, ל est epentheticum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 73. c. 1. 2. in fine.

לזות f. unde cum præf. וּלְזוּת, Prov. 4. v. 24. *& pravitas, & perversitas.* Lxx. adjective, καὶ ἄδικα *& injusta.* Vulg. *& detrahentia* (labia). Rad. לוּז in Niph. *pravus, perversus fuit;* sed forma est à לָזָה.

לַח & in pausa לָח, m. Lxx. πρόσφατος, Vulg. *recens;* ὑγρός, Vulg. *humidus;* χλωρός, Vulg. & alii, *virens, viridis.* Plur. לַחִים *virentes, virides*, cum (·) sub ל loco (·) quod ei supponendum erat ad compensandum daghésch ejectum, si hoc nomen veniat à לחח inusit. Vel (·), ibi est nativum, si derivetur à לוּחַ itidem inusit.

לֵחַ m. unde cum affix. לֵחֹה, Deut. 34. v. 7. ubi est ה pro (ו), vide Gram. Heb. t. 1. p. 129. c. 1. Lxx. χελώνια αὐτοῦ *labia*, Vulg. *dentes ejus*, m. Aq. Sym. Theod. σιαγὼν αὐτοῦ *maxilla ejus*, m. referebant ad לְחִי *maxilla*, de quo nomine infra. Alius, qui forte est Aq. in altera versione, τὰ χλωρὰ αὐτοῦ *viridia ejus*, m. R. לחח aut לוּחַ, inusit. Si venit à לחח, (·) remansit ad compensandum dagh. ejectum; si à לוּחַ, (·) ibi est analogum ad compensandum (ו) quiescens abjectum.

לַח vide in לוּחַ, supra col. 979.

לְחוּם m. Lxx. Soph. 1. v. 17. σάρξ *caro.* Vulg. ibid. in plur. *corpora.* Alii, *cadaver.* Et Job. 20. v. 23. Lxx. ὀδύνη *dolor*, Vulg. *bellum.* Hinc cum præf. & aff. בִּלְחוּמוֹ, Job. 20. v. 23. *in carnem ejus*, m. Vulg. *bellum suum*, m. וּלְחֻמָם, Soph. 1. v. 17. cum (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ pro (וּ), *& caro, & cadaver*, Vulg. *& corpora eorum.* R. לָחַם *vesci, pugnare;* unde *caro*, quod fit hominum cibus; *& cadaver*, quod fit vermium esca.

לְחִי & in pausa לֶחִי, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. σιαγών, Vulg. & alii, *maxilla, gena, mandibula.* Lxx. item, χεῖλος *labium*, πρόσωπον *facies*, totum pro parte. Et adverbialiter, ματαίως *vane, frustra, sine causa*, Psal. 3. v. 8. ubi sunt qui velint mendum graphicum esse in Lxx. versione, in eaque legendum μαθυίας *genas*, quæ vox amanuensium oscitantia versa est in ματαίως *frustra, sine causa.* Vide Gram. Heb. t. 2. p. 263. col. 1. Quidam arbitrantur לְחִי positum esse per apocopen pro לְחִנָּם *gratis;* proindeque Lxx. recte esse interpretatos ματαίως *vane, frustra.* At sequens hemistichium: *dentes peccatorum contrivisti*, vocabulum לְחִי non decurtatum, sed integrum ibi positum esse demonstrat. Quare Aq & Sym. σιαγόνα, S. Hieron. *maxillam* interpretantur. Cum præf. הַלְּחִי & in pausa הַלֶּחִי, *maxilla*, בִּלְחִי, & in pausa בַּלֶּחִי, *in maxilla.* Cum affix. לֶחְיוֹ *maxilla ejus*, m. לֶחְיָהּ *maxilla ejus*, f. Duale compositum ex plurali & duali, & cum præf. וְהַלְּחָיַיִם, Deut. 18. v. 3. pro וְהַלְּחָיִים, *& maxillæ.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 66. col. 2. fin. & p. 100. col. 2. fin. Const. לְחָיֵי Isai. 30. v. 28. anomalus, pro לְחָיֵי, *maxillæ.* Vide eandem Gram. ibid. p. 100. c. 2. fin.

Plur. cum præf. & aff. לְחָיָו sine (י) indice plural. num. pro לְחָיָיו, *maxillæ ejus*, m. בִּלְחָיַיִךְ *in maxillis tuis*, m. לְחָיֵךְ *maxillæ tuæ*, f. לְחָיַי in pausa, *maxillæ, genæ meæ*, c. וּלְחָיַי & *maxillæ meæ*, c. לְחֵיהֶם, Ose. 11. v. 4. contracte pro לְחָיֵיהֶם, *maxillæ eorum*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 100. c. 2. fin. & p. 101. c. 1. init. R. לחה inusit.

לְחִי & in pausa לֶחִי, Mass. *Lehhí* vel *Léhhi*, Vulg. *Lechí*, Jud. 15. vv. 9. 17. 19. nomen proprium loci in Tribu Dan. Attamen v. 9. Aq. Sym. Theod. בַּלֶּחִי ut nomen appellativum ἐν σιαγόνι *in maxilla*, interpretantur. Lxx. ibidem ut proprium retinuerunt, ἐν Λεχί *in Lechí*. Etym. *maxilla*. Vide vocem præced.

לָחַךְ QAL, unde Infin. cum præf. כִּלְחֹךְ, Num. 22. v. 4. *secundum lingere*, *secundum lambere*, h. e. ut vertunt Lxx. ὡσεὶ ἐκλείξει *sicut*, *quomodo linget*, aut *lingit*. Vulg. *sicut solet* (bos herbas) *ad radices carpere*. Alii, *sicut* (bos herbas) *lambendo absumit*.

PIEL לִחֵךְ, sine daghésch excidentis compensatione, ut fit in tota hac conjugatione hujus Verbi, pro לִחֵּךְ, Lxx. λείχω, ἐκλείχω, Vulg. & alii, *lingo*, *lambo*, *lingendo consumo*.

Praet. 3. p. f. f. in pausa; quare (ֵ) primariæ vocis revocatur, לִחֵכָה *linxit*.

Fut. 3. p. pl. m. יְלַחֲכוּ, & in pausa, quæ revocavit (ֵ) motionem primariæ vocis, יְלַחֵכוּ, *lingent*, *lambent*. Vide 3. p. f. f. Præteriti.

לַחְלַח Mass. *Lahhláhh*, Vulg. *Lahelá*, nom. proprium urbis aut loci in Assyria septentrionali, prope majorem Armeniam, non procul à fluvio Gozan, 1. Paral. 5. v. 26. Nonnullis eadem videtur atque חֲלַח, quam vide supra col. 593. ita ut ל fit præpositio *in*. Etym. *tabula* aut *maxilla humida*, vel *viridis*; à לוּחַ aut לֻחַ, *tabula*, vel לְחִי *maxilla*, & לַח *humidus*, *viridis*. Vel *humiditas humida*, h. e. maxima; à præcedenti לַח, repetitis literis ad auxesin.

לָחַם QAL. Lxx. φάγω, φάγομαι, Vulg. & alii, *comedo*. Sym. συμφάγω *una comedo*. Alius, συναλίζομαι *convescar*. Lxx. item, δειπνέω, συνδειπνέω, *cœno*, ἀπολαμβάνω *cibum capio*, συνδυάζω *conversor*, *consuetudinem*, *commercium habeo*. Et in alia significatione, πολεμέω, Vulg. & alii, *bello*, *bellum gero*, *pugno*, *impugno*, *oppugno*, &c. quia in bello hostes quasi comeduntur. Unde gladius comedere & devorare sæpius in Scripturis dicitur.

Praet. 3. p. f. c. לָחֲמוּ *vescuntur*.

Ben. f. m. לֹחֵם *pugnans*, *oppugnans*. Plur. m. לֹחֲמִים *oppugnantes*. Cum aff. & in pausa; quare מ afficitur (ָ) pro (ֲ), לֹחֲמָי, *impugnantes me*, c.

Paoul pl. m. conft. cum præf. & (ּ) pro (ו), וּלְחֻמֵי, Deut. 32. v. 24. *exesi*, & *devorati* erunt ab avibus. Vulg. & *devorabunt eos* aves; legebat וְלָחֲמוּ in Præterito, & pronomen *eos* sensus complendi gratia adjecit. Lxx. substantive, *consumetur fame*, καὶ βρώσει & *comestione* avium, h. e. & comedent eos aves.

Infin. cum præf. לִלְחוֹם *ad vescendum*, *ad comedendum*.

Imper. 2. p. f. m. לְחַם *impugna*. 2. p. pl. m. לַחֲמוּ *vescimini*, *comedite*.

Fut. 2. p. f. m. תִּלְחַם, Prov. 23. v. 6. *comedas*. 1. p. f. c. אֶלְחַם, Psal. 140. Heb. 141. v. 4. al. 5. *vescar*, *comedam*, *commercium habebo*. Vulg. Lat. *communicabo*.

NIPHAL נִלְחַם, Lxx. Aq. Sym. Theod. πολεμέω, Vulg. & alii, *pugno*, *belligero*, *bellum gero*, ut in Qal. Lxx. Theod. ἐκπολεμέω, *expugno*. Lxx. item, καταπολεμέω *oppugno*, συμπολεμέω *una belligero*, συνεκπολεμέω *una debello*, πολιορκέω, ἐκπολιορκέω, περικάθιζω, *obsideo*, ἐφίστημι *insisto*, μάχομαι *pugno*, παρατάσσω *aciem instruo*, πατάσσω *percutio*, &c. Et substantive, πόλεμος *bellum*, παράταξις *acies*. Construitur cum ב, ל, אֶל־, אֶת־, עַל, עִם & .

Praet. 3. p. f. m. נִלְחַם, & in pausa, quæ mutavit (ַ) in (ָ), נִלְחָם, *pugnavit*. Cum præf. וְנִלְחַם & *pugnavit*. 2. p. f. m. cum præfix. וְנִלְחַמְתָּ & *pugnabis*. 1. p. f. c. נִלְחַמְתִּי *pugnavi*. Cum præf. וְנִלְחַמְתִּי & *pugnabo*. 3. p. pl. c. נִלְחֲמוּ *pugnaverunt*. Cum præf. וְנִלְחֲמוּ & *pugnabunt*. 2. p. plur. m. cum præf. וְנִלְחַמְתֶּם & *pugnabitis*, & *pu-*

gnate. 1. p. pl. c. cum præf. וַנִּלָּחֲמָה & *pugnabimus.*

Ben. f. m. נִלְחָם, & cum præf. הַנִּלְחָם, *pugnans, qui pugnaturus est.* Pl. m. נִלְחָמִים, & cum præf. הַנִּלְחָמִים, *pugnantes.*

Infin. servata characteristica Præteriti, & cum hhólem pro (-) aut (-) in fine, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 172. c. 1. init. נִלְחֹם, Jud. 11. v. 25. *pugnando.* Cum præf. & in forma communi, לְהִלָּחֵם, & cum (-) in fine pro (-) ob retractum accentum in concursu, לְהִלָּחֶם *pugnare, ad pugnandum*, וּלְהִלָּחֵם & *ad debellandum.* Cum præf. & affix. הִלָּחֲמוֹ *pugnare ipsum*, בְּהִלָּחֲמוֹ *in pugnando eo, cum pugnaret.*

Imper. 2. p. f. m. הִלָּחֵם *pugna.* Cum præf. וְהִלָּחֵם, & cum (-) pro (-) ob accentum retractum in alterius concursu, וְהִלָּחֶם & *pugna.* 2. p. pl. m. cum præf. וְהִלָּחֲמוּ & *pugnate.*

Fut. 3. p. f. m. יִלָּחֵם, cum præf. & (-) loco (-) ob accentum à (ו) convertente retractum, וַיִּלָּחֶם & *pugnavit.* 3. p. f. f. תִּלָּחֵם, *pugnabit.* 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּלָּחֲמוּ & *pugnarunt.* Cum præf. & affix. וַיִּלָּחֲמוּנִי & *impugnaverunt me*, c. 2. p. pl. m. תִּלָּחֲמוּ, & cum ן parag. תִּלָּחֲמוּן, *pugnabitis.* 1. p. pl. c. נִלָּחֵם *pugnabimus.* Cum præf. & ה paragogico, וְנִלָּחֲמָה & *pugnabimus.*

לָחֶם m. Jud. 5. v. 8. cum (-) anomalo, aut potius mendoso, pro (-), *oppugnator.* Lxx. Verbal. & mutato numero, ἐπολέμησαν *pugnarunt.* Vulg. *subvertit.* Rad. לָחַם *pugnavit, oppugnavit.*

לְחֶם m. Chald. Dan. 5. v. 1. Theod. δεῖπνον, Vulg. & alii, *cœna, convivium, epulum.* R. לְחַם *vesci, comedere*, ut apud Heb.

לֶחֶם cum duplici (-) pro duplici (-), quanvis secunda litera radicalis sit gutturalis; quia hoc nomen excipitur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 57. c. 1. fin. & in pausa לָחֶם, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἄρτος, Vulg. & alii, *panis.* Lxx. item, σῖτον, σιτίον, (Sym. σίτησις), κατάβρωμα, *cibus, esca*, σῖτος *frumentum*, τροφή *nutrimentum*, ἄριστον *prandium*, βίος (Sym. δίαιτα) *vita, victus*, τὰ δέοντα *necessaria*, δόμα, δῶρον, *donum*, ζωή *vita*, quæ cibo sustentatur, τράπεζα *mensa*, per metonymiam continentis pro contento, ψωμὸς *buccella*, &c. Alii item, *convivium, epulum*, &c. Hoc nomen generatim sumitur pro quocunque alimento, etiam brutorum, & quandoque pro victimis Deo oblatis. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 93. c. 1. 236. c. 2. 237. c. 1. Cum præf. הַלֶּחֶם & in pausa הַלָּחֶם, *panis*, לֶחֶם, וְלֶחֶם, וְהַלֶּחֶם, & *panis*, בְּלֶחֶם, בַּלֶּחֶם, & in pausa בַּלָּחֶם, *pro pane*, וּבַלֶּחֶם in pausa, & *pro pane*, & *de pane*, כְּלֶחֶם & כַּלֶּחֶם, *sicut panis*, לַלֶּחֶם, in pausa לְלֶחֶם, לַלָּחֶם, & in pausa לַלָּחֶם, *pani, ad panem, in panem, propter panem*, וְלַלֶּחֶם & *pani*, מִלֶּחֶם *de pane.* Cum præf. & aff. לַחְמוֹ contracte pro לַחְמוֹ, *panis ejus*, m. מִלַּחְמוֹ & בְּלַחְמוֹ *de pane ejus*, m. לַחְמָהּ *panis, cibus ejus*, f. לַחְמְךָ & in pausa לַחְמֶךָ, *panis tuus*, m. וְלַחְמְךָ in pausa, & *panis tuus*, m. בְּלַחְמְךָ in pausa, *de pane tuo*, m. לְלַחְמְךָ in pausa, *ad cibum tuum*, m. לַחְמִי *panis meus*, c. וְלַחְמִי & *panis meus*, c. בְּלַחְמִי, Prov. 9. v. 5. *panem meum*, c. לַחְמָם *panis eorum*, לַחְמְכֶם *panis vester*, m. לַחְמֵנוּ *panis noster*, c. R. לָחַם *vesci, comedere.*

לַחְמָם unde in pausa לָחֶם, 1. Paral. 4. v. 22. Mass. *Lábhem*, Vulg. *Lábem*, nom. propr. urbis, quæ videtur esse eadem ac בֵּית לֶחֶם, quam vide supra col. 223. Etym. *panis, cibus, pugna, bellum*; à לָחַם *vesci, pugnare.*

לְחוּם *cibus*, vide in לְחוּם, supra col. 986.

לַחְמִי Mass. *Lahhmí*, 1. Paral. 20. v. 5. nomen proprium fratris Goliath, quem occidit Adeodatus. Vulgato interpreti est nomen patronymicum, nempe *Bethleemites*, h. e. ex urbe Bethlehem oriundus; retulitque ad nomen præcedens Adeodatus sive Elchanan. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 432. c. 2. Etym. *panis meus*, vel *pugna mea*; à לָחַם *vesci, pugnare*, & affix. 1. p. f. c.

לַחְמָם Mass. *Lahhmám*, Vulg. *Lehemán*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 40. Etym. *panis, cibus*, vel *pugna eorum*; à לֶחֶם *panis, cibus*, aut לָחַם *pugnavit*, & aff. 3. p. pl. m.

לְחֵנָה f. Chald. Theod. παλλακαί, Vulg. & alii, *concubina.* Hinc cum præf. & aff.

ולחנתה *& concubina*, aut potius *& concubinæ ejus*, m. nam hoc singulare est collectivum; ולחנתך *& concubinæ tuæ*, m. Rad. לחן inusit.

לחץ QAL. Lxx. Theod. θλίβω, Vulg. & alii, *affligo*. Lxx. item, ἐκθλίβω, παραθλίβω, Aq. Sym. ἀποθλίβω, Vulg. & alii, *opprimo*, *collido*. Lxx. item, κακόω *malis afficio*, πολιορκέω *obsideo*. Alii item, *premo*, *deprimo*, *comprimo*, *vim infero*, *coarcto*, *in angustias redigo*, &c. Hinc λαχεύω.

PRÆT. 3. p. f. m. לחץ *oppressit* 3. p. pl. c. לחצו *oppresserunt*. Cum præf. ולחצו *& oppriment*. 2. p. pl. m. ולחצתם *& opprimetis*.

BEN. pl. m. לחצים, & cum præf. הלחצים, *opprimentes*, *oppressores*. Cum affix. לחצו *opprimentes eum*, לחציהם *opprimentes eos*, לחציכם *opprimentes vos*, m.

FUT. 3. p. f. m. cum aff. ילחצני *opprimet*, *opprimunt me*, c. 3. p. f. f. cum præf. ותלחץ *& compressit*, *& attrivit*. 2. p. f. m. in pausa, quæ mutavit (-) in (·), תלחץ *opprimes*. Cum aff. תלחצנו *opprimes eum*. 3. p. pl. m. cum præf. וילחצו *& oppresserunt*. Cum præf. & aff. וילחצום *& oppresserunt eos*.

NIPHAL נלחץ, unde 3. p. f. f. FUTURI ותלחץ, Num. 22. v. 25. Lxx. καὶ προσέθλιψεν ἑαυτὴν *& attrivit*, *& contrivit se*, Vulg. *& junxit se* (asina Balaam ad parietem). Alii, *& pressa*, *& compressa est*, *& compressit se*.

לחץ & in pausa לחץ, m. Lxx. Sym. θλίψις, Lxx. Theod. θλιμμός, Aq. ἀποθλιμμός, Vulg. & alii, *afflictio*, *oppressio*, *compressio*, *pressura*. Lxx. item adject. στενός *angustus*. Et Verbal. ἐκθλίβω *affligo*, *opprimo*. Cum præf. הלחץ *oppressio*, בלחץ *in oppressione*, *propter oppressionem*. Cum præf. & affix. לחצנו *oppressio nostra*, c. ולחצנו *& oppressio nostra*, c. R. לחץ *pressit*, *oppressit*.

לחש QAL, unde PIEL לחש, aut sine daghésch excidentis compensatione, ut fit in tota hac conjugatione hujus Verbi, לחש, ex quo BENONI plur. m. מלחשים, Psal. 57. Heb. 58. v. 6. Lxx. Aq. Theod. ἐπάδοντες, alius, ἐπαοιδοί, Vulg. Lat. *incantantes*. Sym. ψιθυρίζοντες *susurrantes*. S. Hieron. *murmurantes*. Alius, φάρμακοι *venefici*. Alii, *mussitantes*.

HITHPAEL התלחש, aut daghésch excidente non compensato התלחש, unde BEN. plur. m. מתלחשים, 2. Reg. 12. v. 19. Vulg. & alii, *mussitantes*. Lxx. Verbaliter, ψιθυρίζουσι *mussitant*.

FUT. 3. p. pl. m. יתלחשו, Psal. 40. Heb. 41. v. 8. Lxx. Sym. ἐψιθύριζον, Vulg. Lat. *susurrabant*. S. Hieron. *murmurabant*. Alii, *mussitabant*.

לחש, & in pausa לחש, m. Lxx. Aq. ψιθυρισμός *mussitatio*. Aq. Theod. ἐπῳδή, Vulg. & alii, *incantatio*. Vulg. item, *murmur*. Sym. ὁμιλία μυστική, Vulg. *eloquium mysticum*. Et adjective, Lxx. ἀκροατής *auditor*, μικρός *parvus*. Sym. ἐπαοιδός *incantator*. Lxx. item Verbal. ἐπάδω *incantare*. Plur. cum præf. והלחשים, Isai. 3. v. 20. Vulg. *& inaures*. Alii, *& amuleta*. Lxx. hîc adeo perplexi sunt & intricati, ut quam vocem huic assignarint divinare difficile sit. R. לחש in Piel, *incantavit*, *mussitavit*, *susurravit*.

לט m. unde cum præf. בלט, Lxx. ἐν κρυφῇ, (Complut. & mss. Alex. κρυφῇ), λάθρα, λαθραίως, Vulg. & alii, *clam*, *clanculo*, *abscondite*, *latenter*. Vide לאט, supra col. 965. Plur. cum præf. & aff. בלטיהם, Exod. 7. v. 22. Lxx. ταῖς (Theod. ἐν ταῖς) φαρμακείαις αὐτῶν *veneficiis suis*. Aq. ἐν ἠρεμαίοις (αὐτῶν), Vulg. & alii, *incantationibus suis*. Sym. διὰ τῶν ἀποκρύφων αὐτῶν *per secreta*, *per occulta sua*. Vide להטים, supra col. 976. Rad. לוט *involvere*, &c. unde incantationes, quod tectis & quasi involutis verbis fiant.

לט vide in לוט, supra col. 980.

לטאה f. unde cum præf. והלטאה, Levit. 11. v. 30. Lxx. καὶ καλαβώτης, Vulg. & alii, *& stellio*. Alii item, *& lacerta*, vel *& lacertus*. Bocharto part. 1. de animal. sac. lib. 4. cap. 4. col. 1073. & seqq. לטאה est lacertæ species, quæ stellioni similis est, terræ adhæret, & quidquid calcat, veneno suo inficit. Rad. לטא inusit. Quidam referunt ad לוט *involvi*, *tegi*, *operiri*; quod lacerti in spinetis sese occultent; secundum illud Virgil. Eclog. 2. vers. 9. *Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.*

לטושים

לְטוּשִׁם Mass. *Letouſchím*, Vulg. *Latusím*, nomen proprium filii Dadan filii Jecſan, Gen. 25. v. 3. Etym. *malleatores*; à לָטַשׁ *malleo polivit*, &c.

לטש QAL. Lxx. χαλκεύω *fabrico*, στίλβω *lucere facio*, *ſplendidum reddo*, *vibro*, ἐνάλλομαι *inſilio*, *inſulto*, Job. 16. v. 9. al. 10. Sym. ἀκονάω, ὀξύνω, Vulg. & alii, *acuo*, *exacuo*, *polio* malleo aut lima. Dicitur fere de gladiis, armis, aut inſtrumentis ferreis, vel æneis. Metaphorice etiam ad animum transfertur, & *erudire* ſignificat. Sic apud nos *aiguiſer l'eſprit*.

Ben. ſ. m. לֹטֵשׁ, Gen. 4. v. 22. Lxx. σφυροκόπος, Vulg. *malleator*. Alii, *erudiens*.

Infin. cum præf. לִלְטוֹשׁ *ad acuendum*, *ad exacuendum*, *ad poliendum*.

Fut. 3. p. ſ. m. יִלְטוֹשׁ *acuet*, *ſplendidum reddet*, *vibrabit*, Pſal. 7. v. 13. At Job. 16. v. 9. al. 10. *acuit*, vel *acuet*, oculos ſuos contra me, h. e. ut tranſtulit Vulg. *terribilibus oculis me intuitus eſt*.

PUAL לֻטַּשׁ, unde Paoul ſ. m. מְלֻטָּשׁ, Pſal. 51. Heb. 52. v. 4. Lxx. ἠκονημένον (ξυρὸν), Vulg. Lat. & alii, *acuta*, *exacuta* (novacula).

לֹיוֹת ſ. plur. 3. Reg. 7. vv. 29. 30. 36. Lxx. v. 29. χῶραι *regiones*. Alibi paraphraſtas agunt. Vulg. v. 29. *lora*, v. 30. *reſpectantes*, v. 36. *appoſita*. Alii ubique, *conjunctiones*, *adjectiones*, *additamenta*, *corollaria*, *ornamenta addititia*, h. e. quæ ornatus gratia adjiciuntur. Cum præfix. וְלֹיוֹת & *additamenta*. R. לָוָה in Niph. *additus*, *adjectus*, *adjunctus eſt*. Hinc לֹוֹת, trajectis literis (ו) & (י), pro לִוְיַת, à nomine לִוְיָה, quod vide ſupra col. 981.

לַיִל, cum ה paragog. לַיְלָה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 53. c. 1. & in pauſa לָיְלָה, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. νύξ, Vulg. & alii, *nox*. Lxx. item adjective, νυκτερινός *nocturnus*. In phraſi חֲצִי לַיְלָה, & חֲצוֹת לַיְלָה, Lxx. μεσονύκτιον, Vulg. & alii, *media nox*. Cum præfix. כְּלֵיל *ſicut nox*. Hinc conſt. לֵיל *nox*. Cum præf. בְּלֵיל *in nocte*, כְּלֵיל *ſicut nox*, מִלֵּיל *de nocte*. Et in alia forma cum præf. הַלַּיְלָה, & in pauſa הַלָּיְלָה, *nox*, לַיְלָה, וָלַיְלָה, in pauſa וָלָיְלָה, & cum

altero ה artic. ac extra pauſam הַלַּיְלָה, & *nox*, בַּלַּיְלָה, בְּלַיְלָה, & in pauſa בַּלָּיְלָה, *in nocte*, וּבַלַּיְלָה, & in pauſa וּבַלָּיְלָה, & *in nocte*, וְכַלַּיְלָה & *ſicut nox*, לְלַיְלָה, *nocti*, מִלַּיְלָה *de nocte*. Plur. ex termin. fem. לֵילוֹת *noctes*. Cum præf. הַלֵּילוֹת *noctes*, וְלֵילוֹת & *noctes*, בַּלֵּילוֹת *in noctibus*. Rad. לִיל inuſit. Aliis eſt ipſa radix. Alii referunt ad לִין *pernoctare*, ל & ן invicem permutatis, utpote quæ ſint ejuſdem ordinis, nempe dentium.

לַיְלָה vide in nomine præced. לַיִל.

לֵילְיָא m. Chald. Theod. νύξ, Vulg. & alii, *nox*. Cum præf. בְּלֵילְיָא *in nocte*. Vide ſupra לַיִל, col. præced.

לִילִית f. Iſai. 34. v. 14. Lxx. ὀνοκένταυροι *onocentauri*. Aq. ſervata voce Hebraica λιλιθ. Sym. λαμία, Vulg. *lamia*. Aliis eſt *avis nocturna*, puta *nycticorax*. Aliis, *fera* ſeu *beſtia* itidem *nocturna*. Alii *Dæmonem* eſſe putant; nam in locis deſertis potiſſimum habitare Dæmones exiſtimabant Judæi veteres. Bochart. part. 2. de anim. ſacr. lib. 6. c. 9. col. 833. & ſeq. probatur eorum ſententia, qui לִילִית *ſtrigem* interpretantur. Multa de לִילִית prima Adami, ut fabulantur, uxore tanquam puerperis infeſta nugantur Judæi, quæ vide in Buxtorfii Synagoga Judaica, cap. 4. pag. 80. & ſequent. edit. Baſil. 1661. R. לִיל inuſit. unde לַיִל *nox*, & לִילִית avis nocturna, vel ſtrix, aut lamia.

לַיִשׁ m. Lxx. Prov. 30. v. 30. Iſai. 30. v. 6. σκύμνος λέοντος *catulus leonis*. Et Job. 4. v. 11. μυρμηκολέων *formicarius leo*, quod eſt parvum animal formicis inſidians. Vel potius eſt *parvus leo*, q. d. per ἀντίφρασιν *formica leo*. Aq. ibidem λὶς *leo*. Sym. ἀνυπόστατος λέων *intolerabilis leo*. Vulg. *tigris*. Idem Vulg. alibi, & alii ubique, *leo*, vetus proprie, ſecundum Thalmudiſtas, potens tamen adhuc; ſed qui præ inopia prædæ, quam viribus deſtitutus conſequi non valet, perit tandem. Cum præfix. וְלַיִשׁ & *leo*. Rad. לִישׁ inuſit. Alii referunt ad לוּשׁ *depſere*; unde leo, quod prædam ſuam, ut piſtor maſſam, ſubigat.

לַיִשׁ, & cum ה paragogico

לַיְשָׁה Maff. *Láiſch* & *Láieſchah*, Vulg. *Lais* & *Laiſa*, nomen proprium 1°. civitatis Tribus Nephthali ad ſeptentrionem terræ ſanctæ, quæ etiam *Leſem* vocabatur, quæque à Danitis expugnata vocata eſt *Dan* & *Leſem Dan*, Jud. 18. vv. 7. 27. 29. & Joſ. 19. v. 47. Vide דָּן *Dán*, ſupra col. 414. 2°. alterius civitatis, ſecundum nonnullos, in Tribu Juda aut Benjamin, Iſai. 10. v. 30. 3°. patris Phalti, qui Michol Saülis filiam, poſtquam Davidi à patre erepta eſt, uxorem duxit, 1. Reg. 25. v. 44. 2. Reg. 3. v. 15. Etym. *leo*, vel *leæna*; à לַיִשׁ *leo*.

לכד QAL. Lxx. λαμβάνω, Vulg. & alii, *capio, accipio, occupo, expugno*, καταλαμβάνω *apprehendo, deprehendo*, προκαταλαμβάνω *præoccupo*, συλλαμβάνω (ſic etiam Sym.) *comprehendo*, ἁρπάζω *rapio*, κληρονομέω *poſſideo, hæredito, in poſſeſſionem occupo*, κρατέω, κατακρατέω, *teneo, obtineo*, κατακυριεύω *dominor*, κατίσχω *capio, occupo*, λαγχάνω *ſortior, ſorte obtineo*, ἐνδείκνυμι *oſtendo*, &c.

Praet. 3. p. ſ. m. לָכַד & in pauſa לָכָד, *cepit*. Cum præfix. וַיִּלְכֹּד *& cepit*. 3. p. ſ. f. cum præf. & aff. וַתִּלְכְּדָהּ *& cepit eam*. 1. p. ſ. c. לָכַדְתִּי *cepi*. 3. p. pl. c. cum præf. & aff. וַיִּלְכְּדוּהָ, & cum (ִ) pro (וּ) וַיִּלְכְּדֻהָ *& ceperunt eam*. 1. p. pl. c. in pauſa; quare כ afficitur (ָ) pro (ְ), לָכָדְנוּ *cepimus*.

Ben. ſ. m. לֹכֵד *capiens, expugnator*. Cum præf. מִלֹּכֵד *præ capiente, præ expugnatore*.

Infin. cum præf. וְלִכֹּד *& capiendo*. Cum præf. & aff. לְלָכְדָהּ lelochdha *ad capiendam eam*, לְלָכְדֵנִי lelochdhéni *ad capiendum me*, c.

Imper. 2. p. ſ. m. cum præf. & affix. וְלָכְדָהּ velochdha *& cape eam*. 2. p. pl. m. וְלִכְדוּ *& capite, & occupate, & præoccupate*.

Fut. 3. p. ſ. m. יִלְכֹּד *capiet*. Cum præf. וַיִּלְכֹּד, & cum (ָ hhatoúph) pro hhólem ob ſeq. Maqqaph וַיִּלְכָּד־ vaiiilcodh *& cepit*. Cum præf. & affix. יִלְכְּדֶנּוּ *deprehendet eum*, יִלְכְּדֶנָּה *deprehendet eam*, וַיִּלְכְּדֶהָ *& cepit eam*. 3. p. ſ. f. cum affix. תִּלְכְּדוֹ *capiet eum*. 1. p. ſ. c. אֶלְכֹּד *capiam*. 3. p. pl. m. יִלְכְּדוּ, & in pauſa, quæ revocavit hhólem motionem primariæ vocis, יִלְכֹּדוּ, *capient*. Cum præf. וַיִּלְכְּדוּ *& ceperunt*. Cum præf. & aff. יִלְכְּדֻנוֹ, Prov. 5. v. 22. cum (ֻ) pro (וּ) & נ epenthetico, vide Gram. Heb. t. 1. p. 368. c. 2. *capient eum*, וַיִּלְכְּדוּהוּ, cum eodem (ֻ) pro (וּ), *& ceperunt eum*, וַיִּלְכְּדֻהָ, & cum (ֻ) pro (וּ), וַיִּלְכְּדוּהָ, *& ceperunt eam*. 1. p. pl. c. cum præf. וַנִּלְכֹּד *& cepimus*.

NIPHAL נִלְכַּד, Lxx. Sym. ἁλίσκομαι, Lxx. item, σωζόμαι, Vulg. & alii, *capior*. Lxx. item, κατακληροῦμαι *ſorte capior, ſorte contingo*, ἐνδείκνυμαι *oſtendor*. Aq. καταλαμβάνομαι *deprehendor*.

Praet. 3. p. ſ. m. נִלְכַּד *captus eſt*. 3. p. ſ. f. נִלְכְּדָה *capta eſt*. Cum præf. וְנִלְכְּדָה *& capietur*. 2. p. ſ. m. נִלְכַּדְתָּ *captus es*. 2. p. ſ. f. נִלְכַּדְתְּ *capta es*. 3. p. pl. c. cum præf. וְנִלְכְּדוּ, & in pauſa וְנִלְכָּדוּ, *& capientur*.

Ben. ſ. m. cum præf. הַנִּלְכָּד *captus, deprehenſus*.

Fut. 3. p. ſ. m. יִלָּכֵד, & cum (ַ) in ultima pro (ֵ) ob accentum in concurſu retractum, יִלָּכַד *capietur*. Cum præf. וַיִּלָּכֵד *& deprehenſus, & deprehenſa eſt* (Tribus), *& ſorte venit, & ſorte obtigit*. 3. p. ſ. f. תִּלָּכֵד *capietur*. Cum præf. וַתִּלָּכֵד *& deprehenſa eſt*. 2. p. ſ. f. in pauſa, quæ revocavit (ֵ) motionem primariæ vocis, תִּלָּכֵדִי *capieris*. 3. p. pl. m. in pauſa; quare כ afficitur (ֵ) pro (ְ), יִלָּכֵדוּ, & cum ן parag. & extra pauſam יִלָּכְדוּן *capientur*. Cum præf. וְיִלָּכְדוּ *& capientur*, וַיִּלָּכֵדוּ in pauſa, *& capti ſunt*.

HITHPAEL הִתְלַכֵּד vel הִתְלַכַּד, unde 3. p. pl. m. Fut. יִתְלַכְּדוּ, Job. 41. v. 8. al. 9. Lxx. συνέχονται *invicem capiuntur, invicem continentur*. Alii, *continent ſe*. Vulg. *tenentes ſe*. Et ex forma (ֵ) mutati in (ָ) ob pauſam, יִתְלַכָּדוּ, ibid. c. 38. v. 30. Lxx. active, ἐπτηξε *exterruit*, mendum pro ἔπηξε *condenſavit*. Alius, πήγνυνται *figitur*. Vulg. *conſtringitur* (ſuperficies ſing.) Alii, *concreſcunt* (ſuperficies plur.)

לֶכֶד m. unde cum præf. & in pauſa, quæ mutavit (ֶ) penult. in (ָ), מִלָּכֶד, Prov. 3.

v. 26. Lxx. ἵνα μὴ σαλευθῇς *ut non movearis, ut non quatiaris*, Vulg. *ne capiaris*; legebant מִלְּכֹד in Infinit. Qal. Vel sensum, non verbum, expresserunt. Alii, *à captura, à captione*, h. e. *ne capiatur* (pes tuus). Vel *ne capiaris* (tu ipse). Rad. לָכַד *cepit*.

לֵכָה Mass. & Vulg. *Lechá*, nomen propr. filii Her, 1. Paral. 4. v. 21. Etym. *vadens, ambulans*; ab יָלַךְ *ivit, ambulavit*.

לָכִישׁ Mass. & Vulg. *Lachísch*, aut *Lachís*, nom. proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 10. v. 3. cap. 15. v. 39. &c. Etym. *ambulans*, vel *vadens fuit*; à יָלַךְ *ivit, ambulavit*, & יֵשׁ *fuit, exstitit*. Aut *tibi ipsi existens*; à לֵךְ, aut לָךְ, *tibi, tibi ipsi*, & יֵשׁ *fuit*.

לֻלָאֹת f. pl. Lxx. ἀγκύλαι *ansæ*, Vulg. *ansulæ*. Hexapl. ex Samaritano, συμβολαὶ *commissuræ*; Lxx. item, ἀντιπρόσωποι *adversis frontibus sese aspicientes*. Alii, *loramenta, laqueoli, ligulæ*. Cum præf. הַלֻּלָאֹת *ansulæ*, בַּלֻּלָאֹת *in ansulis*. Const. לֻלְאֹת *ansulæ*. R. לוּל m. *cochlea*; unde plur. m. לוּלִים *cochleæ*; *gradus cochleares*, & f. cum א epenthetico, לֻלָאֹת.

לָלֶדֶת vide in Infinitivo Qal Verbi יָלַד *genuit*, supra col. 774.

לָמַד QAL. Lxx. μανθάνω, Vulg. & alii, *disco*. Alii item, *assuesco*.

PRAET. 3. p. s. m. לָמַד *didicit*. 1. p. s. c. לָמַדְתִּי *didici*. 3. p. pl. c. לָמְדוּ *didicerunt*. Cum præf. וְלָמְדוּ *& discent*. 2. p. pl. m. וּלְמַדְתֶּם *& discetis*.

PAOUL pl. m. const. cum præf. וּלְמוּדֵי, 1. Paral. 5. v. 18. Lxx. καὶ δεδιδαγμένοι *& edocti*.

INFIN. לְמֹד *discendo*. Cum præf. & affix. בְּלָמְדִי belomdhi *in discendo me*, c.

IMPER. 2. p. pl. m. לִמְדוּ *discite*.

FUT. 3. p. s. m. יִלְמַד *discat*. Cum præf. וַיִּלְמַד *& didicit*. 2. p. s. m. תִּלְמַד *disces*. 1. p. s. c. אֶלְמַד *discam*. Cum præf. & ה parag. וְאֶלְמְדָה *& discam*. 3. p. pl. m. יִלְמְדוּ, & cum ן parag. יִלְמְדוּן, *discent*. Cum præf. וַיִּלְמְדוּ *& didicerunt*. 2. p. pl. m. in pausa; quare מ afficitur (ָ) pro (ְ), תִּלְמָדוּ *discatis*.

PIEL לִמֵּד, Lxx. Aq. Sym. διδάσκω, Vulg. & alii, *doceo, edoceo*. Lxx. item, δείκνυμι *ostendo*, μιαίνω *polluo*, Jerem. 2. v. 33. Alii item, *assuefacio*.

PRAET. 3. p. s. m. לִמֵּד *docuit*. 2. p. s. m. cum affix. לִמַּדְתַּנִי *docuisti me*, c. 2. p. s. f. לִמַּדְתִּי *docuisti*, cum (י) parag. ex Syriasmo, aut potius antiqua vocali *e*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 175. c. 1. 1. p. s. c. לִמַּדְתִּי *docui*. 3. p. pl. c. לִמְּדוּ *docuerunt*. Cum aff. לִמְּדוּם *docuerunt eos*. 2. p. pl. m. cum præf. וְלִמַּדְתֶּם *& docebitis*.

BEN. s. m. מְלַמֵּד, & cum præf. הַמְלַמֵּד *docens*. Cum aff. מְלַמֶּדְךָ *docens te*, m. Plur. cum aff. מְלַמְּדַי *docentes me*, c. Cum præf. & aff. וְלִמְלַמְּדַי *& docentibus me, & doctoribus meis*, c.

INFIN. cum præf. וְלַמֵּד *& docere*, לְלַמֵּד *ad docendum*, וּלְלַמֵּד *& ad docendum*. Cum præf. & aff. לְלַמְּדָם *ad docendum eos*, וּלְלַמְּדָם *& ad docendum eos*.

IMPER. 2. p. s. m. cum aff. לַמְּדֵנִי *doce me*, c. Cum præf. & affix. וְלַמְּדָהּ *& doce eam*, וְלַמְּדֵנִי *& doce me*, c. 2. p. pl. f. cum præf. וְלַמֵּדְנָה *& docete*.

FUT. 3. p. s. m. cum (ֶ) in fine pro (ֵ) ob seq. Maqqaph, יְלַמֶּד־ *docebit*. Cum præf. וִילַמֵּד *& docebit*. Pro (ְ.) cum (ו), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. Cum præf. & affix. וַיְלַמְּדֵהוּ *& docuit eum*, וַיְלַמְּדָהּ *& docuit illud*. 2. p. s. m. cum aff. תְּלַמְּדֶנּוּ *docebis eum*, תְּלַמְּדֵנִי *docebis me*, c. תְּלַמְּדֵם *docebis eos*. 1. p. s. c. cum ה parag. אֲלַמְּדָה *docebo*. Cum præf. אֲלַמֶּדְךָם *docebo eos*, אֲלַמֶּדְכֶם *docebo vos*, m. 3. p. pl. m. יְלַמְּדוּ & cum ן parag. יְלַמְּדוּן, *docebunt*. Cum præf. וַיְלַמְּדוּ *& docuerunt*.

PUAL לֻמַּד, Lxx. διδάσκομαι, Vulg. & alii, *doceor, edoceor*. Alii item, *assuesco, assuesio*.

BEN. s. m. לֻמָּד *doctus, assuetus*.

PAOUL s. f. מְלֻמָּדָה *edocta, assueta*. Plur. m. const. מְלֻמְּדֵי *edocti*.

לִמֻּד vide infra in לִמּוּד.

לָמוּד, unde plur. m. const. וּלְמוּדֵי, vide supra in Paoul Qal Verbi לָמַד, col. præced.

לִמּוּד, & cum (ֻ) pro (וּ), לִמֻּד, m. Lxx. Aq. διδακτός, Vulg. & alii, *doctus, edoctus, eruditus, peritus*, μεμαθηκὸς *qui didicit*. Vulg. & alii item, *discipulus, assuetus*. Lxx. item substant. παιδεία *institutio, dis-*

ciplina, eruditio. Sym. Isai. 8. v. 16. δίδαγμα præceptum. Plur. m. למודים docti, eruditi. Cum præfix. כלמודים sicut docti. Const. למודי & למדי, docti. Cum præf. aff. & in pausa, quæ mutavit (-) ult. in (·), בלמדי in discipulis meis, c. R. למד in Qal, didicit; in Piel, docuit.

למואל Mass. Lemouél, Vulg. Lamuél, cognomen regis Salomonis, Prov. 31. v. 1. Etym. eis, vel cum eis Deus; ex למו eis, & אל Deus. Vel cui, aut cum quo est Deus; ex ל dandi casus articulo, aut præpositione cum, מי quis, qui, & אל Deus.

למך Mass. Lémech, Vulg. Lámech, nomen propr. 1°. filii Mathusael, Gen. 4. v. 18. 2°. filii Mathusala, qui Lamech pater fuit Noe, Gen. 5. v. 25. Etym. pauper, humiliatus, aut percussus; à מכך pauperem esse, attenuari, humiliari, aut נכה percussit.

למען Lxx. διά, ἕνεκεν, Vulg. & alii, propter, ira, ὅπως, ut, &c. Construitur cum Nominibus, Infinitivis, & Futuris. Cum aff. למענהו propter seipsum, Prov. 16. v. 4. ubi 1°. ל afficitur (-) cum dagh. quasi ה artic. excluderetur; 2°. adjicitur pronomen affixum הו quasi nomen esset מענה, quod si in usu esset, significaret causam, negotium, ut ejus synonym. ענין. Unde ad verbum: in causa, vel propter causam suiipsius. Cum aliis aff. למענך propter te, m. למעני propter me, c. למענכם propter vos, m. R. ענה respondit, unde למען propter, quod, secundum nonnullos, causæ responsionem, seu redditionem denotet. Alii referunt ad מען inusit.

לן m. unde pl. לנים, Nehem. 13. v. 21. Lxx. αὐλίζεσθε commoramini. Vulg. manetis. Alii, pernoctantes (estis). Rad. לון pernoctare, commorari, ad cujus Benoni Qal ex forma (-) à nonnullis refertur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 250. c. 1. initio.

לע m. unde cum præf. & in pausa; quare ע afficitur (·) pro (-), בלעך, Prov. 23. v. 2. Aq. ἐν καταπόσει σου, Vulg. in gutture tuo, m. Theod. τῷ λάρυγγί σου gutturi tuo, m. Alii, in faucibus tuis, m. Lxx. paraphrasticωs & alienum in sensum hanc vocem transtulerunt. R. לוע inusit.

לעב QAL, unde HIPHIL הלעיב, ex quo Ben. pl. m. cum (·) pro (׳) sub ע, מלעבים, 2. Paral. 36. v. 16. Lxx. μυκτηρίζοντες subsannantes (erant). Vulg. & alii, subsannabant, deridebant.

לעג QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. μυκτηρίζω, Lxx. item, ἐκμυκτηρίζω, Aq. item, μωκίζω, Vulg. & alii, subsanno. Lxx. item, ἐκγελάω, καταγελάω (sic etiam Sym.) derideo, irrideo, ἐπιχαίρω gaudeo, ἐξουθενέω nihili facio. Sym. item, Psal. 58. Heb. 59. v. 9. ὑποσκελίζω obstruo. Alii item, balbutio (quasi ab עלג, trajectis literis) & ob balbutiem irrideor. Construitur cum ב, ל, & על.

Praet. 3. p. f. f. לעגה subsannat.

Ben. f. m. לעג subsannans.

Fut. 3. p. f. m. ילעג in pausa ילעג, & 3. p. f. f. תלעג, subsannabit. 2. p. f. m. תלעג subsannabis. Cum præfix. ותלעג & subsannasti. 1. p. f. c. אלעג subsannabo. 3. p. pl. m. ילעגו subsannabunt.

NIPHAL נלעג, unde Ben. f. m. נלעג, ex quo construct. נלעג לשון, Isai. 33. v. 19. Lxx. λαὸς πεφαυλισμένος populus contemtus. Vocem populus ex membro præcedenti revocarunt, & vocem לשון lingua prætermiserunt. Sym. substant. βαθύχειλος γλώσσης dialectus linguæ. Vulg. disertitudo linguæ. Alii, ridiculus, subsannabilis, balbus, blæsus, barbarus lingua, h. e. cujus lingua non intellecta deridetur.

HIPHIL הלעיג, Lxx. μυκτηρίζω, Vulg. & alii, subsanno, ἐκγελάω, καταγελάω, καταμωκάομαι, derideo, irrideo, ut in Qal, cujus etiam constructionem imitatur.

Ben. plur. m. cum præf. & (·) pro (׳) sub ע, ומלעגים & subsannantes.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. וילעג & subsannavit. 2. p. f. m. תלעיג subsannabis. 3. p. pl. m. ילעיגו subsannabunt. Cum præf. & (·) pro (׳), וילעגו & subsannarunt.

לעג m. Lxx. Theod. μυκτηρισμός, Aq. μυχθισμός, Vulg. & alii, subsannatio, sanna. Lxx. item, ὄνειδος probrum, φαυλισμός contemtus, καταπάτημα conculcatio. Cum præf. ללעג sanna, בלעג cum sanna, וללעג & ad

subsannationem. Cum aff. לַעְגָם *subsannatio eorum*. Rad. לָעַג *subsannavit*.

לַעַג m. unde pl. const. לַעֲגֵי, Psal. 34. Heb. 35. v. 16. Lxx. ἐμυκτήρισάν με, Vulg. Lat. *subsannaverunt me*; legebant לַעֲגוּ, & pronomen με *me*, adjecerunt sensus complendi gratia. Sym. ῥήματι, al. φθέγματι, S. Hieron. *verba* simulata videlicet & composita. Alii, *sanniones*, *subsannatores*, *ridiculi*. Cum præf. בְּלַעֲגֵי שָׂפָה, Isai. 28. v. 11. Lxx. διὰ φαυλισμὸν χειλέων *propter*, vel *per contemtum*, seu *irrisionem labiorum*. Alius, quocum consentit Aquila, ἐν ἑτερογλώσσοις *in alienis linguis*. Vulg. *in loquela labii*. Alii, *in blæsitatibus labii*, seu *sermonis*, *in subsannationibus labii*, h. e. loquetur sermone, aut sermonem, qui subsannabitur. Vel, *loquetur cum balbutientibus labio*, h. e. cum hominibus, quorum linguam non intelliget, & à quibus lingua ejus vicissim non intelligetur. Hoc plurale cum præf. melius refertur ad nomen præcedens לָעֵג. Rad. לָעַג *subsannavit*, *balbutiit*.

לַעְדָּה Mass. *Ladáh*, Vulg. *Laadá*, nomen proprium filii Sela filii Juda, 1. Paral. 4. v. 21. Etym. *ad ornandum*, aut *congregandum*, aut *testificandum*, aut *prædandum*, aut *transeundum*, aut *auferendum*; ex ל *ad*, & עָדָה *ornavit*, *transiit*, Syriace *abstulit*, vel עוּד *testificari*, aut יָעַד *indixit*, *congregavit*, vel עַד *præda*.

לַעְדָּן Mass. *Ladán*, Vulg. *Laadán*, *Leedán*, & *Ledán*, nomen propr. 1°. filii Thaan, 1. Paral. 7. v. 26. 2°. filii Gerson, 1. Paral. 23. v. 7. c. 26. v. 21. Etym. *pro voluptate*, aut *ad voluptatem*; ex ל *pro*, *ad*, & עֵדֶן *voluptas*. Vel *devorans judicium*; à לוּעַ *devorare*, & דִּין *judicare*. Vel *pro ornatu*, *testimonio*, *transitu*, *prædatione earum*; vide nom. præced. cui adde affix. 3. p. pl. f.

לֹעֵז m. Psal. 113. Heb. 114. v. 1. Lxx. βάρβαρος, Vulg. Lat. & S. Hieron. *barbarus*. Aq. ἑτερόγλωσσος *alterius linguæ*. Sym. ἀλλόφωνος *alterius vocis*, h. e. qui linguam ab Hebraica alienam, proindeque (secundum Hebræos) barbaram, loquitur. Rad. לָעַז inusit.

לָעַט QAL, unde HIPHIL הִלְעִיט, ex quo 2. p. s. m. Imper. cum affix. הַלְעִיטֵנִי, Gen. 25. v. 30. Lxx. γεῦσόν με *gustare me fac*. Vulg. *da mihi*.

לַעֲנָה f. Aq. ἀψίνθιον, Vulg. & alii, *apsinthium*. Lxx. Sym. πικρία, Vulg. & alii, *amaritudo*. Lxx. item, χολή *fel*, ὀδύνη *dolor*, ἀνάγκη *necessitas*, ὕψος *altitudo*, Amos. 5. v. 7. ubi sensum utcunque reddiderunt. Cum præf. וְלַעֲנָה *& apsinthium*, כַּלַּעֲנָה *sicut apsinthium*, לְלַעֲנָה *in apsinthium*. Rad. לָעַן inusit.

לַפִּיד m. Lxx. & alius, λαμπάς, Vulg. & alii, *lampas*, *fax*, *tæda*. Cum præf. וְלַפִּיד *& lampas*, כְּלַפִּיד *sicut lampas*, וּכְלַפִּיד *& sicut lampas*, *& sicut fax*. Plur. cum alterutro (י) sæpe deficiente, לַפִּדִים, לַפִּידִים, cum præf. הַלַּפִּידִים, & הַלַּפִּדִים, *faces*. Cum aliis præf. וְלַפִּדִים *& faces*, בַּלַּפִּדִים & בַּלַּפִּידִים, *in faces*, כַּלַּפִּידִים *sicut faces*. Const. & cum præf. כְּלַפִּידֵי *ut faces*. Rad. לָפַד inusit.

לַפִּידוֹת Mass. *Lappidóth*, Vulg. *Lapidóth*, nomen proprium mariti vel patriæ Deboræ prophetidis, Jud. 4. v. 4. Etym. *lampades*, *tædæ*, *faces*; à לַפִּיד idem. Vide vocem præced. & Gram. Heb. tom. 1. pag. 487. col. 2.

לִפְנַי, unde in pausa לְפָנָי, 3. Reg. 6. v. 17. Lxx. Hexapl. & mss. Alex. ἐσώτατος *intimissimus*, *penitissimum* (Templum). Aq. Theod. ἀχολία *otii abundantia*; quæ lectio cum ejus interpretatione merito suspecta videtur nostro D. Bern. *de Montfaucon*, tom. 1. Hexapl. p. 355. col. 2. Lxx. Vatic. hîc mutili sunt. Vulg. *pro foribus oraculi*; vocem *oraculi* addidit. Alii, *interius*, *anterius* (Templum). R. פָּנָה *aspexit*, unde פָּנִים *facies*, *ante*, &c.

לָפַת QAL, unde 3. p. s. m. Fut. cum præf. וַיִּלְפֹּת, Jud. 16. v. 29. Lxx. καὶ συνέλαβε, Vulg. & alii, *& apprehendit*, *& complexus*, *& amplexus est*

NIPHAL נִלְפַּת, unde 3. p. s. m. Fut. cum præfix. וַיִּלָּפֵת, Ruth. 3. v. 8. Lxx. καὶ ἐταράχθη *& turbatus*, Vulg. *& conturbatus est*. Alii, *& inclinavit se*, *& huc illuc vertit se*, *& territus contraxit se*. 3. p. plur. m. יִלָּפְתוּ, Job. 6. v. 18. Vulg. *involutæ*, alii,

perversæ sunt semitæ eorum. Alii item, *huc illuc divertunt.* Lxx. sensum utcunque, non verbum, expresserunt.

לֵץ m. Aq. Sym. Theod. χλευαστής, Vulg. & alii, *derisor, illusor.* Lxx. Sym. λοιμὸς *pestilens.* Sym. item & V^a. ac VI^a. editt. παράνομος *iniquus.* Idem Sym. ἐπιθέτης *impostor.* Lxx. item, ἀκόλαστος *luxuriosus*, ἀπαίδευτος *imperitus*, ἄφρων *insipiens*, κακὸς *malus*, ὑπερήφανος *superbus.* Cum præfix. וְלֵץ *& derisor.* Plur. לֵצִים *derisores.* Cum præf. וְלֵצִים *& derisores*, לַלֵּצִים cum ל prosthetico supervacaneo, *derisores.* R. לוּץ *deridere*, cujus potest esse Benoni Qal ex forma (-). Vide similia Participia in Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 1. fin.

לָצוֹן m. Aq. χλευασμὸς *irrisio, derisio*; sic etiam recentiores. Lxx. ὕβρεις *contumelia.* Et adject. ἄνομος *iniquus*, τεθλιμμένος *afflictus.* Vulg. *derisor, pestilens.* R. לוּץ *deridere.*

לֹצֵץ m. unde plur. לֹצְצִים, Ose. 7. v. 5. Lxx. λοιμοὶ *pestilentes.* Aq. χλευαστῶν, Vulg. & alii, *illusores, irrisores, derisores.* Rad. לוּץ *deridere, illudere.*

לַקּוּם Mass. *Laqqoûm*, Vulg. *Lecûm*, nom. propr. civitatis Tribus Nephthali, ejusque termini ad Orientem & Austrum, Jos. 19. v. 33. Etym. *resurgens* aut *confirmans*; vel *ad resurgendum*, aut *ad confirmandum*; à קוּם *surgere, resurgere*, in Qal, & *confirmare* in Hiphil.

לקח QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. λαμβάνω, Lxx. item, ἀπολαμβάνω, παραλαμβάνω, προσλαμβάνω, Lxx. Sym. Theod. δέχομαι, Lxx. item, προσδέχομαι, Vulg. & alii, *capio, accipio.* Lxx. item, ἀγοράζω, ὠνέομαι, *emo*, ἀγρεύομαι *in venatione capior*, ἄγω *duco*, εἰσάγω *introduco*, ἐξάγω *educo*, προσάγω *adduco*, συναπάγω *simul abduco*, αἴρω *tollo*, ἀνταναιρέω *vicissim tollo*, ἀφαιρέω (sic etiam Sym.) *aufero*, αἰχμαλωτεύω *captivo*, ἀναλαμβάνω *recipio*, ἀνασπάω *extraho*, ἀπόλλυμι *perdo*, γινώσκω *cognosco*, ἐκβάλλω *ejicio*, ἐκλέγομαι *eligo*, προαιρέομαι *præeligo*, ἐξαίρετος εἰμι *exemtus sum*, ἐπιτίθημι *impono*, ἔρχομαι *venio*, ἔχω *habeo*, ἀνέχω *sustineo*, καθαίρω *mundo, purgo*, καλέω *voco*,

καταλαμβάνω *apprehendo*, κομίζω (sic etiam Sym. & Theod.) *fero, aufero*, κτάομαι *acquiro*, λαλέω *loquor*, μεταπέμπομαι *accerso*, μετατίθημι *transpono*, προκαθίστημι *ante constituo*, συλλαμβάνω *simul capio*, συλλέγω *colligo*, συναρπάζω *simul abripio*, τολμάω *audeo*, φέρω *fero*, ἐκφέρω *effero*, &c. Hoc Verbum in Qal modo perfectorum, modo imperfectorum, nempe defectivorum Pe נ, flexionem imitatur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 196. in Append.

PRAET. 3. p. s. m. לָקַח, & in pausa לָקָח, *cepit, accepit, abstulit.* Cum aphæresi primæ radicalis & (·) loco (-), קַח, Ezech. 17. v. 5. *accepit.* Sic cum aff. קָחָם; Ose. 11. v. 3. *accepit ea.* Verum hæc melius referuntur ad inusit. קוּחַ vel קָחַח. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 162. c. 1. Cum præf. וְלָקַח *& accepit, & accipiet.* Cum præf. & aff. וּלְקָחָהּ *accepit eam*, וּלְקָחָהּ *& accepit eam*, לְקָחַנִי *cepit, accepit, sumsit me*, c. 3. p. s. f. לָקְחָה *accepit.* Cum præf. וְלָקְחָה *& accipiet.* 2. p. s. m. לָקַחְתָּ *accepisti.* Cum præf. וְלָקַחְתָּ *& accipies.* Cum aff. לְקַחְתָּנוּ *accepisti nos*, c. 2. p. s. f. in pausa; quare ק afficitur (·) pro (-), לָקָחַתְּ *accepisti.* Cum præf. וְלָקַחַתְּ *& accipies.* 1. p. s. c. לָקַחְתִּי & in pausa לָקָחְתִּי, *accepi.* Cum præf. וְלָקַחְתִּי *& accipiam.* Cum præf. & affix. לְקַחְתִּיו *accepi illud*, לְקַחְתִּיךָ *accepi te*, m. וּלְקַחְתִּיךָ *& accipiam te*, m. וּלְקַחְתִּים *& accipiam eos.* 3. p. plur. c. לָקְחוּ & in pausa לָקָחוּ, *acceperunt.* Cum præf. וְלָקְחוּ & in pausa וְלָקָחוּ, *& accipient.* Cum præf. & aff. וּלְקָחוּם *& accipient eos.* 2. p. pl. m. לְקַחְתֶּם *accepistis.* Cum præf. וּלְקַחְתֶּם *& accipietis.* 1. p. pl. c. לָקַחְנוּ *accepimus.* Cum præf. וְלָקַחְנוּ *& accipiemus.*

BEN. s. m. לֹקֵחַ *accipiens.* Cum præf. וְלֹקֵחַ *& capiens.* Plur. m. cum præf. הַלֹּקְחִים, & const. לֹקְחֵי, *accipientes.*

PAOUL pl. m. cum (·) pro (וּ), לְקֻחִים, Prov. 24. v. 11. Lxx. ἀγόμενοι *ducti*, Vulg. *qui ducuntur.*

INFIN. לָקֹחַ & לְקֹחַ, *accipiendo.* Ex forma imperf. quam vide in Gram. Heb. t. 1. p. 200. c. 2. קַחַת *accipere.* Cum præf. לָקַחַת *accipere, accipiendo, ad accipiendum*, וְלָקַחַת *& accipere*, מִקַּחַת *ab accipiendo.* Cum

præf. & aff. בְּקַחְתּוֹ *in accipiendo eo*, לְקַחְתּוֹ *accipere eum*, לְקַחְתָּהּ *accipere eam*, בְּקַחְתְּךָ *in accipiendo te*, m. קַחְתְּךָ *accipere te*, f. לְקַחְתֵּךְ *accipere te*, f. קַחְתִּי *accipere me*, c.

IMPER. 2. p. s. m. לְקַח, ex forma imperfecta, קַח, in pausa קָח, & cum ה paragog. קְחָה, *accipe*. Cum præf. וּלְקַח & imperf. וְקַח, *& accipe*. Cum præf. & aff. ex forma imperf. קָחֶנּוּ *accipe eum*, וְקָחֶנּוּ *& accipe eum*, קָחֶנָּה *accipe illud*, קָחֶם־ *accipe eos*, Gen. 48. v. 9. cum (·) in fine pro (-) ob Maqqáph seq. 2. p. s. f. ex forma perf. לִקְחִי, & ex forma imperf. קְחִי, *accipe*. Cum præf. וּקְחִי *& accipe*. 2. p. pl. m. ex forma imperf. קְחוּ & in pausa קָחוּ, *accipite*. Cum præf. וּקְחוּ *& accipite*. Cum affix. & (ֻ) pro (ו), קָחֻהוּ *accipite eum*.

FUT. 3. p. s. m. יִקַּח & in pausa יִקָּח, *accipiet*. Cum præf. וְיִקַּח *& accipiet*, וַיִּקַּח & in pausa וַיִּקָּח, *& accepit*. Cum præf. & affix. יִקָּחֵהוּ, יִקָּחֶנּוּ, *accipiet eum*, וַיִּקָּחֵהוּ *& accepit eum*, יִקָּחֶנָּה *accipiet eam*, וְיִקָּחֶהָ *& accipiet eam*, וַיִּקָּחֶהָ *& accepit eam*, יִקָּחֲךָ, & in pausa יִקָּחֶךָּ, *accipiet te*, m. יִקָּחֵנִי *accipiet me*, c. וַיִּקָּחֵנִי *& accepit me*, c. וַיִּקָּחֵם *& accepit eos*. 3. p. s. f. תִּקַּח *accipiet*. Cum præf. וְתִקַּח *& accipiet*, וַתִּקַּח *& accepit*. Cum præf. & aff. וַתִּקָּחֵהוּ *& accepit eum*, וַתִּקָּחֶהָ *& accepit eam*, תִּקָּחֲךָ *capiat te*, m. וַתִּקָּחֵנִי *& accepit me*, c. תִּקָּחֵם *accipiet eos*, וַתִּקָּחֵם *& accepit ea*. 2. p. s. m. תִּקַּח & in pausa תִּקָּח, *accipies*. Cum præf. וַתִּקַּח *& accepisti*. Cum aff. תִּקָּחֶנּוּ *accipies eum*, תִּקָּחֶנָּה *accipies eam*, תִּקָּחֵנִי *accipies, recipies me*, c. 2. p. s. f. sine dagh. in ק ob (ְ) ei suppositum, quod fit in toto hoc Fururo, תִּקְחִי *accipies*. Sic cum præf. וַתִּקְחִי *& accepisti*. 1. p. s. c. אֶקַּח, in pausa אֶקָּח, & cum ה paragog. & sine dagh. ut supra, אֶקְחָה, *accipiam*. Sic cum præf. וְאֶקַּח, & cum ה paragog. וְאֶקְחָה, *& accipiam*, וָאֶקַּח, & cum ה parag. וָאֶקְחָה, *& accepi*. Cum præf. & aff. וְאֶקָּחֵהוּ *& accipiam eum*, אֶקָּחֲךָ *accipiam te*, m. וָאֶקָּחֵם *& accepi ea*. 3. p. pl. m. sine daghesch in ק ob (ְ) infrascriptum, יִקְחוּ, & in pausa יִקָּחוּ, *accipient*. Cum præfix. וְיִקְחוּ *& accipient*, וַיִּקְחוּ *& acceperunt*. Cum præf. & aff. וַיִּקָּחֻהוּ, cum (ֻ) pro (ו), *& acceperunt eum*, וַיִּקָּחוּם *& acceperunt ea*. 2. p. pl. m. sine dagh. in ק, ob (ְ) infrascriptum, תִּקְחוּ & in pausa תִּקָּחוּ, *accipietis*. 1. p. pl. c. נִקַּח in pausa נִקָּח, & cum ה parag. & sine daghésch in ק, נִקְחָה, *accipiemus*. Cum præf. וַנִּקַּח *& cepimus*. Cum præf. & ה paragog. וְנִקְחָה *& accipiemus*.

NIPHAL נִלְקַח, Lxx. λαμβάνομαι, Vulg. & alii, *capior*, ἀναλαμβάνομαι *assumor*, ἄγομαι *ducor, abducor*, εἰσέρχομαι *ingredior*.

PRAET. 3. p. s. m. in forma perf. נִלְקַח & in pausa נִלְקָח, *captus, capta est* (arca). 3. p. s. f. in pausa; quare ק afficitur (ָ) pro (ְ), נִלְקָחָה *capta est*.

INFIN. ex termin. (ֵ), הִלָּקַח *capi*. Cum aff. הִלָּקְחוֹ *capi eum*.

FUT. 3. p. s. f. cum præf. & ex termin. (ַ), וַתִּלָּקַח *& capta, & assumta est*. 1. p. s. c. ex ead. termin. אֶלָּקַח *sumar, assumar*.

PUAL לֻקַּח, Lxx. λαμβάνομαι *capior, accipior, sumor*, &c. ut in Niphal. Et active, soloque sensu expresso, εἰσάγω *introduco*.

PRAET. 3. p. s. m. לֻקַּח & in pausa לֻקָּח, *captus, acceptus, sublatus est*. Cum præf. וְלֻקַּח *& sumetur*. 3. p. s. f. cum (ֳ) sub ק loco (ְ) simplicis, & sine dagh. in eodem ק, quasi (ְ) suppositum esset simplex, לֻקֳחָה, Gen. 2. v. 23. *sumta est*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. p. 179. c. 2. 2. p. s. m. in pausa; quare ק afficirur (ָ) loco (ַ), לֻקָּחְתָּ *captus es*. 3. p. pl. c. לֻקְּחוּ *capti sunt, abducti sunt*.

FUT. 3. p. s. m. יֻקַּח & in pausa יֻקָּח, *accipietur*. Cum præf. הֲיֻקַּח *an capietur?* 3. p. s. f. cum præf. וַתֻּקַּח *& capta est, & capta sublata est*.

HITHPAEL הִתְלַקַּח, unde BEN. s. f. ex forma ה præcedente duplici (ַ) pro duplici (ִ) ob tertiam radical. ח, מִתְלַקַּחַת, Exod. 9. v. 24. Lxx. φλογίζον (πῦρ) *flammans* (ignis). Aq. συναναλαμβανόμενον *comprehensus*. Sym. ἐνειλούμενον *involutus*. Vulg. *mistus*. Alii, *interceptus*. Et Ezech. 1. v. 4. Lxx. ἐξαστράπτον (πῦρ) *fulgurans* (ignis). Vulg. *involvens*. Alii, ut supra, *interceptus*.

לֶקַח m. Lxx. ἀπόφθεγμα, Vulg. *sermo*, *eloquium*, ὁμιλία *conversatio*, *colloquium*, ἐπιγνωμοσύνη *cognitio*, εἰρήνη *pax*, ἔργον *opus*, δῶρον (Theod. δόμα), Vulg. *donum*. Et posito Infinitivo pro substantivo, δέχεσθαι *accipere*. Aq. λῆψις *acceptio*. Sym. Theod. ἀποδοχή *receptio*. Vulg. item, *gratia*, *sapientia*, *lex*. Alii, *doctrina*, *disciplina*, *institutio*, quæ à magistro accipitur. Cum aff. לִקְחָהּ *doctrina ejus*, f. לִקְחִי *doctrina mea*, c. R. לָקַח *accepit*. *recepit*. Vide mox supra.

לִקְחִי Mass. *Liqhhi*, Vulg. *Leci*, nomen proprium filii Semidæ filii Galaad filii Machir filii Manasse, 1. Paral. 7. v. 19. Etym. *doctrina*, *lex*, *disciplina*, *assumtio mea*, c. ex לֶקַח *doctrina*, &c. & aff. 1. p. s. c.

לָקַט QAL. Lxx. συλλέγω *colligo*, συνάγω *congrego*. Sic etiam Vulg. & alii.

PRAET. 3. p. pl. c. לָקְטוּ, & in pausa, quæ (-) primariæ vocis revocatum mutavit in (·), לָקֵטוּ, *collegerunt*. Cum præf. וְלָקְטוּ *& colligent*.

INFIN. cum præf. לִלְקֹט *ad colligendum*, וְלִלְקֹט *& ad colligendum*, *& colligere*.

IMPER. 2. p. pl. m. לִקְטוּ *colligite*.

FUT. 3. p. pl. m. יִלְקְטוּ, & cum ן parag. יִלְקְטוּן, *colligent*. Cum præf. וַיִּלְקְטוּ *& collegerunt*. 2. p. pl. m. cum affix. & (ֻ) pro (וּ), תִּלְקְטֻהוּ *colligetis illud* (manna).

PIEL לִקֵּט, Lxx. ἀναλέγω, συλλέγω, Vulg. & alii, *colligo*, συνάγω *congrego*, ut in Qal.

PRAET. 3. p. s. f. in pausa, quare retinetur motio primariæ vocis, לִקֵּטָה *collegerat*. Cum præf. וְלִקְּטָה *& colliget*. 2. p. s. f. לִקַּטְתְּ *collegisti*.

BEN. s. m. cum præf. כִּמְלַקֵּט *quasi colligens*. Plur. m. מְלַקְּטִים *colligentes*.

INFIN. cum præf. לְלַקֵּט *ad colligendum*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיְלַקֵּט *& collegit*. 3. p. s. f. תְּלַקֵּט *colliget*. Cum præf. וַתְּלַקֵּט *& collegit*. 2. p. s. m. תְּלַקֵּט *colliges*. 1. p. s. c. cum ה parag. אֲלַקֳּטָה *colligam*. Cum præf. & eodem ה parag. וַאֲלַקֳּטָה *& colligam*.

PUAL לֻקַּט, unde 2. p. pl. m. FUT. תְּלֻקְּטוּ, Isai. 27. v. 12. Lxx. συναγάγετε *congregate*; legebant תְּלַקְּטוּ in futuro Piel. Vulg. & alii, *congregabimini*; *colligemini*.

HITHPAEL הִתְלַקֵּט, unde 3. p. pl. m. FUT. cum præf. וַיִּתְלַקְּטוּ, Jud. 11. v. 3. Lxx. καὶ συνελέγοντο *& collecti*, Vulg. & alii, *& congregati sunt*.

לֶקֶט m. unde cum præfix. וְלֶקֶט, Levit. 19. v. 9. & cap. 23. v. 22. Lxx. τὰ ἀποπίπτοντα *decidentia*. Alius, συλλέγματα *collectanea*, *collectiones*. Vulg. *remanentes spicæ*. Alii, *collectio*, *spicilegium*. R. לָקַט *collegit*.

לָקַק QAL. Lxx. λείχω, ἐκλείχω, Vulg. & alii, *lingo*, λάπτω *lambo*.

PRAET. 3. p. pl. c. in forma perfecta, לָקְקוּ *linxerunt*.

FUT. 3. p. s. m. ex forma imperf. יָלֹק *lambet*. 3. p. pl. m. יָלֹקּוּ *lambent*. Cum præf. וַיָּלֹקּוּ *& linxerunt*.

מָדוֹן m. Lxx. Sym. μάχη *pugna.* Aq. ἀντιδικία *contralitigatio, oppositio.* Lxx. item, ἀντιλογία *lis, contradictio*, νεῖκος *contentio*, ταραχὴ *turbatio*, κακὸν *malum*, κρίσις *judicium*, συνέδριον *consessus judicum*, μίσθωμα *merces.* Adject. κριτὴς *judex*, λοίδορος *convitiator.* Verbal. διακρίνω *discepto.* Denique adverbialiter, εἰκῆ *temere.* Cum praef. וּמָדוֹן *& contentio.* R. דִּין *judicare, disceptare, contendere, litigare.*

מָדוֹן m. 2. Reg. 21. v. 20. אִישׁ מָדוֹן, Lxx. ἀνὴρ Μαδὼν *vir* (ex) *Madon*; vocem Heb. retinuerunt, quam nomen proprium esse existimarunt. Alii, *vir mensurae*, h. e. ut transtulit Vulg. *vir excelsus*, id est, procerus. In loco parallelo, qui est 1. Paral. 20. v. 6. voces אִישׁ מִדָּה, Lxx. transtulere: ἀνὴρ ὑπερμεγέθης *vir maximus.* Vulg. *longissimus.* Rad. מָדַד *mensus est*, sed forma est à מִדָּה.

מָדוֹן Maſſ. & Vulg. *Madón* aut *Madhón*, nomen proprium urbis regis Jobab, in terra Chanaan ad Septentrionem, Joſ. 11. v. 1. c. 12. v. 19. Etym. *judicium, lis, contentio, menſura*, à מָדוֹן *judicium, lis, contentio*, vel מָדַד *menſus eſt*.

מְדוָֹנִים m. plur. à ſing. inuſit. מִדְיָן, Vulg. & alii, *rixæ, contentiones*, &c. vide ſupra מָדוֹן *pugna*, cujus מְדוָֹנִים, ſecundum nonnullos, plurale eſt (ו) facto mobili. Lxx. adjective, μάχιμος καὶ γλωσσώδης *rixoſa & linguax*, λοίδορος *convitiatrix* (mulier). Vulg. item, *litigioſa* (mulier), *iracundus* (vir). R. דִּין *diſceptare, contendere*.

מַדּוּעַ, & cum (ֻ) pro (וּ), מַדֻּעַ, Lxx. ἵνα τί, διότι, τί ὅτι, Vulg. & alii, *cur? quare? quamobrem?* Cum præf. וּמַדּוּעַ *& cur?* R. מָדַע inuſit. Alii hoc adverbium componunt ex מַה *quid*, & יָדַע *ſcivit, cognovit*; q. d. quæ eſt rei hujus cognitio?

מְדוֹר m. Chald. Theod. κατοικία, Vulg. & alii, *habitatio*. Hinc cum præf. מְדוֹרֵהּ *habitatio ejus*, m. מְדוֹרָךְ *habitatio tua*, m. Rad. דּוּר *habitare*.

מְדוּרָה f. Lxx. δαλὸς *titio*, ξύλα κείμενα, *ligna jacentia*. Vulg. & alii, *pyra, rogus*. Vulg. item, *nutrimentum*, ignis videlicet. Hinc cum præf. הַמְּדוּרָה *pyra, rogus*. Cum aff. & (ֻ) pro (וּ), מְדֻרָתָהּ *pyra, rogus, nutrimentum ejus* (Topheth). R. דּוּר *habitare*, & ex hoc nomine alioque ſynonymo דּוּר, *pyram, rogum ſtruere*.

מִדְחֶה m. Prov. 26. v. 28. Lxx. ἀκαταστασία *tumultuatio, agitatio*. Sym. ὀλίσθημα *lapſus*. Vulg. *ruina*. Alii, *impulſio*. R. דָּחָה *depulit, impulit, expulit*.

מַדְחֵפָה f. unde plur. cum præf. לְמַדְחֵפֹת, Pſal. 139. Heb. 140. v. 11. al. 12. ſervato (-) penult. ob (ּ) præced. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Lxx. Vatic. εἰς καταφθοράν, mſ. Alex. εἰς διαφθοράν, *in corruptionem*, vel *in corruptione*. Vulg. Lat. *in interitu*. S. Hieron. *in interitum*. Alii, *ad impulſiones*. R. דָּחַף *impulit*.

מָדַי Maſſ. & Vulg. *Madái* aut *Madhái*, nomen propr. filii Japheth, Gen. 10. v. 2. Ab eo dicta eſt Media Aſiæ provincia, & Medi populi. Vide Eſd. 6. v. 2. & Iſai. 13. v. 17. Etym. *menſura, veſtis*; à מַד idem. Vel *judicans*; à דִּין *judicare*.

מִדְיָן Maſſ. *Midhián*, Vulg. *Madián*, nomen propr. 1°. filii Abrahæ ex Cetura, Gen. 25. v. 2. 2°. regionis vel terræ in Arabia maxime Petræa, quæ ſic appellata eſt à Madian Abrahami filio, Exod. 2. v. 15. &c. Etym. *judicium, judicans, litigans, objurgans*; à דִּין *judicare, diſceptare, litigare, objurgare*.

מִדִּין m. unde cum præf. בְּמִדִּין, Jud. 5. v. 10. Lxx. ἐπὶ κρίσεως, Vulg. *in judicio*. Aliis eſt nomen proprium. Vide nomen ſequens. R. דִּין *judicare*.

מִדִּין Maſſ. *Middín*, Vulg. *Meddín*, nomen propr. civitatis in deſerto Tribus Juda, Joſ. 15. v. 61. Etym. *judicium*, &c. vide nomen præced.

מְדִינָה, & Chald. in forma emphat.

מְדִינְתָּא f. Lxx. Theod. χώρα, Vulg. & alii, *regio, provincia*. Lxx. item, σατραπεία *principatus*. Cum præf. הַמְּדִינָה *provincia*, וּמְדִינָה *& provincia*, בַּמְּדִינָה *in provincia*. Conſt. מְדִינַת *provincia*. Cum præf. בִּמְדִינַת *in provincia*. Pl. Chald. מְדִינָן, emphat. מְדִינָתָא, & cum præfix. ac Hebraïce, מְדִינוֹת & הַמְּדִינוֹת, *provinciæ*. Cum aliis præf. וְהַמְּדִינוֹת *& provinciæ*, בַּמְּדִינוֹת & בִּמְדִינוֹת, *in provinciis*, לַמְּדִינוֹת *provinciis*, מִמְּדִינוֹת *à provinciis*. Rad. מָדַן inuſit. Alii referunt ad דִּין *judicare*; unde *provincia*, quod legibus & judiciis regni, ad quod pertinet, ſubjiciatur.

מִדְיָנִים m. plur. à ſing. inuſit. מִדְיָן, vel, ut aliis placet, à מָדוֹן, cujus (וֹ) fit mobile, ac inſuper mutatur in (י). Lxx. ἀντιλογίαι *contradictiones*. Aq. ἀντιδικίαι *contralitigationes*. Sym. μάχαι *pugnæ*. Alii, *contentiones, jurgia, rixæ*. Vide מָדוֹן ſupra col. 1032. Cum præfix. וּמִדְיָנִים *& contentiones*. Conſt. מִדְיָנֵי *jurgia, rixæ*. R. דִּין *diſceptare, contendere, rixari*, &c.

מִדְיָנִים Maſſ. *Midhianím*, Vulg. *Madianitæ*, nomen patronym. incolarum terræ Madian, Gen. 37. v. 28 Etym. *judicantes, contendentes, litigantes*, &c. Vel *judicia, contentiones, jurgia, rixæ*, &c. Vide vocem præcedentem.

מִדְיָנִית Maſſ. *Midhianíth*, Vulg. *Madianitis*, nomen patronymicum mulierum regionis Madian, Num. 25. v. 6. Etym. *contendens, rixans, litigioſa*, &c. Vide nomen præcedens.

מְדֹכָה f. unde cum præf. בַּמְּדֹכָה, Num. 11. v. 8. Lxx. ἐν τῇ θυΐᾳ, Vulg. & alii, *in mortario, in tudicula*. Rad. דּוּךְ *tundere, contundere*.

מַדְמֵן Maſſ. *Madhmén*, Jerem. 48. v. 2. nom. proprium urbis, quæ videtur eadem eſſe ac ſequens. Lxx. ut nomen appellativum interpretantur, nempe παῦσις *ceſſatio, quies*. Vulg. *ſileus*; à דּוּם vel דָּמַם, *ſilere*.

מַדְמֵנָה Maſſ. *Madhmená*, Vulg. *Medemená*, Iſai. 10. v. 31. nomen propr. urbis Tribus Benjamin, ſecundum doctiſſ. Reland. in Palæſt. ſacra, pag. 883. Etym. *menſura, indumentum præparationis*; à מַד *menſura, indumentum*, & מָנָה *numeravit*, in Piel, *præparavit*.

מַדְמַנָּה Maſſ. *Madhmanná*, Vulg. *Medmená* & *Medemená*, Joſ. 15. v. 31. 1. Paral. 2. v. 49. nomen propr. urbis in Tribu Juda, ſecundum eundem Relandum loco in præcedenti nomine citato. Aliis hæc urbs & præcedens, imo & מַדְמֵן, ſunt eadem civitas primum Tribus Juda, deinde Simeonis, quæ Joſ. 19. v. 5. 1. Paral. 4. v. 31. dicitur בֵּית מַרְכָּבוֹת. Vide ſupra col. 223. Etym. eadem ac urbis præced.

מְדָן Maſſ. *Medhán*, Vulg. *Madán*, nomen proprium filii Abrahami ex Cetura, Gen. 25. v. 2. Etym. *judicium, judicans*; à דִּין *judicare*. Vel *menſura, veſtis*; à מַד idem.

מְדָנִים m. plur. à ſing. inuſit. מְדָן, Lxx. κρίσεις *judicia*, ταραχαὶ *turbationes, contentiones*. Vulg. & alii, *jurgia, diſcordiæ, rixæ, lites*. R. דִּין *judicare, litigare, contendere, jurgari*.

מַדָּע, & in pauſa ac extra pauſam מַדָּע, m. Heb. & Chald. Lxx. Theod. σύνεσις *intelligentia*. Lxx. item, συνείδησις *conſcientia*, φρόνησις *prudentia*. Vulg. & alii item, *ſcientia cognitio, diſciplina, cogitatio*. Cum præf. וּמַדָּע, vel וּמַדַּע, & וְהַמַּדָּע, *& ſcientia*. Cum præf. & affix. בְּמַדָּעֲךָ, Eccle. 10. v. 20. *in ſcientia, in cognitione tua*, m. Lxx. ἐν συνειδήσει σε *in conſcientia tua*, Vulg. *in cogitatione tua*, m. R. יָדַע *ſcivit, cognovit*.

מַדּוּעַ *quare?* vide in מַדּוּעַ, ſupra col. 1033.

מַדְקֵרָה f. unde pl. conſt. cum præf. כְּמַדְקְרוֹת, Prov. 12. v. 18. Sym. ὥσπερ κέντημα *ut ſtimulus, ut mucro*. Theod. ἐν κεντήματι *in ſtimulo, in mucrone*; legebat בְּמַדְקֶרֶת in ſing. & cum ב pro כ. Aq. Verbal. πλήσσουσι *vulnerant*. Vulg. *pungitur*. Alii, *ſicut transfixiones, ſicut confoſſiones*. R. דָּקַר *transfixit, confodit*.

מְדָר m. Chald. unde cum aff. מְדָרְהוֹן, Dan. 2. v. 11. Theod. κατοικία *habitatio*, Vulg. *converſatio*, neglecto pronomine affixo *eorum*. R. דּוּר Hebræis & Chaldæis, *habitare*.

מַדְרֵגָה f. unde cum præf. הַמַּדְרֵגָה, Cant. 2. v. 14. Lxx. προτείχισμα *antemurale*. Vulg. *maceria*. Pl. cum præf. הַמַּדְרֵגוֹת, Ezech. 38. v. 20. ſervato (-) penult. ob (·) præced. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Lxx. φάραγγες *valles*. Vulg. *ſepes*. Alii utrobique, *gradus, gradatio præceps, præcipitium, præcipitia*. R. דָּרַג inuſit.

מַדְרֵרָה vide in מוֹרָדָה, ſupra col. 1033.

מִדְרָךְ m. unde conſt. מִדְרַךְ, Deut. 2. v. 5. ubi Lxx. juncta hac voce cum ſequenti כַּף, βῆμα *greſſus, paſſus*. Vulg. Verbal. *calcare* Alii, *calcatio, veſtigium*. R. דָּרַךְ *calcavit*.

מִדְרָשׁ m. Lxx. βιβλίον, Vulg. & alii, *liber*, γραφή *ſcriptura*. Alii, *commentarius, hiſtoria rerum notabilium & diligenter accurateque obſervatarum*. Conſt. מִדְרַשׁ *commentarius*. Cum præf. בְּמִדְרַשׁ *in commentario*. R. דָּרַשׁ *quæſivit, requiſivit, diligenter notavit, obſervavit*.

מְדֻשָׁה f. unde cum aff. מְדֻשָׁתִי, Iſai. 21. v. 10. Vulg. & alii, *tritura, trituratio mea*, c. Lxx. hic alienum in ſenſum paraphraſtas agunt. R. דּוּשׁ *triturare*; unde מְדֻשָׁה cum (ֻ) & daghéſch per legem æquivalentiæ pro (וּ), nempe מְדוּשָׁה, *tritura, trituratio*.

מָה Pronomen interrogativum rei. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 75. §. IV. Lxx. τί *quæ? quid? quod?* Item, *quam! quidquid ſit, quomodo? heu!* Cum præf. וּמָה *& quæ? & quod?* בַּמָּה *in quo? per quod?* וּבַמָּה *& in quo?* כַּמָּה *quot? quoties?* לָמָּה, לָמָּה, &

ſemel cum accentu in penult. nempe Job. 7. v. 20. לָמָּה, & cum dagh. in מ & accentu in eadem penult. לָמָּה, *quare? ad quid? ut quid? propter quid?* לְמָא דִי Chald. *de eo quod.* Poſtpoſito זֶה, לָמָּה זֶה *ad quid hoc? propter quid? quamobrem?* וְלָמָּה, וְלָמָּה, & וְלָמָּה זֶּה, *& quam ob rem?* עַל מָה *propter quid?* Præpoſito pronomine relativo ש cum (-) loco (·), שַׁלָּמָּה *ut quid?* Poſtpoſito pronomine primitivo הֵם, eoque in unam vocem cum מָה coaleſcente, מָהֵם pro מָה הֵם *quid illi?* R. מָהָה vide infra poſt מָה.

מַה־ cum (-) ſub מ, ſequente daghéſch in prima vocis, cui præponitur, litera, modo ſit ejus recipiendi capax; alioquin daghéſch iſtud excidit ſine compenſatione, Lxx. τί *quæ? quid? quod?* Item, *quomodo? cur? quam!* Interdum in unam vocem coaleſcit cum ſequente, ut מַזֶּה pro מַה־זֶּה, *quid eſt hoc?* מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם, *quid vobis?* Cum præf. וּמַה *& quæ? & cur?* R. מָהָה, vide poſt vocem ſequentem.

מֶה, & ſequente daghéſch מֶה־ cum (·), quæ forma præſertim uſurpatur ante voces, quarum prima litera notatur cum (·), Lxx. τί *quid?* Item, *quis? quomodo? qualis? cur?* &c. Cum præf. וּמֶה *& cur?* בַּמֶּה & בַּמָּה, *in quo?* וּבַמֶּה *& in quo?* כַּמָּה *tot;* unde כַּמֶּה שָׁנִים *tot annis*, Zach. 7. v. 3. h. e. ut vertunt Lxx. ἱκανὰ ἔτη *multos annos*, Vulg. *multis annis;* עַד־כַּמֶּה *quoties tandem?* לָמֶּה *ad quid? ut quid?* וְלָמֶּה *& ad quid? & ut quid?* עַד־מֶה *uſquequo?* עַל־מֶה *propter quid?* R. מָהָה in Hithpael, *tardavit, diſtulit, moratus, cunctatus eſt;* unde מָה *quid?* &c. quod interroganti, donec rem, quam quærit, ſciat, mora ſit. Vel quod judicium aut opus, uſque dum rem quæſitam noverit, cohibeat. Aliis מָה, vel cum (-) aut (·), eſt ipſa radix.

מָהָה aut מָהַהּ, QAL, unde HITHPAEL geminata prima radicali, eaque ſecundæ poſtpoſita, הִתְמַהְמַהּ, Lxx. βραδύνω, Aq. μέλλω, *tardo, cunctor, moror* Lxx. item, αὐλίζομαι, στρατεύομαι, *diverſor*, ἐκλύομαι *diſſolvor*, θορυβέομαι, ταράσσομαι, *turbor*, ὑπομένω *exſpecto, ſuſtineo*, ὑστερέω

deficio. Alii item, *tumultuor, diſtrahor, tergiverſor.*

Praet. 1. p. ſ. c. in pauſa, quæ mutavit (-) in (·) ſub ſecundo מ, הִתְמַהְמָהְתִּי *cunctatus, turbatus ſum.* 3. p. pl. c. הִתְמַהְמְהוּ *cunctantur*, Iſai. 29. v. 9. ubi Lxx. ἐκλύθητε *diſſolvimini*, Vulg. *obſtupeſcite*, in Imperativo. Cum præf. וְהִתְמַהְמְהוּ *& cunctati ſunt.* 1. p. pl. c. הִתְמַהְמָהְנוּ *cunctati eſſémus.*

Ben. ſ. m. מִתְמַהְמֵהַּ *cunctans.*

Infin. cum præfixo ל ſupervacaneo, לְהִתְמַהְמֵהַּ *cunctari.* Cum aff. הִתְמַהְמְהָם *cunctari eos.*

Fut. 3. p. ſ. m. יִתְמַהְמַהּ *cunctabitur.* Cum præf. וַיִּתְמַהְמַהּ *& cunctatus eſt.*

מְהוּמָה & מְהוּמַת, ſ. Lxx. Sym. ταραχή, Lxx. item, τάραχος, θόρυβος, Vulg. & alii, *tumultus, tumultuatio, turbatio.* Lxx. item, ἐκλιμία, Vulg. *eſuries.* Aq. φαγέδαινα *edacitatis morbus.* Vulg. *eſuries.* Sym. item, ἀχορτασία *inſatiabilitas.* Vulg. *inſatiabilis.* Lxx. item, ἀνομία *iniquitas*, ἀσέβεια *ſecuritas*, ἀπώλεια *perditio*, ἔκστασις *horror*, σύγχυσις *confuſio.* Et adjective, θαυμαστὸν *mirabile*, Amos. 3. v. 9. Vulg. item, *ſtrepitus, pavor, terror, cædes, interfectio, occiſio, interitus, inſania.* Alii item, *vexatio, divexatio, contritio.* Cum præf. הַמְּהוּמָה *tumultus*, וּמְהוּמָה *& tumultus.* Conſt. מְהוּמַת *tumultus.* Plur. מְהוּמוֹת, & Amos. 3. v. 9. מְהוּמֹת, & , ſecundum alia exemplaria, מְהוּמֹת, *tumultus, turbationes.* Rad. הוּם in Qal, *turbavit*, in Niph. *perſtrepuit, tumultuatus eſt.*

מְהוּמָן Maſſ. *Mehoumán*, Vulg. *Mauman*, nomen proprium unius è ſeptem eunuchis regis Aſſueri, Eſth. 1. v. 10. Etym. *turbatus, tumultuans*, aut *multitudo;* ab הוּם in Niph. *turbari, tumultuari*, aut הָמוֹן *multitudo.*

מְהֵיטַבְאֵל Maſſ. *Mehétavél*, Vulg. *Metabeél*, nomen proprium patris Dalaiæ, Nehem. 6. v. 10. Etym. *quam bonus Deus!* ex מָה *quam*, טוֹב *bonus*, & אֵל *Deus.* Vel *beneficiens Deus;* ex יָטַב in Hiph. *benefecit*, & אֵל *Deus.*

מָהִיר m. Lxx. ὀξύς, ταχύς, Aq. Sym. ταχινός, Vulg. & alii, *velox, celer, promptus, feſti-*

nus, *expeditus.* Lxx. item, ὀξύγραφος, Vulg. *velociter scribens*, σπεύδων *festinans.* Cum præf. & (ּ) pro (י), ומהר, Isai. 16. v. 5. *& promptus.* &c. R. מָהַר *festinavit*, &c.

מחל QAL, unde PAOUL f. m. מָחוּל, Isai. 1. v. 22. Vulg. & alii, *mixtum*, *dilutum* (vinum). Lxx. Verbal. μίσγουσι *miscent*; sensum, non verbum, expresserunt. Vel legerunt מָהֲלוּ in 3. p. pl. c. Præteriti ejusdem Qal, trajectis literis, pro מָחוּל.

מַהֲלָךְ m. Lxx. διάστημα *deambulacrum*, Vulg. *deambulatio*, πορεία *profectio.* Vulg. item & alii, *iter*, *tempus itineris.* Hinc const. מַהֲלַךְ *iter.* Cum aff. מַהֲלָכְךָ *iter tuum*, *tempus itineris tui*, m. R. הָלַךְ *ivit*, *ambulavit.*

מַהְלְכִים m. pl. Zach. 3. v. 7. vide in Benoni Hiph. Verbi הָלַךְ supra col. 451.

מַהֲלָל m. unde cum affix. מַהֲלָלוֹ, Prov. 27. v. 21. Lxx. ἐγκωμιάζοντες αὐτὸν *laudantes eum*; legebant מְהַלְלָיו in Benoni plur. m. conjugationis Piel Verbi הָלַל *laudavit*, sine (י) indice plur. num. pro מְהַלְלָיו. Vulg. *laudans*, neglecto pronomine; legebat מְהַלֵּל in eodem Benoni, sed singulari. Alii, *laus*, *laudatio ejus*, m. R. הָלַל in Piel, *laudavit.*

מַהֲלַלְאֵל Mass. *Mahalalél*, Vulg. *Malaleél*, nom. proprium filii Cainan, Gen. 5. v. 12. Etym. *laudans Deum*; ex הָלַל in Piel, *laudavit.*, & אֵל *Deus.* Vel *splendor*, *illuminatio Dei*; ab הָלַל in Hiph. *splenduit*, *illuxit*, & אֵל *Deus.*

מַהֲלֻמוֹת f. pl. à sing. inusit. מַהֲלֻמָּה, τιμωρίαι *pœnæ*, *supplicia.* Sym. σφυρηλασίαι *mallei percussiones.* Vulg. *mallei percutientes.* Theod. συγκλάσεις *confractiones.* Alii, *contusiones.* Hinc cum præfix. וּמַהֲלֻמוֹת *& contusiones*, לְמַהֲלֻמוֹת *ad contusiones.* R. הָלַם *contudit.*

מַהֲמֹרוֹת f. plur. à sing. inusit. מַהֲמֹרָה; unde cum præfix. בְּמַהֲמֹרוֹת, Psal. 139. Heb. 140. v. 11. Lxx. ἐν ταλαιπωρίαις, Vulg. Lat. *in miseriis.* Sym. Theod. εἰς βόθυνος, S. Hier. & plerique alii, *in foveas.* Alius adverb. ἐσπουδασμένως *festinanter.* Alius item, μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους *cum multa celeritate*, *citissime.* Hi duo postremi interpretes legebant בִּמְהֵרוֹת, à מְהֵרָה, quod vide infra suo loco. Quidam, *in mœrores*, *in amaritudines*; quasi à מָרַר aut מָרָה. Rad. הָמַר inusit.

מַהְפֵּכָה f. Vulg. & alii, *subversio*, *eversio*, *vastitas.* Lxx. Verbal. καταστρέψω, Vulg. *subverto*, καταστρέψομαι, Vulg. *subvertor* Hinc const. & cum præf. כְּמַהְפֵּכַת *secundum subversionem*, *sicut subvertit*, &c. Servatur (־) penult. ob (ּ) præced. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. R. הָפַךְ *vertit*, *evertit*, *subvertit*, &c.

מַהְפֶּכֶת f. unde cum præfix. הַמַּהְפֶּכֶת, Lxx. ἀπόκλεισμα *carcer.* Lxx. Theod. καταῤῥάκτης *catarracta*, Jerem. 20. v. 2. ubi Sym. βασανιστήριον, & in alia versione, στρεβλωτήριον, *tormentum*, aut *tormenti locus*, vel *instrumentum cruciandi.* Vulg. *nervus.* Alii, *cippus.* Vide S. Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. col. 621. In phrasi, בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת, Lxx. φυλακὴ *custodia*, *carcer.* Alii item, *subversio.* Rad. הָפַךְ *vertit*, *subvertit.*

מְהֻקְצָעוֹת pro מְקֻצָעוֹת, vide in Paoul Hophal Verbi קָצַע, suo loco.

מהר QAL, unde 3. p. pl. c. PRAET. in pausa, quæ (ָ) primariæ vocis revocarum mutavit in (ּ), מָהָרוּ, Psal. 15. Heb. 16. v. 4. Lxx. Sym. ἐτάχυναν, Vulg. Lat. & alii, *acceleraverunt*, *festinarunt.* Quidam, *dotaverunt.*

INFIN. מָהֹר, Exod. 22. v. 16. *dotando.* Lxx. substantive, φερνὴ *dos.* Sic etiam alii.

FUT. 3. p. f. m. cum aff. יִמְהָרֶנָּה, Exod. 22. v. 16. Lxx. φερνιεῖ αὐτὴν, Vulg. & alii, *dotabit eam*, *dotem constituet ei*, f.

NIPHAL נִמְהַר, unde 3. p. f. f. PRAET. in pausa; quare ה afficitur (ּ) loco (ָ), נִמְהָרָה, Job. 5. v. 13. Lxx. active, ἐξέστησεν *dejecit.* Vulg. *dissipat.* Sym. ταραχθήσεται *turbabitur.* Alii, *præcipitatur*, *insanum*, *infatuatum*, *temerarium*, *præceps*, *insipiens est* consilium.

BEN. f. m. נִמְהָר, Lxx. ὁ ἀσθενῶν *infirmus*, ταχινός, Vulg. & alii, *citus*, *velox*, *præceps*, *festinus.* Vulg. item, *stultus.* Hinc cum præf. וְנִמְהָר *& præceps*, *& velox.* Plur. נִמְהָרִים *stulti*, *præcipites*, *festini.* Const. cum præf. & in phrasi, לְנִמְהֲרֵי־לֵב, Isai. 35. v. 4.

35. v. 4. Lxx. *οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ pusillanimes mente.* Vulg. *pusillanimis.* Alii, *festinis, præcipitibus corde.*

PIEL מִהֵר, sine daghésch excidentis compensatione, ut fit in tota hac conjugatione, pro מִהֵּר, Lxx. Aq. Sym. Theod. *ταχύνω*, Lxx. item, *σπεύδω*, *ἐπισπεύδω*, *κατασπεύδω*, Vulg. & alii, *festino, accelero.* Lxx. item, *ταράσσω turbo*, *φθέγγομαι loquor*, Jerem. 9. v. 17. Subst. *τάχος celeritas.* Adjective, *ταχύς*, *ταχινός*, & *ταχινός*, *citus, celer, velox.* Et adverb. quo sensu Verbum istud alteri præpositum sæpius accipitur, *ταχύ* (sic etiam Aq.) *ταχέως*, *cito, celeriter.*

PRAET. 3. p. s. m. מִהֵר *festinavit.* 2. p. s. m. מִהַרְתָּ, & 2. p. s. f. מִהַרְתְּ, *festinasti.* 3. p. plur. c. מִהֲרוּ *festinarunt.* 2. p. pl. m. cum præf. וּמִהַרְתֶּם *& festinabitis.* 2. p. pl. f. מִהַרְתֶּן *festinastis.*

BEN. s. m. מְמַהֵר *festinans, velox, festinus.* Cum præf. וּמְמַהֵר *& festinans.* Plur. f. מְמַהֲרוֹת *festinantes.*

INFIN. cum præf. כְּמַהֵר *secundum festinare, sicut festinat*, לְמַהֵר *festinando.*

IMPER. 2. p. s. m. מַהֵר, & cum ה parag. מַהֲרָה, *festina.* 2. p. s. f. מַהֲרִי, *festina.* 2. p. pl. m. מַהֲרוּ *festinate.*

FUT. 3. p. s. m. יְמַהֵר *festinabit.* Cum præf. וַיְמַהֵר *& festinavit.* 3 p. s. f. תְּמַהֵר *festinabit.* Cum præf. וַתְּמַהֵר *& festinavit.* 3. p. pl. m. יְמַהֲרוּ *festinabunt.* Cum præf. וַיְמַהֲרוּ *& festinarunt*, וִימַהֲרוּ *& festinant*; pro (׳.) cum (׳), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. 3. p. pl. f. cum præf. וּתְמַהֵרְנָה *& festinent.* 2. p. pl. m. תְּמַהֲרוּ *festinabitis.*

מָהִר m. sine daghésch excidentis compensatione pro מָהֵר, Lxx. *ταχὺς celer, velox, festinus.* Subst. *τάχος celeritas.* Et adverb. *ταχύ*, *ταχέως*, *ὀξέως*, Vulg. & alii, *cito, celeriter, festinanter*, &c. Cum præf. וּמָהִר *& festinus.* R. מָהַר *festinavit, acceleravit.*

מֹהַר m. Lxx. *φερνή*, Sym. & alius, *ἔδνον*, *ἔδνα*, Vulg. & alii, *dos.* Lxx. item, *δόμα donum.* Vulg. item, *sponsalia.* Cum præf. בְּמֹהַר *in dote, dotem*, כְּמֹהַר *secundum dotem.* Rad. מָהַר *dotavit.*

מְהֵרָה f. Hoc nomen substantivum semper adverbiascit; nam cum eo perpetuo subintelligitur præpositio ב *in, cum*, quæ semel exprimitur, nempe Eccle. 4. v. 12. Vel כְּ *secundum.* Lxx. *τάχος celeritas.* Et adverb. *ταχύ*, *ταχέως*, Vulg. & alii, *cito, celeriter, velociter, confestim*, &c. Et Verbaliter, Psal. 30. Heb. 31. v. 2. al. 3. *τάχυνον festina, accelera.* Cum præf. בִּמְהֵרָה *in celeritate*, h. e. *cito, velociter, celeriter*, &c. R. מָהַר *festinavit, acceleravit.*

מַהֲרַי, & cum (ְ) simplici sub ה,

מַהְרַי Mass. *Maharái & Mahrái*, Vulg. *Maharái & Marái*, nomen proprium unius è fortissimis David, 2. Reg. 23. v. 28. 1. Paral. 11. v. 30. c. 27. v. 13. Etym. *accelerans*, vel *dotatio mea*; ex מָהַר *acceleravit*, vel מֹהַר *dos*, & aff. 1. p. s. c. Vel *de monte meo*, ex מ *de*, הַר *mons*, & eodem affix. 1. p. s. c.

מַהֲתַלּוֹת f. plur. Isai. 30. v. 10. à sing. inusit. מַהֲתַלָּה, Lxx. *πλάνησις error*, in sing. quia forte legerunt מַחֲלוֹת. Sym. *πλάναι*, Vulg. *errores.* Alii, *ludificationes, illusiones.* Rad. הָתַל in Piel, *lusit, delusit, illusit, ludificavit.*

מוֹ particula expletiva, quæ in fine præfix. ב, כ, ל, interdum attexitur. Vide supra coll. 179. 871. 961. & Gram. Heb. tom. 1. p. 378. med. & p. 380. c. 1. 2.

מוֹאָב Mass. *Moáv*, Vulg. *Moáb*, nomen proprium 1°. filii Lot ex filia ejus majore, Gen. 19. v. 37. Ab eo nomen acceperunt Moabitæ & regio dicta Moab, cujus partem occuparunt postea Rubenitæ, sive Tribus Ruben, ibid. 2°. urbis regiæ ac metropoleos hujus regionis sive regni, quæ etiam dicitur *Ar*, Isai. 15. v. 1. & *Aroër*, Deut. 2. v. 36. Etym. *ex patre*; à מ *ex*, & אָב *pater.*

מוֹאָבִי Mass. *Móaví*, Vulg. *Moabites*, Deut. 23. v. 3. & fem.

מוֹאֲבִית Mass. *Móavíth*, Vulg. *Moabitis*, 2. Paral. 24. v. 26. unde

מוֹאֲבִיּוֹת plur. Mass. *Móaviiòth*, Vulg. *Moabitides*, 3. Reg. 11. v. 1. nomen commune seu patronymicum incolarum urbis & regionis Moab. Etym. *ex patre*, vide supra מוֹאָב.

מוּבָא m. Lxx. *εἴσοδος*, Vulg. & alii, *ingressus, introitus, aditus.* *εἰσόδους*, Ezech. 43.

v. 11. *substantia*, *compages*. Hinc cum præf. & in pausa מְבוֹאָהּ, 2. Reg. 3. v. 25. trajectis literis pro מוֹבָאָהּ, *ingressus*, *introitus tuus*, m. Plur. cum præf. & aff. וּמוֹבָאָיו *& aditus ejus*, m. R. בּוֹא *venire*, *ingredi*.

מוּבָא vide in Paoul Hophal Verbi בּוֹא, supra col. 199.

מוּג QAL. Lxx. θραύομαι *frangor*, σαλεύομαι *moveor*, *commoveor*. Et active, παραδίδωμι *trado*, Isai. 64. v. 7. ubi Vulg. *allido*. Alii, *dissolvo*. Vulg. & alii alibi, *tabesco*, *liquesco*, *liquesio*, *dissolvor*. Hinc μογέω.

Infin. cum præf. לָמוּג *ad liquescendum*, *ut liquefiat*.

Fut. 3. p. s. f. תָּמוּג *liquescet*. Cum præf. & ex forma hhólem, וַתָּמֹג *& dissolvitur*, *& tabescit*. Cum præf. & affix. וַתְּמוּגֵנוּ *& dissolvis*, *& dissolvisti nos*, c.

NIPHAL נָמוֹג, Lxx. τήκω, τήκομαι, Aq. Sym. ἐκτήκω, Vulg. & alii, *liquesco*, *liquesio*, *tabesco*. Lxx. Theod. καταπτήσσω *metu contrahor*, *consternor*. Lxx. item, ταράσσομαι *turbor*, ἐξίστημι *obstupesco*, ἐκπίπτω *cado*, *concido*. Alii item, *dissolvor*, *dissolvo me*, *diffluo*.

Praet. 3. p. s. m. נָמוֹג *liquescit*, *dissolvitur*. 3. p. pl. c. נָמֹגוּ *dissolvuntur*.

Ben. pl. m. נְמֹגִים *dissoluti*.

POEL מוֹגֵג, Lxx. Psal. 64. Heb. 65. v. 11. εὐφραίνομαι *lætor*, sensum, non Verbum, expresserunt, Sym. ibid. χαυνόω *emollio*. S. Hieron. *irrigo*. Lxx. item, ἀπορρίπτω *abjicio*, Job. 30. v. 22. ubi Vulg. *elido*. Alii utrobique, *liquefacio*, *dissolvo*, *facio ut defluat*.

Fut. 2. p. s. m. cum aff. תְּמֹגְגֶנָּה *dissolvis*, *liquefacis*, *irrigas eam*. Cum præf. & aff. וַתְּמֹגְגֵנִי *& dissolvis*, *& liquefacis me*, c. *& facis ut diffluam*.

HITHPOEL הִתְמוֹגֵג vel הִתְמֹגֵג, Lxx. τήκομαι, Vulg. & alii, *liquesio*, *liquesco*, *tabesco*, σαλεύομαι *moveor*, Vulg. *desolor*, σύμφυτος εἰμι *complantatus*, Vulg. *cultus sum*, Amos. 9. v. 13. Alii item, *dissolvor*, *dissolvo me*.

Praet. 3. p. pl. c. ex forma (-) mutati in (-) ob pausam, הִתְמֹגָגוּ vel הִתְמוֹגָגוּ, *dissolvunt se*, *liquescunt*.

Fut. 3. p. s. f. in eadem forma & pausa תִּתְמוֹגָג *liquescit*, *liquescebat*, *tabescebat*, *dissolvit se*. 3. p. pl. f. תִּתְמוֹגַגְנָה *liquescent*.

מוֹדָע m. Lxx. γνώριμος, Aq. Theod. γνωστός, *notus*. Vulg. *consanguineus*, *amicus*. Alii, *cognatus*. Const. מוֹדַע, Ruth. 2. v. 1. *notus*, *consanguineus*, &c. Cum præf. וּמֹדָע, Prov. 7. v. 4. *& notus*, *& amicus*; vel *& nota*, *& amica* (intelligentia, prudentia). R. יָדַע *scivit*, *cognovit*.

מוֹדַעַת f. unde cum affix. מֹדַעְתָּנוּ, Ruth. 3. v. 2. Lxx. γνώριμος ὑμῶν vel ἡμῶν, *notus noster*, vel *nobis*. Vulg. *propinquus noster*; concretum pro abstracto interpretati sunt. Alii, servato idiotismo, *cognatio nostra*. R. יָדַע *scivit*, *cognovit*.

מוּזָנִים, Jerem. 5. v. 8. vide in זוּן, supra col. 760.

מֹחַ m. unde cum præf. וּמֹחַ, Job. 21. v. 24. Lxx. μυελὸς δὲ *medulla autem*. Sym. ἐν τῷ μυελῷ *& medullâ*. Vulg. *& medullis*, plur. Alii, *& medulla* ossium ejus irrigatur. R. מָחַח inusit.

מוֹט QAL. Lxx. Aq. σφάλλομαι *nuto*, *vacillo*, *supplantor*, *evertor*, *erro*, *decipior*. Lxx. Vª. edit. σαλεύομαι, Vulg. & alii, *moveor*. Lxx. item, ἀδυνατέω *impotens sum*, ἐκκλίνω *declino*, μετακινέομαι *commoveor*, μετατίθεμαι *transferor*, πίπτω *cado*.

Praet. 3. p. s. f. מָטָה *nutat*, *vacillat*, *commota est*. Cum præf. וּמָטָה *& nutaverit*. 3. p. pl. c. מָטוּ *mota*, *commota sunt* (regna).

Ben. s. m. מָט *cadens*, *inclinans se*. Plur. m. cum præf. וּמָטִים *& declinantes*.

Infin. ex forma hhólem, מוֹט *nutare*, *vacillare*. Et substant. Lxx. σάλος *fluctus*; *agitatio*; vide infra. Cum præf. בְּמוֹט *in moveri*, *dum moventur*, *dum nutant*, וּבְמוֹט *& in moveri*, *& dum moventur*, *& dum transferuntur*. Hinc μόθος *tumultus*.

Fut. 3. p. s. f. תָּמוֹט *movebitur*, *nutabit*, *vacillabit*. 3. p. pl. f. cum (י) supervacaneo ex forma defect. Aiin, aut quiesc. Lam. ח, תְּמוּטֶינָה, Isai. 54. v. 10. *nutabunt*, *vacillabunt*. Vulg. *contremiscent*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 252. c. 2.

NIPHAL נָמוֹט, Lxx. σαλεύομαι *moveor*. Aq. Sym. σφάλλομαι *supplantor*, *nuto*, *va-*

cillo. Sym. διαπίπτομαι *evertor*. Idem cum particula negativa בַּל *non*, ἀσαλεύτος εἰμι, *indeclinabilis*, *indeclinans sum*. Idem cum synonyma particula לֹא *non*, ἀμετάθετος εἰμι *inversabilis sum*. Lxx. item, ἐξαίρομαι *auferor*, μεταναστεύω *demigro*, ἐνδίδωμι *do*, Prov. 10. v. 30. κινέομαι *moveor*, κλίνομαι *inclinor*, πίπτω *cado*.

PRAET. 3. p. pl. c. נָמוֹטוּ *moveantur*, *declinent*, *vacillent*.

FUT. 3. p. f. m. יָמוֹט, & 3. p. f. f. תָּמוֹט, *movebitur*, *dimovebitur*. 1. p. f. c. אֶמּוֹט *dimovebor*. 3. p. plur. m. יָמוֹטוּ *movebuntur*, *cadent*.

HIPHIL הֵמִיט, unde 3. p. pl. m. FUT. יָמִיטוּ, Psal. 54. Heb. 55. v. 4. Lxx. ἐξέκλιναν, Vulg. Lat. & alii, *declinaverunt*. Sym. ἐπέγραψαν *inscripserunt*, & in alia versione, ἐπέρριψαν, S. Hieron. *projecerunt*.

HITHPAEL הִתְמוֹטֵט, unde 3. p. f. f. PRAET. הִתְמוֹטְטָה, Isai. 24. v. 19. Vulg. & alii, *movebitur*, *commovebitur*, *commovebit se*. Vacat apud Lxx.

מוֹט m. Lxx. σάλος *agitatio*, *commotio*, *fluctuatio*. Aq. σφαλμὸς *lapsus*, *nutatio*, *titubatio*, *vacillatio*. Alius, μετακίνησις *transmotio*. Sym. in Aorist. primo Infinit. χλευασθῆναι *claudi*, Psal. 54. Heb. 55. v. 23. ubi forte mendum pro κλιθῆναι *inclinari*. Idem Sym. alibi, σφαλῆναι *nutare*, ἀνατραπῆναι *subverti*. Et in alia significatione, Lxx. ἀναφορεύς, Vulg. & alii, *vectis*. Alii item, *jugum*, *temo*, seu *lorum jugi*. Cum præf. הַמּוֹט *vectis*, בַּמּוֹט *vecte*, לָמוֹט *in motionem*, *in commotionem*, *in titubationem*. Cum aff. מוֹטֵהוּ *vectem ejus*, m. R. מוּט *moveri*, *commoveri*, *titubare*, &c.

מוֹטָה vel מֹטָה, f. Lxx. Sym. Theod. κλοιὸς *torques*, Vulg. *catena*. Lxx. item, ἀναφορεύς, Vulg. & alii, *vectis*, δεσμὸς *vinculum*. Lxx. Aq. σύνδεσμος *colligatio*, πλάνη *error*. Sym. item, *declinatio*, teste S. Hieron. comment. in cap. 58. Isai. vv. 6. 9. Vide tom. 3. nov. edit. col. 431. Lxx. item, ῥάβδος *virga*, *baculus*, σκῆπτρον, Vulg. *sceptrum*; legebant מַטֶּה, ζυγὸς *jugum*, βίαιον συνάλλαγμα *violenta cautio*, Isai. 58. v. 6. συγγραφὴ ἄδικος *syngrapha*, *cautio iniqua*, ibid. Cum præf. הַמּוֹטָה *vectis*. Plur. מוֹטוֹת, מֹטוֹת & מוֹטֹת, *vectes*, *catenæ*, *juga*, *lora*, *vincula*. Cum præfix. בְּמוֹטוֹת *cum vectibus*, מוֹטוֹת & *vectes*. R. מוּט *moveri*, *dimoveri*, *declinare*, & in alia significatione hodie inusit. *ligare*, *colligare*, *vincire*, &c.

מוּךְ QAL. Lxx. Sym. ταπεινόομαι *humilior*. Lxx. item, ταπεινὸς εἰμι *humilis sum*, ὑστερέομαι *indigeo*, πένομαι *pauper sum*. Aq. ἐκπίπτω *excido*, nempe facultatibus. Vulg. & alii, *attenuor*, *depauperor*, *paupertate compellor*.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וּמָךְ & *attenuatus fuerit*.

FUT. 3. p. f. m. יָמוּךְ *attenuabitur*, *attenuatus fuerit*. Cetera, quæ nonnulli ad hanc radicem referunt, vide infra in מָכַךְ.

מוּל præpos. vide infra in מוּל eadem præpositione.

מוּל QAL. Lxx. Aq. περιτέμνω, Vulg. & alii, *circumcido*, *amputo*, *reseco*. Dicitur tantum de circumcisione carnis & cordis. Hinc Lxx. item, περικαθαίρω, περικαθαρίζω, *mundo*, *purgo*, *purifico*.

PRAET. 3. p. f. m. מָל *circumcidit*. Cum præf. וּמָל & *circumcidet*. 2. p. f. m. cum (ו) convertente tantum, & ה expresso, quod in fine latebat, וּמַלְתָּה *circumcides*. 3. p. pl. m. מָלוּ *circumciderunt*. 2. p. pl. m. cum præf. וּמַלְתֶּם & *circumcidetis*.

PAOUL f. m. מוּל *circumcisus*. Plur. m. cum (ֻ) pro (וּ), מֻלִים *circumcisi*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 250. c. 2.

IMPER. 2. p. f. m. מֹל *circumcide*.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. & (ַ hhatouph) in fine loco (ו) ob accentum ab ultima ad penult. vi (ו) convertentis retractum, וַיָּמָל vaiiamol & *circumcidit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 251. c. 1.

NIPHAL נִמּוֹל, Lxx. περιτέμνομαι, Vulg. & alii, *circumcidor*.

INFIN. הִמּוֹל *circumcido*, *circumcidendo*. Cum præf. בְּהִמּוֹל *in circumcidendo*, לְהִמּוֹל & לְהִמֹּל, *ad circumcidi*, *ad circumcidendum*, *ut circumcidatur*. Cum præf. & aff. בְּהִמֹּלוֹ *in circumcidi eum*, *quando circumcisus est*.

IMPER. 2. p. pl. m. הִמֹּלוּ *circumcidimini*, *circumcidite vos*.

Fut. 3. p. f. m. יִמּוֹל *circumcîdetur.* 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּמֹּלוּ *& circumcisi sunt.*

POEL מוֹלֵל, unde 3. p. f. m. Fut. יְמוֹלֵל, Psal. 89. Heb. 90. v. 6. Lxx. ἀποπέσοι, Vulg. Lat. *decidat.* S. Hieron. *conteratur.* Alii, *succîdet, exscindet,* h. e. succidetur, exscindetur; ibi enim est activa vox pro passiva. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 531. canon. III.

HIPHIL הֵמִיל, Lxx. ἀμύνομαι, Vulg. Lat. & S. Hieron. *ulciscor.* Sym. διαθρύπτω *confringo.* Alii, *contero, succîdo, exscindo.* Hinc 1. p. f. c. Fut. cum aff. אֲמִילַם, Psal. 117. Heb. 118. vv. 10. 11. 12. *ulciscar, ultus sum in eos, exscindam eos.*

HITHPOEL הִתְמוֹלֵל vel הִתְמוֹלָל, unde 3. p. pl. m. Fut. ex forma (-) mutati in (-) ob pausam, כְּמוֹ יִתְמֹלָלוּ, Psal. 57. Heb. 58. v. 8. Lxx. ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν, Vulg. Lat. *donec infirmentur.* Sym. periphrasticos, ὡς τὰ θρυπτόμενα *turbetur quasi contrita, quasi comminuta.* S. Hieron. *donec conterantur.* Alii, *exscindentur, quasi succindentur.*

מוּל & מֹל, præpositio vel adverbium, Lxx. ἐγγύς, σύνεγγυς, πλησίον, *prope, juxta,* πρός *ad.* Adject. ἐχόμενος *conjunctus, contiguus.* Cum præf. וּמוּל καὶ ἀπό *& ab.* Cum aliis præf. אֶל־מוּל, εἰς ἐναντίον *in contrarium, in adversum,* ἐξεναντίας *ex adverso, è regione, contra,* ἐπί *in,* κατά *versus,* πλησίον *prope,* πρός *ad,* אֶל־מוּל פְּנֵי, ἐξεναντίας *ex adverso,* לְמוּאל, Nehem. 12. v. 38. cum א epenthetico, συναντῶσα *occurrens.* מִמּוּל ἀπό *à, ab,* κατά *versus,* πλησίον *prope,* κατέναντι (Aq. κατεναντίας) *ex adverso,* ἀπὸ τοῦ κλίτους *à latere.* Et adject. ἐχόμενος *contiguus.* Cum præf. aff. & (-) pro (ו), מִמֻּלִי, ἐχόμενός μου *contiguus mihi, prope me.* Rad. מוּל *circumcidere, succidere, exscindere;* unde מוּל *è regione, contra,* &c. ob literarum similitudinem. Vel est ipsa radix.

מוֹלָדָה Mass. *Móladhá,* Vulg. *Móladá,* nomen proprium civitatis primum Tribus Judæ, deinde Simeonis, Jos. 15. v. 26. cap. 19. v. 2. Etym. *nativitas, generatio;* ex יָלַד *genuit,* in Niphal, *natus est.*

מוֹלֶדֶת f. Lxx. γενεά, γένεσις, *generatio, nativitas,* συγγένεια, Vulg. & alii, *cognatio,*

ἔκγονα *soboles, proles, progenies,* πατρίς *patria.* Et Verbal. γεννάομαι *nascor.* Cum præf. & affix. מוֹלַדְתּוֹ *nativitas, cognatio ejus,* m. מוֹלַדְתָּהּ *cognatio ejus,* f. מוֹלַדְתֶּךָ in pausa, *cognatio tua,* m. וּמוֹלַדְתְּךָ *& cognatio tua,* m. וּלְמוֹלַדְתְּךָ, & in pausa וּלְמוֹלַדְתֶּךָ, *& ad cognationem tuam,* m. וּמִמּוֹלַדְתְּךָ *& de cognatione tua,* m. מוֹלַדְתֵּךְ *nativitas tua,* f. מוֹלַדְתִּי *cognatio mea,* c. מוֹלַדְתָּם *cognatio eorum,* מוֹלַדְתֵּנוּ *cognatio nostra,* c. וּלְמוֹלַדְתֵּנוּ *& cognationi nostræ,* c. Pl. fem. cum præf. & affix. וּמוֹלְדוֹתֶיךָ & וּמֹלְדֹתֶיךָ *& generationes tuæ.* Rad. יָלַד *genuit.*

מוּלָה f. unde pl. cum præf. לַמּוּלֹת, Exod. 4. v. 26. Lxx. Sym. τῆς περιτομῆς *circumcisionis.* Aq. Theod. εἰς περιτομάς *ad circumcisiones.* Vulg. & alii, *ob circumcisionem,* vel *circumcisiones.* R. מוּל *circumcîdere.*

מוֹלִיד Mass. *Molídh,* Vulg. *Molíd,* nomen propr. filii Abisur filii Semei filii Onan, 1. Paral. 2. v. 29. Etym. *nativitas,* vel *generatio;* ab יָלַד *genuit.* Vel *circumcisio manus;* ex מוּל *circumcîdere,* & יָד *manus.*

מוּם, & cum א epenthetico מְאוּם, Lxx. Aq. Theod. μῶμος, Vulg. & alii, *macula, vitium, labes.* Lxx. item adjective, μωμητός *vituperio dignus.* Et Verbal. μωμάομαι *vitupero.* Cum præfix. וּמוּם *& vitium,* מִמּוּם *à vitio.* Cum aff. מוּמוֹ *vitium ejus,* m. מוּמָם *vitium eorum.* R. מוּם inusit.

מוּסָב m. unde const. מוּסַב, Ezech. 41. v. 7. Lxx. πρόσθεμα *adjectio, additamentum.* Vulg. *cœnaculum.* Alii, *ambitus, circuitus, cochlea.* R. סָבַב *circuivit, circumdedit.*

מוֹסָד m. unde pl. const. מוֹסְדֵי, Lxx. θεμέλια, Vulg. & alii, *fundamenta.* Cum præf. וּמוֹסְדֵי *& fundamenta.* R. יָסַד *fundavit.*

מוּסָד m. Isai. 28. v. 16. Lxx. θεμέλια *fundamenta.* Vulg. *fundamentum.* Unde const. מוּסַד, 2. Paral. 8. v. 16. Lxx. Verbal. ἐθεμελιώθη *fundata est.* Vulg. *fundavit.* Alii utrobique, *fundatio.* R. יָסַד *fundavit.*

מוּסָדָה f. Isai. 30. v. 32. Lxx. βοήθεια *auxilium.* Vulg. *fundatus* (transitus). Alii substant. *fundamentum, fundatio.* Plur. const. מוּסְדוֹת, Ezech. 41. v. 8. Lxx. διάστημα *distantia, intervallum.* Vulg. *fundata* (latera). Alii, *fundationes, fundamenta.*

מוֹסָדוֹת f. plur. Lxx. θεμέλια, Vulg. & alii, *fundamenta*. Hinc cum præfix. לְמוֹסְדוֹת *in fundamenta*. Conſt. מוֹסְדוֹת *fundamenta*. R. יָסַד *fundavit*.

מוּסָךְ m. unde conſt. מוּסַךְ, 4. Reg. 16. v. 18. Lxx. θεμέλιος *fundamentum*; legebant מוּסָד. Vulg. *Muſach*, ut nomen proprium accepit. Alii, *tegmen*, *operimentum*, *thronus*, *ſolium opertum*, in quo, ſecundum nonnullos, ſabbathis rex ſedebat vel ad audiendam Legem; vel ut ſacrificiis intereſſet. R. סָכַךְ *texit*, *protexit*.

מוֹסָר m. unde cum præf. aff. & hhol. deficiente וּבְמֹסָרָם, Job. 33. v. 16. Lxx. periphraſtice & neglecta copula, ἐν εἴδεσι φόβου τοιούτοις *in ſpeciebus timoris talibus*. Aq. καὶ ἐν παιδείᾳ αὐτῶν *& in correptione*, *& in caſtigatione eorum*. Sic etiam recentiores. Vulg. *& erudiens eos*. Rad. יָסַר *erudivit*, *caſtigavit*.

מוֹסֵר m. Lxx. Sym. δεσμός, Vulg. & alii, *vinculum*. Aq. Theod. πέδαι *compedes*. Hinc plur. conſt. מוֹסְרֵי *vincula*. Cum præf. affix. in pauſa, quæ mutavit (-) in (·) ſub ד, & ſervato anomalus (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 94. c. 1. לְמוֹסֵרָי *vincula mea*, c. Cum alio affix. מוֹסְרֵיכֶם *vincula veſtra*, m. R. אָסַר *ligavit*, ſed forma eſt ab יָסַר *erudivit*, *caſtigavit*.

מוּסָר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. παιδεία *inſtitutio*, *eruditio*, *caſtigatio*, *diſciplina*. Sym. item, ἔννοια *cogitatio*. Lxx. item, διδασκαλία *doctrina*, νόμος *lex*, νουθέτημα *admonitio*, σοφία *ſapientia*, στροφαὶ λόγων *flexus verborum*. Adject. παιδευτής *caſtigator*, ὑπήκοος *obediens*. Cum particula negat. אֵין, ἀπαίδευτος *ineruditus*. Et Verbal. παιδεύω *caſtigo*, καθίζάνω *conſtituo*. Alii item, *exemplum*, *diſceptatio*, *objurgatio*, & Metaphorice, *vinculum*, Job. 12. v. 18. Cum præf. וּמוּסָר *& eruditio*, בְּמוּסָר *eruditio*, *eruditionem*, לְמוּסָר *ad eruditionem*. Conſt. מוּסַר *caſtigatio*, *eruditio*. Cum præf. וּמוּסַר *& caſtigatio*. Cum affix. מוּסָרְךָ *caſtigatio tua*, m. מוּסָרִי *eruditio*, *diſciplina mea*, c. Rad. יָסַר *erudivit*, *caſtigavit*.

מוֹסֵרָה f. Lxx. δεσμός, Vulg. & alii, *vinculum*. Hinc plur. abſol. ſervato (-), quia non augetur ſyllabarum numerus, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 60. c. 1. מוֹסֵרוֹת *vincula*. Conſt. cum præfix. & hhólem deficiente וּמֹסְרוֹת *& vincula*. Cum præfix. & affix. מוֹסְרוֹתֶיךָ *vincula tua*, f. וּמוֹסְרוֹתֶיךָ *& vincula tua*, f. מוֹסְרוֹתֵימוֹ *vincula eorum*, cum affixo Poëtico, de quo vide Gram. Heb. tom. 1. p. 77. c. 2. p. 127. c. 1. 2. וּמוֹסְרוֹתֵיהֶם *& vincula eorum*. R. אָסַר *ligavit*, ſed forma eſt ab יָסַר *erudivit*, *caſtigavit*.

מוֹסֵרָה Maſſ. & Vulg. *Móſerá*, nomen proprium loci in deſerto, ubi Aaron mortuus eſt ac ſepultus, Deut. 10. v. 6. Etym. *eruditio*, *diſciplina*, *vinculum*; ab יָסַר *erudivit*, *caſtigavit*, &c. aut מוֹסֵרָה *vinculum*. Vel Chald. & Syriace, *traditio*; ab מְסַר *tradidit*.

מוֹסֵרוֹת Maſſ. & Vulg. *Móſeróth*, nomen propr. loci in deſerto, ubi fuit ſeptima & vigeſima manſio filiorum Iſraël, Num. 33. v. 30. Etym. eadem ac nominis præced.

מוֹעֵד & מֹעֵד, m. Lxx. Aq. Sym. συνταγή *conſtitutio*, *tempus conſtitutum*. Lxx. Aq. Theod. καιρός *tempus opportunum*, *conſtitutum*. Lxx. Theod. μαρτύριον *teſtimonium*; referebant ad עוּד *teſtari*, *teſtificari*. Sym. item, συναγωγή *cœtus*, *conventus*, *congregatio*; & Metonymice. *locus congregationis*. Alius, διάταξις *præceptum*. Lxx. item, ἄριστον *prandium*, 2. Reg. 24. v. 15. ubi Vulg. *conſtitutum* (tempus), βουλή *conſilium*, Num. 16. v. 2. ubi Vulg. *tempus conſilii*, vel *concilii*, γῆ *terra*, Job. 30. v. 23. al. 24. ubi Vulg. *conſtituta* (domus), ἑορτή *feſtum*, *ſolemnitas*; & Metonymice, *hoſtia*, quæ in ſolemnitate immolabatur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 54. c. 2. ὅρος *terminus*, Exod. 9. v. 5. πανηγύρεις *conventus publicus*, σωτήριον *ſalutare*, Iſai. 33. v. 20. ubi Vulg. *ſolemnitas*, ὥρα *hora*, Num. 9. v. 2. Et adject. ὑψηλός *altus*. Cum præfix. הַמּוֹעֵד *tempus conſtitutum*, וְהַמּוֹעֵד *& tempus conſtitutum*, בְּמוֹעֵד *in tempore*, *ſtatuto tempore*, לַמּוֹעֵד & לְמוֹעֵד, *ad ſtatutum tempus*, מִמּוֹעֵד *propter conventum*, *propter ſolemnitatem*. Cum præf. & aff. מוֹעֲדוֹ *congregatio ejus*, m. בְּמוֹעֲדוֹ & בְּמֹעֲדוֹ, *in tempore ejus*, m. *ſtatuto tempore ejus*, m. מוֹעֲדָהּ *feſtivitas ejus*, f. לְמוֹעֲדָהּ *ſta-*

tuto tempore ejus, f. מוֹעֲדָהּ in pausa, *solemnitas tua*, m. בְּמוֹעֲדָם *in tempore eorum*, מוֹעֲדֵנוּ *conventus noster*, c. Pl. מוֹעֲדִים *statuta tempora*. Cum præf. בַּמּוֹעֲדִים *in solemnitatibus*, וּבַמּוֹעֲדִים *& in solemnitatibus*, לְמוֹעֲדִים & וְלַמּוֹעֲדִים, וְלַמּוֹעֲדִים, לַמּוֹעֲדִים, *in stata tempora*, & ex termin. fem. וְלַמּוֹעֲדוֹת, *& in stata tempora, & statis temporibus*. Const. מוֹעֲדֵי *solemnitates*. Cum præf. וּלְמוֹעֲדֵי *& in solemnitates*. Cum præf. & aff. בְּמוֹעֲדָיו *in cœtibus ejus*, m. מוֹעֲדֶיהָ *tempora ejus*, vel *sua*, f. בְּמוֹעֲדֶיהָ *in solemnitatibus ejus*, f. מוֹעֲדַי & in pausa מוֹעֲדָי, *solemnitates meæ*, c. וּמוֹעֲדֵיכֶם *& solemnitates vestræ*, m. בְּמוֹעֲדֵיכֶם *in solemnitatibus vestris*, m. וּבְמוֹעֲדֵיכֶם *& in solemnitatibus vestris*, m. Rad. יָעַד *indixit, condixit*, tempus vel locum.

מוּעָדָה f. unde cum præf. הַמּוּעָדָה, Jos. 20. v. 9. Lxx. ἐπίκλητοι *attributæ* (civitates); sensum, utcunque, non vocis naturam & potestatem, expresserunt. Alii, *conventus, congregatio, constitutio*; unde *urbes constitutionis*, h. e. ut transtulit Vulg. *constitutæ* ut illuc *convenirent*, confugerent homicidæ. Rad. יָעַד *indixit, condixit, constituit*.

מוֹעַדְיָה Mass. *Móadhiá*, Vulg. *Móadiá*, nomen proprium principis familiæ Abiæ, Nehem. 12. v. 17. Etym. *solemnitas, ornamentum, testimonium, transitus Domini*; ex מוֹעֵד *solemnitas*, עָדָה *ornavit, transiit*, עוּד *testari*, & יָהּ *Dominus*.

מוֹעֵצָה vel מֹעֵצָה, f. unde pl. מוֹעֵצוֹת, servato (-) ob accentus viciniam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 60. c. 1. Lxx. Sym. βουλαί, Aq. βουλεύματα, Lxx. item, διαβούλιαι, Vulg. & alii, *consilia, consultationes, cogitationes, machinationes* Lxx. item, ἀσέβειαι *impietates*, ἐπιτηδεύματα *instituta, adinventiones*. Hinc cum præf. בְּמֹעֲצוֹת *in consiliis*. Cum præf. & affix. בְּמֹעֲצוֹתָם & בְּמוֹעֲצוֹתֵיהֶם *in consiliis eorum*, vel *suis*, m. מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם & מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *à consiliis, à cogitationibus suis*, m. וּמִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *& à consiliis suis*, m. R. יָעַץ *consilium dedit, consilium accepit*.

מוּעָקָה f. Psal. 65. Heb. 66. v. 11. Lxx. in plur. θλίψεις, Vulg. Lat. *tribulationes*. Aq. τριγμός. S. Hieron. *stridor*. Sym. κύκλωσις *circuitio*, *cingulum*. Alii, *pressura, constrictio*. Rad. עוּק in Hiph. *premere, constringere*.

מוֹפֵת & מֹפֵת, m. Lxx. Aq. Sym. τέρας, Vulg. & alii, *prodigium, portentum, ostentum*. Lxx. item, σημεῖον, Vulg. *signum*, σκληρότης *durities*. Sym. item adject. θαυμάσιος *admirabilis, admirandus*. Est proprie signum rei futuræ, in quo differt à אוֹת, quod generalius est. Cum præfix. הַמּוֹפֵת *prodigium*, וּמוֹפֵת & וְהַמּוֹפֵת, *& prodigium*, כְּמוֹפֵת & בְּמוֹפֵת, *sicut prodigium*, לְמוֹפֵת *in portentum*, וּלְמוֹפֵת *& in portentum*. Cum affix. מוֹפֶתְכֶם *portentum vestrum*, m. Plur. מוֹפְתִים & cum præf. הַמֹּפְתִים, *prodigia*, וּמוֹפְתִים & וְהַמּוֹפְתִים, *& prodigia*, וּבְמוֹפְתִים *& cum prodigiis*, וּלְמוֹפְתִים *& in prodigia*. Cum aff. מֹפְתָיו *prodigia ejus*, m. וּמוֹפְתָיו *& prodigia ejus*, m. מוֹפְתַי *prodigia mea*, c. R. יָפַת inusit.

מוֹץ & מֹץ, m. Lxx. χοῦς, χνοῦς, κονιορτός (sic etiam alius), Vulg. *pulvis*. Lxx. item, ἄνθος *flos*, Sophon. 2. v. 2. Alius item, ἀράχνη *aranea*, Ose. 13. v. 3. ubi mendum videtur pro ἄχνη, ut habet edit. Complut. Alii, *gluma, acus, palea, quisquilia*, h. e. minutus inter paleas, folliculus granum frumentum involvens, & quidquid emungitur de granis frumenti; quasi à מָצַץ *emunxit, expressit*. Hinc cum præf. כְּמוֹץ, כְּמֹץ, & כַּמֹּץ, *sicut gluma*, וּכְמֹץ *& sicut gluma*. R. מִיץ inusit.

מוץ vide infra מִיץ.

מוֹצָא & מֹצָא, m. absol. & const. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 90. c. 1. Lxx. ἔξοδος, διέξοδος, Vulg. & alii, *exitus, egressus, egressio*, πορεία, ἄπαρσις, *profectio*, τόπος *locus*, Job. 28. v. 1. Et Verbal. γίνομαι *fio*, ἐξέρχομαι, ἐκπορεύομαι, *egredior*, εὑρίσκω *invenio*, à מָצָא *invenit*. Sym. ἀνάφυσις *repullulatio*. Alius, προέλευσις *profectus, progressus*. Alii item, *ortus*, cum de sole sermo est; *eductio, eloquium, sermo, prolatum, pronuntiatum, edictum*, q. d. labiorum vel ex labiis egressio. Cum præfix. וּמוֹצָא *& exitus*, וּכְמוֹצָא *& sicut exitus*, מִמּוֹצָא *ab exitu, ab ortu*. Cum affix. מוֹצָאוֹ *egressus, exortus ejus*, m. מוֹצָאֲךָ *egressus tuus*, m. Plur.

conft. מוֹצָאֵי *egressus*, *exitus*, servato (◌ֵ) ultimæ ob א seq. vide Gram. Heb. loco supra laudato. Sic cum præf. וּמוֹצָאֵי & *egressus*, כְּמוֹצָאֵי *secundum progressus*, לְמוֹצָאֵי & *in egressus*, *in exitus*. Cum præf. & affix. מוֹצָאֵיהֶם וּמוֹצָאָיו & *exitus ejus*, m. *progressus eorum*, לְמוֹצָאֵיהֶם *in progressibus eorum*, מוֹצָאֵיהֶן *exitus illarum*. Ex termin. fem. & cum præf. & aff. וּמוֹצָאֹתָיו & *egressiones ejus*, m. Cum præf. tantum, לְמוֹצָאוֹת, 4. Reg. 10. v. 27. ut ibi legendum docent Massorethæ, pro לְמַחֲרָאוֹת, Lxx. Vatic. εἰς λυτρῶνα, Ald. εἰς λυτρῶνα, mſ. Alex. εἰς λυτρῶνας, Vulg. & alii, [in] *latrinas*. Rad. יָצָא *exiit*, *egressus est*. Vide infra מַחֲרָאוֹת.

מוֹצָא Maſſ. *Motsâ*, Vulg. *Mosâ*, nom. proprium 1°. filii Caleb ex Epha ejus concubina, 1. Paral. 2. v. 46. 2°. filii Zamri filii Joada, 1. Paral. 8. v. 36. Etym. *inventus*, *azymum*, *exitus*, *exprimens*, five *emungens*; à מָצָא *invenit*, מַצָּה *azymum*, יָצָא *exivit*, מָצָה *expressit*, *emunxit*.

מוּצָק, מוּצָק, & cum (◌ֻ) & dagh. pro (ו) per legem æquivalentiæ, מֻצָּק, Lxx. ἐπίχυσις *infusio*, κατάχυσις (Aq. σύγχυσις), *confusio*, χώνευμα *conflatio*, κονία *pulvis*, Job. 38. v. 38. Et adject. χυτός, Vulg. & alii, *fusilis*, χωνευτὸς *conflatilis*. Vulg. & alii, *fusura*, *fusio*. Alii item, *stabilis*, *firmus*, *validus*, *solidus*, *compactus*; quod metalla fusa & refrigerata firma sint & compacta. Conſt. מֻצָק *fusus*, *fusum*, 3. Reg. 7. v. 16. Cum præf. בְּמוּצָק, Job. 37. v. 10. *in fusione*, *in fusionem*, alii, *in angustum*, à צוּק *arctari*, *angustiari*; לְמוּצָק *ad fusionem*, *ad firmitatem*. R. יָצַק *fudit*, *conflavit*.

מוּצָקוֹת f. pl. Zach. 4. v. 2. Lxx. ἐπαρυστρίδες, Aq. ἐπιχυταί, Sym. ἐπιχυτῆρες, Vulg. & alii, *infundibula*, *infusoria*. R. יָצַק *fudit*, *infudit*.

מוּצֶקֶת & מוֹצֶקֶת, f. Hinc in pauſa מוֹצָקֶת, 4. Reg. 4. v. 5. Lxx. Verbaliter, ἐπέχεεν, Vulg. *infundebat*. Legebant מוֹצֶקֶת, in Benoni ſ. f. Hiphil. Alii, *fusio*, *fusura*. Cum præf. & aff. בְּמֻצַקְתּוֹ, 2. Paral. 4. v. 3. Lxx. ἐν τῇ χωνεύσει αὐτῶν *in conflatione eorum*. Alii, *in conflatione ejus*, m. h. e. uniuſ-

cujuſque eorum. Vulg. *fusiles erant* (boves). R. יָצַק *fudit*, *conflavit*.

מוֹקֵד m. unde cum præfix. כְּמוֹקֵד, Pſal. 101. Heb. 102. v. 4. Lxx. ὡσεὶ φρύγιον, Theod. ὡς φρύγιον, Vulg. Lat. *ficut cremium*. Aq. ὡς καῦσις, Sym. ὡς ἀπόκαυμα, *ficut exustio*. S. Hieron. *quasi frixa* (oſſa mea). Alii, *ficut focus*, *ficut ustrina*, *ficut incendium*. Plur. conſt. מוֹקְדֵי, Iſai. 33. v. 14. Lxx. τόπος *locus*; legebant מְקוֹמֵי trajectis literis, *loca*; & poſiro ſing. pro plurali *locus*. Vulg. & alii, *ardores*, *foci*, *ustrinæ*, *exustiones*. R. יָקַד *arsit*, *exarsit*.

מוֹקְדָה f. Levit. 6. v. 2. al. 9. Lxx. καῦσις *ustio*. Mſ. Oxon. κατάκαυσις *combustio*. Alii, *focus*, *ustrina*, &c. ut in nomine præced. Vulg. hîc ſenſum, non verbum, expreſſit. R. יָקַד *arsit*, *exarsit*.

מוֹקֵשׁ vel מֹקֵשׁ, m. Lxx. Sym. παγίς, Lxx. item, βρόχος, Vulg. & alii, *laqueus*. Lxx. Aq. Sym. Theod. σκῶλον, Lxx. Sym. Theod. σκάνδαλον, Lxx. item, πρόσκομμα, alius, ἔγκομμα, Aq. προσκρουσις; προσπταισμα, Vulg. & alii, *scandalum*, *offendiculum*. Lxx. item, κοίλωμα *cavum*, *cavitas*, σφάλμα *error*, *lapsus*. Sym. item, πόρπη *fibula*. Alius, ἄτη *noxa*. Lxx. item adject. ἰξευτὴς *auceps*. Vulg. & alii item, *ruina*, *rete*, *tendicula*. Cum præfix. וּמוֹקֵשׁ & *laqueus*, & *tendicula*, לְמוֹקֵשׁ *in laqueum*, וּלְמוֹקֵשׁ & *in laqueum*. Plur. מוֹקְשִׁים & מֹקְשִׁים, *laquei*. Cum præf. בְּמוֹקְשִׁים *tendiculis*. Conſt. מוֹקְשֵׁי & מֹקְשֵׁי, *laquei*, *tendiculæ*. Cum præf. מִמֹּקְשֵׁי & מִמּוֹקְשֵׁי, *à laqueis*, *à tendiculis*. Plur. f. מֹקְשׁוֹת vide ſuo loco. R. יָקֹשׁ *illaqueavit*, *laqueum tetendit*.

מוֹר, מֹר, & ſequente Maqqâph ־מָר mor-, m. Lxx. Aq. σμύρνα, Vulg. & alii, *myrrha*. Lxx. item, κρόκος *crocus*, σάκτη *flacte*. Quidam *marum*, herba ſurculoſa & odorifera, de qua vide Dioſcor. lib. 3. c. 74. Plin. lib. 12. c. 24. Cum præf. וָמֹר & חֶמֶר, *myrrha*. Cum aff. מוֹרִי *myrrha mea*, c. R. מוֹר inuſit. in hac ſignificatione. Quidam reducunt ad מָרַר *amarum esse*, quod myrrha amara ſit.

מוּר QAL, unde HIPHIL הֵמִיר, Lxx. ἀλλάσσω, Vulg. & alii, *muto*, ἀλλαγ-

μεθ' ὃ ἐστι mutatio est, *τίθημι pono*, *ἀθετέω prævaricor*. Et passive, *ταράσσομαι turbor*, *καταμετρέομαι* (מָדַד ב׳) *mensuror*, *commensuror*, Ezech. 48. v. 14. Mich. 2. v. 4. ubi Vulg. cum aliis, *muto*, *commuto*.

PRAET. 3. p. f. m. הֵמִיר *mutavit*. Cum præfix. & (י) abundante inter ה & ם, aut potius antiqua vocali e τῷ ה, הַהֵימִיר, Jerem. 2. v. 11. *an mutavit?* pro (-) loco (·) sub ה interrogante, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 375. c. 2.

INFIN. הָמֵר *commutando*. Cum præfix. בְּהָמִיר *in mutando se*, *cum movebitur*, *cum turbabitur*.

FUT. 3. p. f. m. יָמֵר & יָמִיר, *mutabit*. Cum aff. יְמִירֶנּוּ *mutabit*, *commutabit illud*. 1. p. f. c. אָמִיר *mutabo*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיָמִירוּ *& mutarunt*.

מוֹרָא, מֹרָא, & cum ה pro א, מוֹרָה, m. Lxx. Theod. φόβος, Aq. φόβημα, Vulg. & alii, *timor*. Lxx. item, *τρόμος tremor*, *θαυμάσια mirabilia*, *ὅραμα* (legebant מַרְאֶה) *visio*. Et adject. *φοβερός terribilis*. Sym. item, *νόμος lex*, Psal. 9. v. 21. ubi legebat תּוֹרָה, vel referebat ad יָרָה, ex quo deducitur hoc nomen תּוֹרָה. Lxx. ibid. *νομοθέτης legislator*; legebant מוֹרֶה *doctor*, *legislator*. Aq. ibid. φόβημα, Theod. φόβος, S. Hier. *terror*. Sym. item, *νομοδότης legislator*, Psal. 75. Heb. 76. v. 13. Alii item, *reverentia*. Cum præf. הַמּוֹרָא *terror*, וּבְמֹרָא & וּבְמוֹרָא, *& in terrore*, לְמוֹרָא *terrori*, *terribili*, *timendo*. Cum præf. & aff. מוֹרָאוֹ *timor ejus*, m. מוֹרָאִי *timor meus*, *timor mei*, c. מוֹרַאֲכֶם *timor vester*, m. וּמוֹרַאֲכֶם *& timor vester*, *& timor vestri*, m. Plur. cum præf. וּבְמוֹרָאִים *& in*, vel *& cum terroribus*. Rad. יָרֵא *timuit*.

מוֹרַג vide infra in מֹרַג.

מוֹרָד m. Lxx. *κατάβασις*, Vulg. & alii, *descensus*, *καταφερής declivis*, Vulg. *præceps*, *pronus*, *ὁδὸς via*, in genere. Cum præf. בְּמוֹרָד & בְּמוֹרַד, *in declivi*, *in declive*. Const. & cum præf. בְּמוֹרַד *in declivi*, *in descensu*. R. יָרַד *descendit*.

מוֹרָד m. unde 3. Reg. 7. v. 29. מַעֲשֵׂה מוֹרָד, Lxx. *ἔργον καταβάσεως opus descensûs*. Vulg. periphrasticωs, *ex ære dependentia* (lora).

Alii, *opus bracteatum*, *ductile*, seu *malleo extensum*, non fusum. Rad. רָדַד *extendit*; sed forma est à יָרַד *descendit*.

מוֹרָה m. quia ה ponitur pro א, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 52. c. 1. Lxx. & alius, *ξυρόν*, Vulg. & alii, *novacula*. Lxx. item & Theod. *σίδηρος ferrum*, in genere. Aq. Jud. 13. v. 5. *φόβος timor*; referebat ad יָרֵא *timuit*. Vide supra in מוֹרָא. Cum præf. וּמוֹרָה *& novacula*. Rad. מוּר in Hiph. *mutavit*; unde *novacula*, inquiunt, quod caput aut faciem radendo immutet.

מוֹרָה *timor*, vide supra in מוֹרָא, col. præced.

FUT. 3. p. s. m. יִנְאַף *adulterabitur*. 3. p. s. f. cum præf. וַתִּנְאַף *& adulterabatur*. 2. p. s. m. in pausa, quæ mutavit (-) ultimæ in (ָ), תִּנְאָף *adulteraberis*. 3. p. pl. m. in pausa; quare א afficitur (ָ) pro (ֲ), וַיִּנְאָפוּ *& adulterati sunt*.

PIEL נִאֵף sine daghésch excidentis compensatione pro נִאֵּף, Lxx. μοιχάομαι, μοιχεύω, *adulteror*, &c. ut in Qal.

PRAET. 3. p. s. f. נִאֲפָה *adulterata est*, sine daghésch excidentis compensatione pro נִאֲּפָה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 2. Sic 3. p. pl. c. in pausa, quæ retinuit (ֵ), נִאֵפוּ *mœchatæ, adulteratæ sunt*.

BEN. s. m. מְנָאֵף, Lxx. μοιχὸς, Vulg. &

alii, *mœchus*, *adulter*. Fem. ex forma ה præcedente duplici (ִ), quorum prius ob pausam mutatur in (ֵ), מְנָאֶפֶת, Lxx. *μοιχαλίς*, Vulg. & alii, *adultera*. Cum præf. & in eadem pausa, הַמְנָאֶפֶת *adultera*, וּמְנָאֶפֶת & *adultera*. Plur. m. מְנָאֲפִים *adulteri*. Cum præf. וּבַמְנָאֲפִים & *contra adulteros*.

Fut. 3. p. pl. m. cum præfix. וַיְנַאֲפוּ vel sine daghésch excidentis compensatione וַיְנָאֲפוּ, & *adulterati sunt*. 3. p. pl. f. תְּנָאַפְנָה *adulterantur*.

נַאֲפוּפִים m. plur. à sing. inusit. נַאֲפוּף geminata tertia radicali, unde plur. cum præf. & aff. וְנַאֲפוּפֶיהָ, Ose. 2. v. 2. al. 4. Lxx. *καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς* & *adulterium*, Vulg. & alii, & *adulteria ejus*, f. Rad. נָאַף *mœchatus*, *adulteratus est*.

נִאֻפִים m. plur. à sing. inusit. נִאֻף, Vulg. & alii, *adulteria*. Lxx. Verbal. *μοιχεύεται adulterantur*. Cum aff. נִאֻפַיִךְ, Jerem. 13. v. 27. Lxx. Vatic. & Complut. *ἡ μοιχεία σου adulterium tuum*, f. Ald. *αἱ μοιχεῖαι*, Vulg. & alii, *adulteria tua*, f. Rad. נָאַף *mœchatus*, *adulteratus est*.

נָאַץ QAL. Lxx. *ἀθετέω abrogo*, *irritum facio*, *ἀπωθέω abjicio*, *ἐκκλίνω declino*, *μυκτηρίζω subsanno*, *παροξύνω* (sic etiam Sym. & Theod.) *exacerbo*, *irrito*. Aq. *διασύρω detraho*. Alii item, *sperno*, *contemno*, *floccifacio*, *parvipendo*.

Præt. 3. p. f. m. נָאַץ *contempsit*. 3. p. pl. c. נָאֲצוּ, & in pausa נָאָצוּ *contempserunt*.

Fut. 3. p. f. m. יִנְאַץ in forma perfecta, *contemnet*. Sic cum præf. וַיִּנְאַץ, & in pausa וַיִּנְאָץ, & *contempsit*. 2. p. f. m. תִּנְאַץ *contemnas*. 3. p. pl. m. in pausa; quare א afficitur (ָ) pro (ֲ), & cum ן parag. יִנְאָצוּן *contempserunt*.

PIEL נִאֵץ sine daghésch excidentis compensatione, pro נִאֵּץ, quod in toto præterito perseverat, Lxx. *παροργίζω*, Lxx. Sym. *παροξύνω*, *irrito*, *exacerbo*. Sym. item, *βλασφημεῖν ποιέω blasphemare facio*, *ἀτιμαλίζω vitupero*, *ignominia afficio*. Aq. *διασύρω detrabo*, ut in Qal. Alii item, *sperno*, *contemno*, ut in eadem conjugatione Qal.

Præt. 3. p. f. m. נִאֵץ *irritat*, *exacerbat*. Vide pro daghésch excidente non com-

pensato Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 1. 2. p. f. m. נִאַצְתָּ *irritasti*. 3. p. pl. c. נִאֲצוּ, & in pausa נִאֵצוּ *irritarunt*, *provocarunt*, *contempserunt*. Cum præf. & aff. וְנִאֲצוּנִי & *irritaverunt me*, c.

Ben. pl. m. cum præf. & aff. מְנַאֲצַי *irritantes me*, c. לִמְנַאֲצַי *irritantibus*, *spernentibus me*, c. מְנַאֲצַיִךְ in pausa, *irritantes te*, f.

Infin. ex forma Præteriti, & sine dagh. ejecti compensatione, נִאֵץ, 2. Reg. 12. v. 14. *irritando*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 177. c. 1.

Fut. 3. p. f. m. יְנַאֵץ *irritat*, *irritabit*. 3. p. pl. m. cum aff. & (ְ) pro (ּ), יְנַאֲצֻנִי *irritabunt me*, c.

HITHPAEL הִתְנָאֵץ, unde Ben. f. m. compositum partim ex hac conjugatione, cujus ה resecatur, compensaturque per dagh. in prima radicali, partim ex Ben. Pual, מְנֹאָץ, Isai. 52. v. 5. pro מִתְנָאֵץ in Hithpael, aut מְנֹאָץ in Paoul Pual, vide Gram. Heb. t. 1. p. 191. c. 1. Lxx. Verbal. *βλασφημεῖται*, Vulg. *blasphematur*. Alii, *spretum*, *contemtum* est nomen meum.

נְאָצוֹת, & cum (ְ) euphonico sub נ loco (ֲ) ob aliud (ֲ) sub א, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 391. col. 1.

נֶאָצוֹת; denique in alia forma

נֶאָצָה, f. Lxx. *βλασφημία*, Vulg. *blasphemia*, *ὀργή ira*, *παροξυσμός irritatio*, *exacerbatio*, *provocatio ad iram*. Vulg. item, *opprobrium*. Alii item, *contumelia*. Cum præf. וּנְאָצָה & *irritatio*, & *contumelia*, & *blasphemia*. Plur. נֶאָצוֹת *contumeliæ*. Cum aff. נֶאָצוֹתֶיךָ *contumeliæ tuæ*, m. R. נָאַץ *irritavit*, *blasphemavit*, & in Piel *contumelia affecit*.

נָאַק QAL, unde 3. p. f. m. Præt. cum præf. וְנָאַק, Ezech. 30. v. 24. Lxx. *καὶ προνομεύσει* & *prædabitur*. Vulg. in plur. & *gement*; referebat ad אָנַק, quod vide supra col. 123. quodque idem est ac præsens נָאַק, trajectis literis א & נ. Vel etiam legebat וְאָנַק. Alii, & *clamabit*, & *vociferabitur*, & *gemet*.

Fut. 3. p. pl. m. in pausa; quare א afficitur (ָ) loco (ֲ), יִנְאָקוּ, Job. 24. v. 12. Lxx. *ἐξεβλήθησαν ejecti sunt*. Vulg. *gemere fecerunt*. Alii, *clamabunt*, *exclamabunt*, *vociferabuntur*.

נְאָקָה f. Lxx. στεναγμὸς, Aq. Sym. οἰμωγὴ, Vulg. & alii, *gemitus*. Lxx. item, προνομὴ *preda*, Ezech. 30. v. 24. Alii item, *clamor*, *vociferatio*. Hinc conſt. נַאֲקַת *clamor*, *gemitus*. Cum præf. & aff. נַאֲקָתָם *clamor*, *gemitus eorum*, מִנַּאֲקָתָם *à clamore eorum*. Plur. conſt. נַאֲקוֹת *clamores*, *gemitus*. Rad. נָאַק *clamavit*, *vociferatus eſt*.

נָאַר QAL, unde PIEL נִאֵר, 3. p. ſ. m. PRAET. ſine dagh. excidentis compenſatione, Thren. 2. v. 7. Lxx. ἀπετίναξεν *excuſſit*. Vulg. *maledixit*; referebat ad אָרַר quod vide ſupra col. 158. Alii, *deteſtatus*, *execratus eſt*. 2. p. ſ. m. cum ה expreſſo in fine, & compenſato dagh. נֵאַרְתָּה, Pſal. 88. Heb. 89. v. 40. Lxx. κατέστρεψας, Vulg. Lat. *evertiſti*. Sym. εἰς κατάραν ἔδωκας *in maledictionem dediſti*; referebat ad אָרַר. S. Hieron. *attenuaſti*. Alii, *deteſtatus es*.

נֹב Maſſ. Νόν, Vulg. *Nób*, nomen propr. urbis quæ cum *Anathoth* & *Ananiah* jungitur, Nehem. 11. v. 32. Verùm in ſerie urbium ſacerdotalium non recenſetur. Vide Palæſtinam Doctiſſ. Relandi, pp. 164. & 911. Etym. *fructum producens*, à נוּב *fructum producere*.

נֹב Maſſ. Νόν, Vulg. *Nobe*, nomen propr. civitatis in Tribu Dan, vel Benjamin, Iſai. 10. v. 32. ſed eadem eſſe, ac præcedens, videtur, maxime ex conjunctione τῆς *Anathoth*. Etym. eadem.

נָבָא QAL, unde NIPHAL, vel ſecundum alios PIEL, נִבָּא, Lxx. Aq. Sym. Theod. προφητεύω, Vulg. & alii, *propheto*, *vaticinor*, *futura prædico*. Lxx. item, ἀνακρούομαι *pulſo*, 1. Paral. 25. v. 3. ἀποφθέγγομαι *eloquor*, ibid. v. 2. Alii item, *prædico*, *as*, *concionor*, *concionem habeo*, *voluntatem alterius enuntio*, *interpretor*, Dei laudes *hymnis*, &c. *celebro*. Conſtruitur cum לְ, אֶל־, & עַל.

PRAET. 3. p. ſ. m. נִבָּא *prophetavit*. Cum præf. ה pro שֶׁ vel אֲשֶׁר, הַנִּבָּא *qui prophetat*. 2. p. ſ. m. נִבֵּאתָ, & ex forma quieſc. Lam. ה, נִבֵּיתָ *prophetaſti*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 275. c. 2. fin. Cum præf. וְנִבֵּאתָ *&* *prophetabis*. 1. p. ſ. c. cum præf. וְנִבֵּאתִי *&* *prophetavi*. 3. p. pl. c. נִבְּאוּ, & in pauſa נִבָּאוּ, *prophetarunt*. Cum præfix. וְנִבְּאוּ *&* *prophetarunt*.

BEN. ſ. m. נִבָּא, Lxx. προφήτης *propheta*. Alii, *prophetans*. Plur. m. נִבְּאִים cum (ּ) pro (ּ) accelerandæ pronuntiationis gratia, *prophetantes*. Cum præfix. הַנִּבְּאִים & הַנִּבְּאִים, *prophetantes*, *qui prophetant*. Conſt. נִבְּאֵי *prophetantes*.

INFIN. cum præf. לְהִנָּבֵא *ad prophetandum*. Cum præf. & aff. כְּהִנָּבְאוֹ, & ex forma quieſc. Lam. ה, ſed retento א per hhólem deficiens movendo, כְּהִנָּבְאֹתוֹ, *in prophetando eo*, *cum prophetaret*, ſeu *prophetaverit ille*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 275. & 355 c. 2. בְּהִנָּבְאִי *in prophetare me*, c. *cum prophetarem*, כְּהִנָּבְאִי *ſecundum prophetare me*, c. *cum prophetarem*.

IMPER. 2. p. ſ. m. הִנָּבֵא *propheta*. Cum præf. וְהִנָּבֵא *&* *propheta*.

FUT. 3. p. ſ. m. יִנָּבֵא *prophetabit*. Cum præf. וַיִּנָּבֵא *&* *prophetavit*. 2. p. ſ. m. תִּנָּבֵא *prophetabis*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּנָּבְאוּ *&* *prophetarunt*. 2. p. pl. m. תִּנָּבְאוּ *prophetabitis*.

HITHPAEL הִתְנַבֵּא vel הִתְנַבָּא, & Chald. הִתְנַבִּי, Lxx. προφητεύω, Vulg. & alii, *propheto*, *vaticinor*, ut in Qal. Lxx. item, λαλέω *loquor*. Alii item, *prophetam me ſimulo*, *fingo me eſſe prophetam*, *ſpiritu proprio*, *non Divino*, *vaticinor*.

PRAET. 3. p. ſ. m. Chald. cum præf. וְהִתְנַבִּי, Eſd. 5. v. 1. *&* *prophetavit*. 2. p. ſ. m. cum præf. & ex forma quieſc. Lam. ה, וְהִתְנַבִּיתָ *&* *prophetabis*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 280. c. 1. 1. p. ſ. c. cum præf. & ſublata characteriſtica litera ה, eaque per dagh. forte in נ compenſata, וְנִבֵּאתִי pro וְהִתְנַבֵּאתִי, *&* *prophetavi*. Vide eand. Gram. ibid. c. 2. 3. p. pl. c cum eadem ſyncopa, וְנִבְּאוּ pro הִתְנַבְּאוּ, *prophetarunt*.

BEN. ſ. m. מִתְנַבֵּא *prophetans*. Cum præf. וּמִתְנַבֵּא *&* *prophetans*. Cum præf. ה, vices pronominis relativi ſupplente, vide Gram. Heb. t. 1. p. 422. can. 2. הַמִּתְנַבֵּא *qui prophetat*. Pl. m. מִתְנַבְּאִים *prophetantes*. Pl. f. cum præf. ה pro שֶׁ, vel אֲשֶׁר, vide eand. Gram. ibid. הַמִּתְנַבְּאוֹת *quæ prophetant* (de corde ſuo) ſeu ſpiritu proprio, non divino.

INFIN.

Infin. cum præf. & ex forma quiesc. Lamedh ה, מִתְנַבְּאוֹת *à prophetando.* Vide Gram. Heb. tom. I. p. 280. c. I.

Fut. 3. p. f. m. יִתְנַבֵּא *prophetabit.* Cum præf. וַיִּתְנַבֵּא *& prophetavit.* 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּתְנַבְּאוּ *& prophetarunt.*

נֹבֶה Mass. *Nóveh*, Vulg. *Nobe*, nomen proprium urbis, I. Reg. 22. v. 9. Doctiss. Relando eadem est ac Nob quæ cum Anathoth & Ananiah jungitur. Vide supra col. 1247. cum ejus etymologia.

נִבְהָלָה f. à f. m. נִבְהָל, Lxx. σπουδὴ, Aq. καταπτόησις, Sym. ἔπειξις, Vulg. & alii, *festinatio*, Soph. I. v. 18. R. בָּהַל in Niphal, *turbatus, præceps fuit, festinavit*, cujus נִבְהָלָה est Benoni f. f.

נְבוֹ Mass. *Nevó*, Vulg. *Nabo*, nomen propr. I°. civitatis in terra Moab, in Tribu Ruben, Jerem. 48. v. 22. quam ædificaverunt filii Ruben, Num. 32. v. 38. Videtur & alia fuisse in Tribu Juda, Esd. 2. v. 29. Nehem. 7. v. 33. Vide Palæstinam doctiss. Relandi, tom. 2. p. 908. 2°. montis cujusdam in eadem terra, Isai. 15. v. 2. qui alias Abarim dicitur. 3°. idoli, Isai. 46. v. I. quod à Sym. dicitur Νεβὼς *Nebus.* Idem forte ac *Nvóu* Syrorum, de quo infra. Etym. *prophetia, eloquutio;* à נָבָא in Niphal, *propheto, eloquor.*

נְבוֹ Mass. *Nevó*, Vulg. *Nebo*, nomen proprium I°. urbis, ac montis terræ Moabitarum supra Jordanem, contra Jerichuntem in sorte Tribus Ruben, Num. 32. v. 3. Deut. 32. v. 49. I. Paral. 5. v. 8. 2°. viri cujusdam, Esd. 2. v. 29. & c. 10. v. 43. Vide nom. præced. cum ejus etymol.

נְבוּ Mass. *Nevóu*, Vulg. *Nabú*, nomen proprium I°. unius è principibus regis Babylonis, Jerem. 39. v. 3. 2°. apud Syros, (si Edmundo Castello, Lexici heptaglotti autori, credimus) Mercurii. Etym. eadem ac nominis præced. scilicet, à נָבָא, Heb. Chald. ac Syris, *propheto, eloquor.* Sic porrò Mercurius, Deorum Nuncius, à verbo Hebræo נָבָא, vel potius Syriaco, נבא *eloquor*, Syris diceretur *Nvóu*; ut Græcis à verbo ἔιρω *dico, nuncio*, dicitur ΕΡΜΗΣ.

נְבוּאָה f. ab inusit. נָבוּא, Lxx. λόγοι *sermones.* Ms. Cantabrigiensis, λόγος *sermo.* Lxx. item, & Hexapl. προφητεία, Vulg. & alii, *prophetia, vaticinium.* Cum præfix. הַנְּבוּאָה *prophetia*, וְהַנְּבוּאָה *& prophetia.* Const. נְבוּאַת *prophetia.* Chald. cum præf. בִּנְבוּאַת *in prophetia.* Rad. נָבָא in Niphal, *propheto, vaticinor, prædico, eloquor, prædico, as, concionor*, &c.

נָבוּב m. Lxx. ἄλλως *temerè.* Sym. διακενῶς *in vanum.* Vulg. *vanus.* Alii, *concavus, vacuus, evacuatus.* Const. נְבוּב *vacuus.* R. נוּב inusit. cujus secundum Qimhhi & alios est Benoni Niphal, cum (ו) loco (י).

נְבוּזַרְאֲדָן Mass. *Nevóuzaradán*, Vulg. *Nabuzardán*, nom. proprium principis exercitus regis Babyloniorum, 4. Reg. 25. v. 8. Etym. *Mercurius loricarum*, h. e. militum loricatorum, seu *lorica armatorum*, per metonymiam accidentis pro subjecto; à נְבוּ, vel potius Syriaco, נבו *Nvóu, Mercurius*, quod vide supra col. præced. & à voce item Syriaca, זרדא zardó, *lorica*, unde plur. ex forma simplici זרדן *zardón*: sic נבוזרדן *Nvóuzardón*, ut legitur apud Syros.

נְבוּכַדְנֶאצַּר vel נְבוּכַדְרֶאצַּר, Mass. *Nevóuchadnetsisár*, vel *Nevóuchadnetsisár*, Vulg. *Nabúchodonosór*, nom. propr. regis Babyloniorum, 4. Reg. 24. v. 10. Etym. *Mercurius cum loquitur*, sive *Mercurius loquens;* à Syriaco נבו *Nvóu*, quod vide supra col. præced. ab adverbio temporis indeterminati Syriaco, כד *cum, quum, quando*, & à verbo item Syriaco נצר *eloquor;* unde Benoni f. m. נצר, vel propter tisch ult. radicalem, נבוכדנצר *eloquens:* sic נבוכדנצר *Nvóuchadnotsár*, ut legitur apud Syros.

נְבוּשַׁזְבָּן Mass. *Nevóushazbán*, Vulg. *Nabusezbán*, nomen proprium unius ex optimatibus regis Babylonis, Jerem. 39. v. 13. Etym. *Mercurius liberans*, sive *eripiens;* à Syriaco נבו *Nvóu*, quod vide supra col. præced. & à verbo item Syriaco שזב, pro Ithpael אשתזב *eruit, liberavit, eripuit;* unde verbale cum א emphatico, שזובא *schézovbonó*, vel *schézbonó;* & ablato א emphatico, quod articuli munere

fungens nomini proprio non competit, שׁוֹבְן ſchavzbón, vel ſchazbón, *liberator*, ſive *liberans*, *eripiens*: ſic נבוּשׁוּבָן *Nvóuſchazbón*, ut apud Syros legitur.

נָבוֹת Maſſ. *Navóth*, Vulg. *Naboth*, nomen propr. viri, 3. Reg. 21. v. 3. Etym. *germinans*; à verbo Arabico, נָבַת *germinavit*.

נְבוּבַת, aut cum (ְ hhatoúph) ſub ב prima radicali, quæ poſt ſecundam geminatur,

נְבִזְבָּה nevozbah, f. Chald. unde cum præf. וּנְבִזְבָּה, Dan. 2. v. 6. Lxx. in plur. καὶ δωρεὰς, Vulg. *& dona*. Alii, *& honorarium*, *premium*, *largitio*. Plur. cum præf. affix. & mutata tertia radic. ה in (י), vide Gram. Heb. t. 2. p. 582. c. 1. וּנְבִזְבְּיָתָךְ ounevozbeiatach, vel וּנְבִזְבְּיָתָךְ, Dan. 5. v. 17. *& honorariæ tuæ*, m. R. בָּזָה *ſprevit*, profuſiores enim largitiones ſunt quidam veluti bonorum deſpectus.

נָבַח QAL, unde INFIN. cum præf. לִנְבֹּחַ, Iſai. 56. v. 10. Lxx. ὑλακτεῖν, Vulg. & alii, *latrare*, *allatrare*, *clamare*....Verbum onomato-poieticum, ut Gr. βοάω, βῶω, & Lat. *boo*, ex Hebraico per aphæreſin deducta.

נֹבַח Maſſ. *Nóvahh*, Vulg. *Nobe*, Alii *Nobach*, nomen proprium 1°. urbis trans Jordanem, in Tribu Manaſſe, à Nobacho ſic dictæ, antea Canath appellatæ, Num. 32. v. 42. 2°. loci deſerti in Tribu Gad, Jud. 8. v. 11. Etym. *latrans*, vel *latratus*; à verbo præced.

נִבְחַז Maſſ. *Nivhház*, Vulg. *Nebahaz*, nom. propr. idoli Hevæorum, 4. Reg. 17. v. 31. Etym. *prophetiâ excelluit*; à נָבָא *prophetavit*, & חָזָה inuſit. Heb. Arab. *excelluit*.

נָבַט QAL, unde NIPHAL, aliis PIEL, 3. p. ſ. m. PRAET. cum præf. וְנִבַּט, Iſai. 5. v. 30. Lxx mutato numero, καὶ ἐμβλέψονται *& intuebuntur*, *inſpicient* Vulg. mutata perſona, ac conjunctione non lecta, aut neglecta, *aſpiciemus*. Alii, *& intuebitur*.

HIPHIL הִבִּיט, Lxx. Aq. Theod. ἐπιβλέπω, Sym. ἐποπτεύω, ἀποβλέπω, Lxx. item, ἐπιβλέπω, ἐφοράω, Vulg. & alii, *intueor*, *aſpicio*, *inſpicio*, *reſpicio*, ἀναβλέπω, Vulg. *ſuſpicio*, καταβλέπω *deſpicio*. Lxx. εἶμι, Vulg. *ſum*. Lxx. ac Theod. κατανοέω, Vulg. & alii, *conſidero*, *animadverto*, *attendo*. Alii item, *oculis perluſtro*, *partem anteriorem à capite uſque ad ventrem inclino ad intuendum aliquid*; *intueri aliquem cum fiducia ut ab eo adjuvemur* Ex uſu Chaldaico, *progermino*, *prodeo*, *repullulo*, *obſervo*, *colo*, &c. Lxx. denique, βλέπω, εἴδω (Sym. ὁράομαι) *video*, σκοπεύω *ſpeculor*, ἀποστρέφω *averto*, ἐπιστρέφω *inverto*, *revertor*, προσέρχομαι *advenio*, *accedo*.

PRAET. 3. p. ſ. m. הִבִּיט *intuitus eſt*. Cum præf. וְהִבִּיט *& intuitus fuit*. 2. p. ſ. m. cum præf. וְהִבַּטְתָּ *& intuitus fueris*. 3. p. pl. c. הִבִּיטוּ *intuiti ſunt*. Cum præf. וְהִבִּיטוּ *& intuebantur*. 2. p. pl. m. הִבַּטְתֶּם *intuemini*.

BEN. ſ. m. cum præfix. מַבִּיט *intuens*.

INFIN. הַבִּיט *intuendo*. Cum præf. וְהַבִּיט *& intueri*, לְהַבִּיט *intueri*, מֵהַבִּיט *ab intuendo*, *quod*, vel *ne intueretur*. Cum præf. & aff. בְּהַבִּיטִי *in intueri me*, h. e. *dum intuerer ego*, c. לְהַבִּיטָם *intueri eos*.

IMPER. 2. p. ſ. m. הַבֵּט, cum (י) indice הַבִּיט, (ִ), הַבִּיט, & (ֵ) in (ֶ) ob Maqqaph mutato, הַבֶּט־, *intuere*, *reſpice*. Cum præf. וְהַבֵּט *& intuere* Cum ה paragog. הַבִּיטָה *intuere*. Cum præfix. וְהַבִּיטָה *& intuere*. 2. p. pl. m. הַבִּיטוּ *intuemini*. Cum præf. וְהַבִּיטוּ *& intuemini*.

FUT. 3. p. ſ. m. יַבִּיט *intuebitur*. Cum præf. & ex forma (ֵ), וַיַּבֵּט *& intuitus eſt*. 3. p. ſ. f. cum præf. וַתַּבֵּט *& reſpexit*. 2. p. ſ. m. תַּבִּיט & תַּבֵּט, *intueberis*. Cum præf. וַתַּבֵּט *& reſpexiſti*. 1. p. ſ. c. אַבִּיט *intuebor*. Cum præf. וָאַבִּיט *& reſpexi*. Cum ה parag. וְאַבִּיטָה *& intuebor*. 3. p. pl. m. יַבִּיטוּ *intuebuntur*.

נְבָט Maſſ. *Neváth*, Vulg. *Nabáth*, nomen proprium patris Jeroboam, ſervi Salomonis, 3. Reg. 11. v. 26. Etym. *obſervans*, *colens*; à נְבַט Chald. *obſervavit*, *coluit*.

נָבִיא m. Lxx. προφήτης *propheta*, *vates*, ſæpe, ψευδοπροφήτης *pſeudo-propheta*, ſeu *falſus-propheta*. Sic Vulg. & alii fere omnes. Aq. & Sym. προφητεύων *prophetans*. R. Salom. eſt *orator*, *præco eloquens*; concionem habens ad populum, qui Gallice dicitur: *Prédicateur*, prædicator vulgò. R. vero Aben-Eſræ נָבִיא proprie dicitur is, cui

Deus arcana revelat. Cum præf. וְנָבִיא *& propheta*, הַנָּבִיא *propheta*, וְהַנָּבִיא *& propheta*, לַנָּבִיא & לְנָבִיא, וּבְנָבִיא *& per prophetam*, *propheta*, *in & ad prophetam*, מִנָּבִיא *à propheta*, וּמִנָּבִיא *& à propheta*. Cum aff. נְבִיאֶךָ in pausa, *propheta tuus*, m. נְבִיאֲכֶם *propheta vester*, m. Plur. m. נְבִיאִים, & cum (··) loco (׳) sub ב, נְבִאִים *prophetæ*. Cum voce præced. קֶשֶׁר, Lxx. οἱ ἀφηγούμενοι *duces, principes*. Vulg. & alii, *conjuratio prophetarum*. Cum præf. הַנְּבִיאִים & הַנְּבָאִים, *prophetæ*, וְהַנְּבִיאִים *& prophetæ*, מֵהַנְּבִיאִים *à prophetis*, בַּנְּבִיאִים *in prophetis*, *inter prophetas*, לַנְּבִיאִים *propter prophetas*, לִנְבִאִים *in prophetas*. Const. נְבִיאֵי *prophetæ*. Cum præf. וּנְבִיאֵי *& prophetæ*, וּבִנְבִיאֵי *& in prophetis*, לִנְבִיאֵי *ad prophetas*, מִנְּבִיאֵי *à prophetis*. Cum præf. & aff. נְבִיאָיו *prophetæ ejus*, m. בִּנְבִיאָיו *in prophetis ejus*, m. נְבִיאֶיהָ *prophetæ ejus*, f. וּנְבִיאֶיהָ *& prophetæ ejus*, f. נְבִיאַיִךְ *prophetæ tui*, m. נְבִיאַיִךְ *prophetæ tui*, f. וּבִנְבִיאַי *& prophetis meis*, c. וְלִנְבִיאַי *& prophetis meis*, c. וּנְבִיאֵיהֶם *& prophetæ eorum*, נְבִיאֵיכֶם *prophetæ vestri*, m. וְלִנְבִיאֵינוּ *& prophetis nostris*, c. R. נָבָא in Niphal, *prophetavit*.

נְבִיאָה f. Lxx. Hexapl. προφῆτις, Vulg. & alii, *prophetissa*. Cum præfix. הַנְּבִיאָה *prophetissa*, à nom. præced.

נְבִיאָה m. Chald. emphat. cum ה in fine loco א, ne duo א sese proxime consequantur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 572. c. 1. Lxx. προφήτης, Vulg. & alii, *propheta*. Plur. emphat. נְבִיאַיָּא & נְבִיאַיָּה, *prophetæ*; à simplici inusit. נְבִיא, cujus R. נְבָא vel נְבָי, in Hithpael, *prophetavit*.

נְבָיוֹת Mass. *Nevaióth*, Vulg. *Nabaióth*, nomen propr. filii Ismaëlis, Gen. 25. v. 13. Ab eo dicta est terra Nabathæa, uti ab eo nomen sortiti sunt Ναβαταῖοι *Nabatæi*, seu *Nabatæi*. Etym. eadem ac nominum præced. נְבוֹ vel נְבָט. Vide ibi.

נִבְכַדְנֶאצַּר, vide in נְבוּכַדְנֶאצַּר, supra col. 1250.

נָבַל QAL. Lxx. Sym. πίπτω *cado*. Aq. ἀποῤῥέω, S. Hieron. *defluo*, Isai. 34. v. 4. Lxx. item, ἀποῤῥυήσεται, Vulg. Lat. *defluo*. Aq. item, ἀποπίπτω *decido*, Psal. 1. v. 3. Sym. item & Theod. καταῤῥιφήσονται *dejicior*, Isai. 24. v. 4. Lxx. item, ἀποβάλλω, ἀποῤῥίπτω, *abjicio*, *dejicio*, ἀποπίπτω, διαπίπτω, *decido*, ἀποῤῥέω, καταῤῥέω, *defluo*, ἐκρέω *effluo*, ἐκπίπτω *excido*, καταφθείρω *corrumpo*, παλαιόω *antiquo*, *inveterasco*, אֻמְלַל נָבֵל conjunctim, φθείρομαι *corrumpor*, προΐημι, *præmitto*, *immitto*. Vulg. & alii, *cado*, *decido*, *concido*; & de emarcidis, ac flaccidis proprie dicitur; unde *emarcescere*, *flaccescere*. Item, *stultescere*, *stulte agere* à nomine sequente, hinc derivato.

PRAET. 3. p. s. m. נָבֵל *decidit*. 3. p. s. f. נָבְלָה *concidit*. 2. p. s. m. נָבַלְתָּ, Prov. 30. v. 32. Lxx. (ἐὰν) προῇ σεαυτὸν (si) *stolide efferas temetipsum*. Theod. (εἰ) ἠφρόνησας (si) *stulte egisti*. Vulg. metaphrasticωs, *est qui stultus apparuit*, postquam elevatus est in sublime. Alii, (si) *cecidisti*, aut *cecideris*.

BEN. s. m. נֹבֵל *cadens*. Fem. ex forma ה, præcedente duplici (ֶ), נֹבֶלֶת *decidens*. Cum præf. וּכְנֹבֶלֶת *& sicut decidens*, *quæ decidit*.

INFIN. ex forma absoluta, נָבֹל, Lxx. substantive, φθορὰ *corruptio*. Alii, *decidendo*, *decidere*. Cum præfix. כִּנְבֹל *juxta decidere*, *sicut decidit*.

FUT. 3. p. s. m. ex forma imperfecta & terminatione hhólem, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 201. c. 1. יִבּוֹל *decidet*. 2. p. s. m. תִּבֹּל *decides*. 3. p. plur. m. in pausa, quæ hhólem primariæ vocis revocavit, יִבֹּלוּ, & cum ן parag. יִבֹּלוּן *decident*.

PIEL נִבֵּל, Lxx. Vatic. ἀποῤῥίπτω, ms. Alex. ἐπιῤῥίπτω, *projicio*, *injicio*. Complut. ἀποστρέφω, *converto*, *retrò ago*. Lxx. ἀφίστημι, Vulg. *recedo*, ἀπόλλυμι *perdo*, ἀτιμάζω, Vulg. & alii, *contumeliam facio*, *vilipendo*, *turpitudine afficio*.

PRAET. 1. p. s. c. cum præf. & affix. וְנִבַּלְתִּיךְ, Nah. 3. v. 6. Lxx. hîc paraphrastas agunt, & sensum, non verbum exprimunt. Vulg. & alii, *contumeliis te afficiam*, *vilipendere te faciam*, f.

BEN. s. m. מְנַבֵּל *turpitudine afficiens*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיְנַבֵּל *& vilipendit*. 2. p. s. m. תְּנַבֵּל *vilipendito*.

HIPHIL הִבִּיל, unde 1. p. pl. c. FUTURI cum præf. & (ָ) sub characteristica loco (ַ) & dagh. ac correpto (ָ) in (ַ).

ob accentum vi (ו) convertentis retractum, וְנָבֵל pro וְנָבֵל, & *decidimus*, & *defluximus*. Vide Gram. Heb. tom. I. p. 206. c. 2. init. Posset esse 1. p. pl. c. Futuri Niphal contracta pro וַנִּנָּבֵל.

נָבָל m. Lxx. Sym. μωρὸς *stultus*, ἄφρων *insipiens*. Aq. ἀπόρρεων *effluens*. Theod. ἀναίσθητος *sine sensu*. Lxx. item, ἀπαίδευτος *ineruditus*, ἀσύνετος *imprudens*. Sic Vulg. & alii item, *fatuus*, *insipidus*, *flagitiosus*, cui ratio & mens concidit ut stulte, vel turpiter agat. Cum præf. וְנָבָל & *stultus*, לְנָבָל *stulto*. Plur. m. cum præf. הַנְּבָלִים *stulti*. Fem. cum præf. הַנְּבָלוֹת *stultæ*. R. נָבַל *concidere*, & ex hoc nomine, *stultescere*, *stulte agere*.

נָבָל Mass. Ναβάλ, Vulg. *Nabal*, nom. proprium viri, cujus uxor Abigail dicebatur, 1. Reg. 25. vv. 3. 19. Etym. *stultus*, ut ibidem v. 25. uxor fatetur ipsa; à נָבָל idem.

נֵבֶל & נֶבֶל, m. Lxx. Sym. Hebræo servato nomine, νέβελ *nebel*, *uter*, *lagena*, 1. Reg. 1. v. 24. Aq. ἀμφορεύς, Vulg. *amphora*, ibid. & alibi. Lxx. ἀγγεῖον *vas*. Lxx. Sym. ἀσκός, Vulg. *uter*. Lxx. item, κεράμιον vel κεράμιον, Vulg. *lagunculа*, *vasculum*, *vas fictile*, sic recentiores; item, *pluvia*, *nubes*, *defluxus*. Cum præf. וְנֵבֶל & *utre*, וְנֵבֶל & *uter*. Plur. const. נִבְלֵי, Lxx. νέφη *nubes*. Vulg. *concentus*. Alii, *utres*, *defluxus*, *pluviæ*, Job. 38. v. 37. Cum præf. וְנִבְלֵי & *defluxus*, לְנִבְלֵי *pro lagenis*. Cum præf. & aff. וְנִבְלֵיהֶם & *utres eorum*. R. נָבַל *concidere*, forte sic dictum, quod ex pellibus factum, vacuum concideret vel consideret.

נֵבֶל, נֶבֶל, & in pausa נָבֶל, m. Lxx. Aq. Sym. νάβλα, νάβλα, *nabla*, *nablium*, legitur & ναῦλα, ναῦλα, Psal. 150. v. 3. & ναῦλ &, ex commutatione scilicet τῆ β in υ, Græcis librariis familiari Lxx. item, ψαλμὸς *psalmus*, ψαλτήριον, Vulg. *psalterium*, κιθάρα, Vulg. *cithara*, *lyra*, ὄργανον *instrumentum*, ἐυφροσύνη *lætitia*, Judæi Germani *panduram*. Alii, *psalterium*, *lyram*, *chorum*, *fistulam utricularem*, &c. interpretantur. Joseph. lib. 7. 12. Antiq. ait: duodecim chordas habuisse, & tangi consuevisse digitis. Alii item, *uter*, *lagena*. Cum præf.

וְנֵבֶל & *nablium*. Pro (ֵ) sub (ו) loco (ְ), vide Gram. Heb. t. I. p. 385. c. 2. הַנֵּבֶל, & in pausa הַנָּבֶל, *nablium*, בְּנֵבֶל *nablio*. Plur. וּנְבָלִים & נְבָלִים *nable*, *nablia*. Cum præf. הַנְּבָלִים *nablia*, הַנְּבָלִים, Isai. 22. v. 24. Lxx. Verbaliter, ἐπικρέμασαι, Vulg. *suspendeo*. Alii, *nablia*, וּבִנְבָלִים בִּנְבָלִים *nabliis* & *nabliis*. Cum aff. נְבָלֶיךָ *nabliorum tuorum*, m. à voce præced. נֵבֶל vel נֶבֶל, *uter*, cujus videlicet formam habebat.

נְבָלָה f. Lxx. ἀνόμημα, ἀτιμία, *nefas*, *iniquitas*, ἀφροσύνη *insipientia*, ἄσχημον *indecorum*, *turpe*, μωρὸν *stultum*, *stulte*. Præcedenti hoc Verbo עָשָׂה *facio*, sic: עָשָׂה נְבָלָה, ἀπώλεια *perdo*. Aq. Participialiter, ἀπορρέων *effluens*, Job. 2. v. 10. item substantive, ἀπόρρευσις *defluxus*, 1. Reg. 25. v. 25. Vulg. *res fœda*, *nefas*, *scelus*, *grande piaculum*. Vulg. item & alii, *stultitia*, *flagitium*, *fœditas*, *turpitudo*. Adject. *stulta*, *flagitiosa*. Cum præf. וּנְבָלָה & *stultitiis*, הַנְּבָלָה *stultitiis*; à nomine נָבָל *stultus*, *flagitiosus*, cujus Rad. נָבַל *concidere*, *stulte agere*.

נְבֵלָה f. Lxx. θνησιμαῖον, Aq. νεκριμαῖον, Vulg. *cadaver*, Deut. 14. v. 8. Lxx. item, νεκρὸς *mortuus*, σῶμα *corpus* exanime. Aq. item & Sym. ἀπόπτωμα *lapsus*, sive quod cadit. Vulg. item & alii, *morticinum*, *mortuus*, *cadaver*. & dicitur tam de hominis quam de bestiæ cadavere. Cum præf. וּנְבֵלָה & *cadaver*, הַנְּבֵלָה *cadaver*. Const. נִבְלַת, quasi à נִבְלָה, *cadaver*. Cum præf. בְּנִבְלַת *in cadaver*. Cum præf. & affix. נִבְלָתוֹ *cadaver ejus*, m. וְנִבְלָתוֹ & *cadaver ejus*, m. נִבְלָתָהּ *cadaver ejus*, f. בְּנִבְלָתָהּ *in cadaver ejus*, f. מִנִּבְלָתָהּ *de cadavere ejus*, f. נִבְלָתְךָ *cadaver tuum*, m. Ex forma נִבְלָתִי, נְבֵלָה *cadaver meum*, c. ubi (ֵ) penult. remanet ob (ִ) præced. Vide Gram. Heb. t. I. p. 92. & 108. Ex forma vero נְבֵלָה, נִבְלָתָם *cadaver eorum*, בְּנִבְלָתָם *in cadaver eorum*, וּבְנִבְלָתָם & *in cadaver eorum*, מִנִּבְלָתָם *de cadavere eorum*. R. נָבַל *cado*, ut Latinum cadaver à cadendo.

נַבְלוּת f. unde cum affix. & (ו) in (ֻ) ad euphoniam mutato, נַבְלֻתָהּ, Lxx. ἀκαθαρσίαν αὐτῆς *immunditiam ejus*, f. Vulg. & alii, *stultitiam ejus*, f. R. נָבַל *concidere*, & à nomine נָבָל, *stultescere*, *stulte agere*.

נְבַלָּט Maſſ. *Nevallát*, Vulg. *Neballat*, nom. propr. civitatis, Nehem. 11. v. 34. Etym. *prophetam abſcondens*; à נָבִיא *propheta*, & לוּט *abſcondere*; א cum (י) à נָבִיא ablato, unde daghéſch in ל in ipſius compenſationem.

נָבַע QAL, unde Ben. ſ. m. נֹבֵעַ, Prov. 18. v. 4. Lxx. Vatic. ἀναπηδύει *ſcaturit*. Ald. ἀναπηδῶν, Aq. & Sym. ἀναβλύζων *ſcaturiens*. Theod. ἐνομβρῶν *effundens*. Vulg. *redundans*. Alii, *eructans*, *emanans*.

HIPHIL הִבִּיעַ, Lxx. προΐημι, Vulg. *profero*, ἀναγγέλλω *annuntio*. Aq. & Sym. ἀναβλύζω *ſcaturire facio*. Vulg. *ebullio*, Prov. 15. v. 2. Lxx. & Sym. ἐρεύγομαι, Vulg. *eructo*, Pſal. 18. Heb. 19. v. 3. Aq. item, ὀμβρέω *pluo*. Lxx. denique, ἐξερεύγομαι *eructo*, φθέγγομαι, ἀποφθέγγομαι, *loquor*, *eloquor*, ἀποκρίνομαι *respondeo*. Alii, *eructo*, h. e. more ſcaturiginis *profero*, *effundo*.

Fut. 3. p. ſ. m. יַבִּיעַ *eructabit*, *eloquetur*. 1. p. ſ. c. cum ה parag. אַבִּיעָה *eructabo*, *eloquar*. 3. p. pl. m. יַבִּיעוּ, & cum ן paragog. יַבִּיעוּן, *eructabunt*, *eloquentur*. 3. p. pl. f. תַּבַּעְנָה *eructabunt*.

נֶבְרַשְׁתָּא f. Chald. & emphat. נֶבְרַשְׁתָּא, Lxx. λαμπάς *lampas*. Vulg. *candelabrum*. Alii, *lychnuchus*, *lucerna*, Dan. 5. v. 5. Rabbini dicunt נִבְרֶשֶׁת. R. Saadias ſcribit: נברשתא dicitur, quaſi נֵר בַּר שַׁתָּא *lychnuchus filius anni*, id eſt, per totum annum ardens.

נִבְשָׁן Maſſ. *Nivſchán*, Vulg. *Nebſan*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 62. Etym. *granarium fructibus abundans*; à נוּב *fructibus abundare*, & שָׁאן vel שָׁאוּן, Ægyptiis, *granarium*, *horreum frumentarium*.

נֶגֶב m. Lxx. νότος *notus*, *auſter*. Vulg. *meridies*, 1. Reg. 27. v. 10. Lxx. item & Aq. λὶψ *Africus*. Sym. μεσημβρία, Vulg. *meridies*. Lxx. item, ἀπηλιώτης *ſubſolanus* (ventus), ὀρεινὴ ſeu χώρα *montana* (regio), ἔρημος *deſertum*, ἀπέναντι, Ezech. 40. v. 2. *è regione*; pro מִנֶּגֶב *à meridie*, legebant מִנֶּגֶד *è regione*; ſed in Phraſi: מִמּוּל נֶגְבָּה *ex adverſo ad meridiem*, 2. Paral. 4. v. 10. κατέναντι *ex adverſo*, non reſpondet voci נֶגְבָּה *ad meridiem*, ut credidit Kircherus, & poſt ipſum Trommius; ſed voci præcedenti מוּל, quam exprimit reſpondet. Vocis porro ſequentis נֶגְבָּה ſenſus, Verbis præcedentibus, utcunque exprimitur; nec τὸ πρὸς *ad*, Exod. 26. v. 18. נֶגְבָּה exprimitur, ut iidem crediderunt. Alii, *auſter*, *meridies*, *tractus meridianus*, *plaga auſtralis*. Cum præf. הַנֶּגֶב *auſtralis*, וְהַנֶּגֶב *& auſtralis*, בַּנֶּגֶב *per meridianam*, *in auſtrali*, וּבַנֶּגֶב *& in auſtrali*, מִנֶּגֶב *ab auſtrali*, *à meridie*, וּמִנֶּגֶב *& à meridie*. Cum ה locali, נֶגְבָּה *meridiem verſus*. Cum præf. וְנֶגְבָּה *& ad meridiem*, הַנֶּגְבָּה *ad meridiem*, בַּנֶּגְבָּה *in meridiano tractu*, לַנֶּגְבָּה *ad meridiem*. R. נָגַב Chald. *exſiccatus fuit*, *aruit*; unde נֶגֶב *auſter*, ſic dictus, quod ſit ſiccus & aridus.

נָגַד QAL, unde HIPHIL הִגִּיד, Lxx. ἀναγγέλλω *indico*, *as*, *annuntio*. Vulg. *prædico*, *as*, Iſai. 3. v. 9. Lxx. item, ἀπαγγέλλω, ἀναπαγγέλλω, *renuntio*, ἐπαγγέλλω *denuntio*, δείκνυμι, ἀποδείκνυμι, *oſtendo*, σημαίνω *ſignifico*, λαλέω *loquor*, εἴρω, εἴπω, *dico*, προλέγω, Vulg. *prædico*. Alii, *indico*, Iſai. 41. v. 26. Lxx. item, ἀγαλλιάομαι *lætor*, γινώσκω *cognoſco*, ἀνθίστημι *reſiſto*, μεγαλύνω *magnifico*, *effero*, ἀποκαλύπτω *revelo*, ἐγκαθίζω δόλῳ *inſideo dolo*, h. e. *inſidias tendo*. Vulg. & alii item, *nuntio*, *expono*, *narro*, *enarro*, *coram diſſero*. Hinc per metatheſin, Latin. *dico*, Hiſpan. *digo*.

Praet. 3. p. ſ. m. הִגִּיד *indicavit*. Cum præfix. וְהִגִּיד *& indicabit*, *indicet*, *indicat*. Cum affix. הִגִּידָהּ *indicavit illud*. 3. p. ſ. f. הִגִּידָה *indicavit*. Cum præf. וְהִגִּידָה *& indicavit*. 2. p. ſ. m. הִגַּדְתָּ, & ה quod in fine latebat expreſſo, הִגַּדְתָּה *indicaſti*. Cum præf. וְהִגַּדְתָּ *& annuntiabis*, *indicabis*. 1. p. ſ. c. הִגַּדְתִּי *indicavi*, *profeſſus ſum*. Cum præf. וְהִגַּדְתִּי *& indicabo*, *indico*. 3. p. pl. c. הִגִּידוּ *indicarunt*. Cum præf. וְהִגִּידוּ *& indicabunt*, *indicant*. 2. p. pl. m. cum præfix. וְהִגַּדְתֶּם *& indicabitis*.

Ben. ſ. m. מַגִּיד, Gen. 41. v. 24. Lxx. ἀπαγγέλλων, Alii, *indicans*, *nuntians*. Vulg. Verbaliter, & nemo eſt, *qui ediſſerat*. Zach. 9. v. 12. Lxx. ſubſtant. παροικία *commoratio*, *peregrinatio*; legebant מָגוּר idem.

Cum præfix. וּמַגִּיד *& nuntians, & nuntius*, הַמַּגִּיד, 2. Reg. 15. v. 13. Lxx. Vatic. Complut. ἀπαγγέλλων *nuntians*. Ald. nominale, ὁ ἄγγελος, Vulg. *nuntius*. Fem. ex forma ת, præced. duplici (·), מַגֶּדֶת *indicans*. Pl. m. conſt. cum præf. לְמַגִּידֵי *indicantibus*.

Infin. הַגֵּד *indicando, annuntiando*. Cum præf. לְהַגִּיד *ad indicandum, nuntiandum, indicare*, וּלְהַגִּיד *& indicare*, h. e. *ut indicaret*, מֵהַגִּיד *ab indicare*, h. e. *ne indicaret*.

Imper. 2. p. ſ. m. הַגֵּד, & (-) in (·) ob maqqaph mutato הַגֶּד־, *indica*. Cum præf. וְהַגֵּד & וְהַגֶּד־, *& indica*. Cum ה parag. הַגִּידָה *indica*. 2. p. ſ. f. הַגִּידִי *indica*. 2. p. pl. m. הַגִּידוּ *indicate*. Cum præf. וְהַגִּידוּ *& annuntiate*.

Fut. 3. p. ſ. m. יַגִּיד *indicabit*. Cum ה interrog. הֲיַגִּיד *numquid annuntiabis?* Cum præf. & ex forma (-), וַיַּגֵּד *& indicavit*, & cum (·) loco (-) ob maqqaph ſequ. וַיַּגֶּד־ *& indicabit, indicet*. Cum præf. & affix. וְיַגִּידֶךָ, & cum (-) loco (·), וְיַגִּדְךָ, *& indicabit illud*, וְיַגֶּדְךָ *& annuntiabit tibi*, m. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 361. c. 1. 3. p. ſ. f. תַּגִּיד *indicet*. Cum præf. & ex forma (-), וַתַּגֵּד, & in (·) ob maqqaph correpto, וַתַּגֶּד־ *& indicavit*. 2. p. ſ. m. תַּגִּיד *indicabis*. Cum præf. וְתַגִּיד *& indicabis*. 2. p. ſ. f. תַּגִּידִי *indicabis*. 1. p. ſ. c. אַגִּיד *indicabo*. Cum præf. וָאַגִּיד & וָאַגֵּד, *& indicavi*. Cum ה parag. אַגִּידָה *indicabo*. Cum præf. וְאַגִּידָה *& indicabo*. Cum affix. אַגִּידֶנּוּ *indicabo illi*, m. 3. p. pl. m. יַגִּידוּ & יַגִּדוּ, *indicabunt*. Cum præfix. וְיַגִּידוּ *& indicabunt*, וַיַּגִּידוּ & וַיַּגִּדוּ, *& indicarunt*. 2. p. pl. m. תַּגִּידוּ *indicabitis*. 1. p. pl. c. נַגִּיד *indicabimus*. Cum præf. & (-) aut (·) in (·) ob maqqaph correpto, וַנַּגֶּד־ *& indicavimus*. Cum ה parag. וְנַגִּידָה *& indicabimus*. Cum præf. & affix. וְנַגִּידֶנּוּ *& indicabimus illud*.

HOPHAL הֻגַּד, Lxx. ἀπηγγέλλομαι, Vulg. & alii, *nuntior*, Ruth. 2. v. 11.

Praet. 3. p. ſ. m. הֻגַּד *nuntiatum fuit*. Cum præf. וְהֻגַּד *& renuntiatum fuerit*.

Infin. הֻגֵּד, Ruth. 2. v. 11. Lxx. ſubſtantive, ἀπαγγελία *nuncium*. Vacat apud Vulg. Joſ. 9. v. 24. Mſſ. Complut. Oxon. ἀγγελία, Ald. ἀπαγγελία *nuncium*. Vacat apud Lxx. Vatic. & Vulg. Alii, *nuntiando*.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. וַיֻּגַּד *& nuntiatum fuit*.

נגד Chald. PEAL, unde Ben. ſ. m. נָגֵד, Dan. 7. v. 10. Lxx. Verbaliter, εἷλκεν *trahebat*, Ald. mſ. paraphraſticωs, ἐκπορευόμενος εἷλκεν *egrediens trahebat*, ſic Ald. Complut. vero, εἷλκεν ἐκπορευόμενος *trahebat egrediens*, Vulg. *egrediebatur*. Alii, *trahens ſe, manans, profluens*.

נֶגֶד præpoſitio, vel adverbium. Lxx. Aq. Sym. Theod. κατέναντι, Vulg. & alii, *è regione, coram, contra, ex adverſo*; & ſubſtantive, *vultus; facies, conſpectus*. Lxx. item, ἔναντι, ἀπέναντι, ἐναντίον, ἐνώπιον, ἐξεναντίας, κατεναντίον, *è regione, coram*, &c. ἐκ *ex*, ἐπὶ *contra*, παρὰ *apud*, πρὸ *ante*, πρὸς *ad*, εἰς τὰ ὦτα *in aures*. Item, κῆπος *hortus*, Nehem. 3. vv. 16. 26. Si Kirchero, ac Trommio credimus; ſed Græcum ἀπέναντι, Hebraico נֶגֶד reſpondens, in editione Complut. ante τοῦ Κήπου, expreſſum, in aliis editionibus videtur omiſſum. Vulg. utrobique, *contra*. Participial. βλέποντα ἐπὶ (vel potius paraphraſticωs, nam τὸ נֶגֶד, ·לְ ἐπὶ, uno exprimitur); *reſpiciens ad*, Ezech. 40. v. 23. Verbaliter, πρόκειται *propoſita eſt* vobis, ſeu poſita eſt ante vos malignitas, Exod. 10. v. 10. Cum præf. וְנֶגֶד *& coram*, לְנֶגֶד *coram*, מִנֶּגֶד *è regione*. Cum ה parag. נֶגְדָּה *coram*. Cum aff. נֶגְדּוֹ, Joſ. 6. v. 5. Lxx. κατὰ πρόσωπον *ſecundum, contra faciem*. Vulg. periphraſticωs, *per locum, contra quem ſteterint*. Alii, *è regione ſui*, m. Cum præf. & aff. עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ, Gen. 2. v. 18. Lxx. βοηθὸν κατ' αὐτὸν *adjutorem ſecundum ipſum*. Aq. βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ *adjutorem e regione ipſius*, m. Vulg. *adjutorium ſimile ſibi*, m. Alii, *auxilium ſecundum coram*, h. e. *correſpondentiam ejus*, m. Naturali ſpecie ac forma conveniens, ſe dignum, par conjugium. לְנֶגְדּוֹ *ex adverſo ejus*, m. מִנֶּגְדּוֹ *ab ante eum*, נֶגְדָּהּ *è regione ſui*, f. נֶגְדֶּךָ *coram te*, m. & in pauſa, נֶגְדֶּךָ, Prov. 4. v. 25. Lxx. δίκαια *juſta, juſte*. Vulg. per metaphraſin, *greſſus tuos*, m. Alii, *coram te*, m. לְנֶגְדֶּךָ, Gen. 33. v. 12. Lxx. ἐπ' εὐθεῖαν (ὁδὸν) *in rectam* (viam).

Vulg. metaphrasticus, *socius itineris tui*, m. Alii, *coram te*, *è regione tui*, m. נֶגְדִּי *coram*, *contra me*, c. לְנֶגְדִּי *ante*, *coram me*, c. מִנֶּגְדִּי *de ante me*, c. נֶגְדָּם *è regione eorum*, וְנֶגְדָּם & *ex adverso eorum*, לְנֶגְדָּם *ex adverso eorum*, לְנֶגְדְּכֶם *coram vobis*, m. R. נגד in Hiphil, *indicavit*, *nuntiavit*.

נגה QAL. Lxx. λάμπω, Vulg. & alii, *splendeo*, *luceo*.

PRAET. 3. p. f. m. נָגַהּ *splendet*, *splendebit*. In hac Phrasi: נֹגַהּ אוֹר, ubi accentus ab ult. ad penult. syllabam ob concursum retrahitur, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. c. 1. fin. Job. 22. v. 28. Lxx. ἔσται φέγγος *erit lux*. Vulg. & alii, *splendebit lumen*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), וְלֹא־יִגַּהּ, Job. 18. v. 5. Lxx. Sym. οὐκ ἀποβήσεται *non procedet*, *non continget*. Theod. οὐ λάμψει, Vulg. & alii, *non splendebit*.

HIPHIL הִגִּיהַּ, Lxx. ἐκλάμπω (incert. ἀναλάμπω), φωτίζω, Vulg. & alii, *illustrare*, *illuminare*, *splendere facere*, &c.

FUT. 3. p. f. m. יַגִּיהַּ, Isai. 13. v. 10. Lxx. δώσει (τὸ φῶς αὐτῆς) *dabit* (lumen suum). Vulg. *splendebit* (in lumine suo). Alii, *lucere*, *splendescere faciet*, splendidam edet lucem suam.

נֹגַהּ f. Lxx. per aphæresin τοῦ ב, αὐγὴ *splendor*. Vulg. *lux*, Isai. 59. v. 9. φῶς *lux*, λαμπρότης, (incert. διαύγασμα) *splendor*, τηλαύγησις *illustratio*. Vulg. & alii, *fulgor*, Psal. 17. Heb. 18. v. 13. ἀνατολὴ *oriens*. Vulg. & alii, *splendor*, Isai. 60. v. 19. Lxx. item & Aq. Sym. Theod. φέγγος *splendor* & *lux*, *lumen*, *jubar*, &c. Lxx. Verbal. λάμπω *splendeo*. Cum præf. וְנֹגַהּ & *splendor*, הַנֹּגַהּ *splendor*, כְּנֹגַהּ *sicut splendor*, לְנֹגַהּ *ad splendorem*, וְלַנֹּגַהּ & *ad splendorem*, מִנֹּגַהּ *à splendore*. Cum aff. נָגְהָם nogham, *splendorem eorum*, sive *suum*. Plur. ex terminat. fem. quasi à נְגֹהָה, & cum præf. לַנְּגֹהוֹת *splendores*. R. נגה *splenduit*, *luxit*.

נֹגַהּ Masc. *Nogah*, Vulg. *Noga*, *Noge*, nomen propr. filii David, 1. Paral. 3. v. 7. cap. 14. v. 6. Etym. *splendor*; à נגה idem.

נָגְהָא f. Chald. emphat. à simpl. נְגַהּ, unde cum præf. בְּנָגְהָא, Dan. 6. v. 20. Lxx. ἐν φωτὶ *in luce*. Alii, *cum luce*, *in splendore*, *in*

aurora, *summa aurora*, Venere sed adhuc lucente. Vulg. non verbum, sed sensum utcunque expressit. R. נגה *splenduit*, *luxit*.

נגח QAL. Lxx. κερατίζω, Vulg. & alii, *cornu-percutio*, *ferio*, *peto*, *impeto cornibus*. Hinc per metathesin Latin. *conisco*; ac Græc. κορύω.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-) יִגַּח, & in pausa יִגָּח *cornu-feriet*.

PIEL נִגַּח, unde BEN. f. m. מְנַגֵּחַ *cornupetens*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), יְנַגַּח *cornu-feriet*. 2. p. f. m. תְּנַגַּח *cornu-feries*. 2. p. pl. m. תְּנַגְּחוּ *cornu-ferietis*. 1. p. pl. c. נְנַגַּח *cornu-feriemus*.

HITHPAEL הִתְנַגֵּחַ, vel ex forma (-), הִתְנַגַּח, unde FUT. 3. p. f. m. יִתְנַגַּח, Dan. 11. v. 40. Lxx. συγκερατισθήσεται *cornu-certabit*. Vulg. *prælibitur*. Alii, *cornu-petet se*, *arietabit*, *confliget*.

נַגָּח m. Lxx. κερατιστὴς, Vulg. & alii, *cornupeta*, *petulcus*, Exod. 21. vv. 29. 36. R. נגח *cornu-petiit*.

נָגִיד m. Lxx. ἡγούμενος (Sym. ἡγεμὼν) *dux*, ἄρχων *princeps*, ἐπιστάτης *præfectus*. Sic Vulg. & alii item, *antecessor*, *antistes*, *præsul*. Lxx. item, βασιλεὺς *rex*. Cum præf. וְנָגִיד & *dux*, הַנָּגִיד *dux*, לְנָגִיד *in ducem*, וּלְנָגִיד & *in ducem*. Const. נְגִיד, & sine (י), נְגִד *dux*. Cum præf. לִנְגִיד *duci*. Plur. נְגִידִים, Lxx. σεμνὰ *præclara*, Sym. & Theod. ἡγεμονικὰ *imperatoria*. Alii, *eximia* verba loquor. Vulg. *de rebus magnis* locuta sum (sapientia), Prov. 8. v. 6. Const. נְגִידֵי *duces*. R. נגד in Hiph. *indicavit*.

נְגִינָה f. unde const. pro absol. נְגִינַת, Lxx. ὕμνοις, Vulg. *hymnis*; legebant in plur. נְגִינוֹת. Alii, *pulsatione fidium*, *pulsatione musicâ*, *modulatione*, *instrumento musico*. Lxx. item, κιθάρα *cithara*, ᾠδὴ *canticum*, ψαλτήριον *psalterium*. Sic & Sym. Verbaliter, ψάλλω *psallo*, ψαλμὸς *psalmus*. Cum præf. & aff. בִּנְגִינָתִי *pulsationis meæ*, c. נְגִינָתָם *pulsatio eorum*, מִנְּגִינָתָם *à pulsatione eorum*. Pl. cum præf. בִּנְגִינוֹת וּנְגִינוֹת & *pulsationes*, *in pulsationibus*. Cum præf. & aff. וּנְגִינוֹתַי & *pulsationes meas*, c. בִּנְגִינוֹתָי in pausa, *in pulsatibus meis*, c. R. נגן *pulsavit*.

נגן QAL, unde Ben. plur. m. נֹגְנִים, Lxx. ψαλλόντων, Vulg. *psallentibus*. Sym. τοῖς μελῳδοῖς *modulatricibus*; sed forte legendum τοῖς μελῳδοῖς *modulatoribus*. Alii, *pulsantes*, *modulatores*, *pulsatores*, *fidicines*.

PIEL נִגֵּן, Lxx. κιθαρίζω *citharâ cano*, εὐλογέω *benedico*. Alii, *pulso*, &c. ut in Qal.

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנִגֵּן *& pulsavit*.

Ben. f. m. מְנַגֵּן *pulsans*, *pulsator*. Cum præf. הַמְנַגֵּן *pulsator*, *qui pulsat*.

Infin. נַגֵּן *pulsare*. Cum præf. כְּנַגֵּן *juxta pulsare*, *secundum modulari*, h. e. *cum pulsaret*, *cum modularetur*, לְנַגֵּן *pulsando*.

Fut. 1. p. pl. c. נְנַגֵּן *pulsabimus*.

נגע QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἅπτομαι, Vulg. & alii, *tango*, *attingo*, *pertingo*. Sym. item, καταλαμβάνω *occupo*. Lxx. item, ἐφάπτομαι *attingo*, ἐφάπτω *impendo*, ἐξάπτω *annecto*, θίγω *tango*, κοπιάω *laboro*, μαστιγόω *flagello*, βδελύσσομαι *abominor*, μίσγω *misceo*, παύομαι *quiesco*, ἐτάζω *examino*. Vulg. item & alii, *lædo*, *percutio*, *plagis afficio*. Construitur cum accusativo; item præposit. אֶל, עַל, & ב.

Praet. 3. p. f. m. נָגַע *tetigit*. Cum præf. וְנָגַע *& tanget*. 3. p. f. f. נָגְעָה *tangit*, *pertingit*. Cum præf. וְנָגְעָה *& pertigerit*. 3. p. pl. c. in pausa נָגָעוּ, *attingunt*, *pertingunt*. 1. p. pl. c. cum affix. נְגַעֲנוּךָ *tetigimus te*, m.

Ben. f. m. נֹגֵעַ & נֹגֵעַ, *tangens*. Cum præf. וְנֹגֵעַ *& tangens*, הַנֹּגֵעַ & הַנֹּגֵעַ, *tangens*, וְהַנֹּגֵעַ *& tangens*. Fem. ex forma ת, præcedente duplici (-) pro duplici (·) ob ultimam rad. ע, vide Gram. Heb. t. 1. p. 164. c. 2. נֹגַעַת *pertingens*. Cum præf. הַנֹּגַעַת *attingens*. Pl. m. cum præf. הַנֹּגְעִים, & fem. נֹגְעֹת *attingentes*.

Paoul f. m. נָגוּעַ, Psal. 72. Heb. 73. v. 14. Lxx. μεμαστιγωμένος, Vulg. & alii, *flagellatus*, *plagâ affectus*. Et in alia significatione, Sym. μυκτηριζόμενος *subsannatus*, Isai. 53. v. 4. Lxx. εἶναι ἐν πόνῳ *esse in dolore*. Sym. ἐν ἀφῇ *in percussione*. Aq. ἁφημένον *percussum*. Theod. μεμαστιγωμένον *flagellatum*. Vulg. *quasi leprosum*. Alii, *plagâ affectum*.

Infin. cum præf. וּנְגֹעַ *& attingere*, לִנְגּוֹעַ & לִנְגֹּעַ, *attingere*. Cum præf. & affix.

בְּנָגְעוֹ benoghó, *in attingere eum*, נָגְעֵךְ noghékh, *attingere te*, f. Ex forma ת, præcedente duplici (-), pro duplici (·) ob tertiam radic. guttur. ע, sublataque per aphæresin prima rad. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 200. c. 1. 2. גַּעַת, unde cum præf. כְּגַעַת *secundum attingere*, h. e. *cum attingeret*, לָגַעַת *attingere*.

Imper. 2. p. f. m. ex forma (-), primaque radicali excidente, ut in Infinit. præced. גַּע *tange*. Cum præf. וְגַע *& tange*.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-), יִגַּע *tanget*. Cum præf. וַיִּגַּע *& tetigerit*, וַיִּגַּע *& tetigit*. 3. p. f. f. תִּגַּע, & in pausa תִּגָּע, *tanget*, *attinget*. Cum præf. וַתִּגַּע *& attigit*. 3. p. pl. m. יִגְּעוּ *attingent*. 2. p. pl. m. תִּגְּעוּ, & in pausa תִּגָּעוּ *attingatis*.

NIPHAL נִגַּע, unde 3. p. plur. m. Fut. cum præf. וַיִּנָּגְעוּ, Jos. 8. v. 15. Lxx. mutato numero ac sensu, καὶ ἀνεχώρησαν *& recessit*. Vulg. paraphrasticos, *cesserunt loco*, *simulantes metum*. Alii, *& percussi sunt*, sive, in sensu Hithpael, *simularunt se percussos*.

PIEL נִגַּע, Lxx. ἐτάζω *probo*, *affligo*, *crucio*, ἐλέγχω *arguo*, *increpo*, *sciscitor*, ἅπτομαι *tango*. Vulg. *flagello*. Vulg. item & alii, *percutio*, *plagis afficio*.

Praet. 3. p. f. m. cum aff. נִגְּעוֹ *plagâ affecit eum*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & ex terminatione (-), וַיְנַגַּע *& plagis affecit*.

PUAL נֻגַּע, unde 3. p. pl. m. Fut. in pausa, יְנֻגָּעוּ, Psal. 72. Heb. 73. v. 5. Lxx. μαστιγωθήσονται, Vulg. *flagellabuntur*. Paraph. Chald. *vulnerantur*. Alii, *percutientur*, *plagis afficientur*.

HIPHIL הִגִּיעַ, Lxx. συνάπτω *admoveo*, *conjungo*, *contexo*, *pertingere facio*. Sic recentiores. Lxx. & Sym. intransitive, ἐγγίζω, Lxx. παραγίνομαι, ἀφικνέομαι, φθάνω, Vulg. & alii, *appropinquo*, *accedo*, *advenio*, *obvenio*, *pervenio*, καταβαίνω, S. Hieron. *descendo*, γίνομαι *fio*, προσπίπτω *procido*. Sym. συμβαίνει, Vulg. & alii, *obvenit*, *pervenit*, *provenit*, *obtigit*, *pertigit*. Lxx. item, ἰσχύω *possum*, καθίζω *sedeo*, & active, *colloco*, τίθημι, ἐκτίθημι, *pono*, *expono*, κατάγω *sterno*,

flerno, *deduco*, ἀναπληρόω *impleo*, *adimpleo*, ἀναγγέλλω *annuntio*. In Phrasi, הִגִּיעַ לַמַּלְכוּת, βασιλεύω *regno*, κολλάομαι, ἐγκολλάομαι, Lxx. Sym. ἅπτομαι *adhæreo*, *conglutinor*. Aq. καταντάω *devenio*, *evado*. Alii item, *deturbo*, *dejicio*.

PRAET. 3. p. f. m. הִגִּיעַ *pertingere fecit*, *pertigit*, *pervenit*, *advenit*. 2. p. f. f. cum (-) furtivo, pro (·) sub ע, הִגַּעַתְּ, pro הִגַּעַתְּ, *pervenisti*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 157. §. III. 1. p. f. c. cum præf. & affix. וְהִגַּעְתִּיהוּ *& pertingere faciam eum*. 3. p. pl. c. הִגִּיעוּ *advenerunt*, *pervenerunt*. Cum præf. וְהִגִּיעוּ *& pertingant*. 2. p. pl. m. cum præf. וְהִגַּעְתֶּם *& admovebitis*.

BEN. f. m. מַגִּיעַ *pertingens*. Cum præf. שֶׁמַּגִּיעַ, Eccles. 8. v. 14. Lxx. ὅτι φθάνει, Mſ. Alex. ὅτι φθάνει *quia venit*. Sym. οἷς συμβαίνει, Alii, *quibus obtingit*. Vulg. paraphrastam agit, & sensum, non verbum exprimit. Fem. ex forma ה præced. dupl. (-) pro dupl. (·), ob tertiam radic. ע guttur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 2. מַגַּעַת *pertingens*. Plur. m. conſt. מַגִּיעֵי *conjungentibus*.

INFIN. cum præf. וּבְהַגִּיעַ *& in adveniendo*, h. e. *& cum pervenisset*. Cum affix. הַגִּיעֵנוּ *pervenire nos*, c.

FUT. 3. p. f. m. יַגִּיעַ *attinget*. Cum præf. וְיַגִּיעַ *& perveniet*; & ex terminatione (-), וַיַּגַּע *& admovit*. Cum affix. יַגִּיעֶנָּה *dejiciet eam*. 3. p. f. f. תַּגִּיעַ *pertigerit*. Cum præf. & ex termin. (-), וַתַּגַּע *& abjecit*. 3. p. pl. m. In inundatione aquarum multarum, אֵלָיו לֹא יַגִּיעוּ, Psal. 31. Heb. 32. v. 6. Lxx. πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι, Chald. *ad eum non appropinquabunt*. Vulg. *proximabunt*. Alii, *eum non tangent*, *non dejicient*, h. e. *ipse non tangetur*, *non dejicietur*. Activa enim Verba in tertiis personis significationem passivorum sæpius adsumunt, seu passive exponuntur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 531. can. III. Cum præf. וְיַגִּיעוּ *& pertingunt*.

נֶגַע, & in pausa נָגַע, m. Lxx. Aq. Sym. ἁφὴ *tactus*, *ictus*, *percussio*, *plaga*. Lxx. Sym. πληγή, Vulg. & alii, *plaga*, μάστιξ, Vulg. & alii, *flagellum*. Lxx. item, ὀδύνη *dolor*, ἐτασμὸς *inquisitio*, *cruciatus*, συνάν-

τημα *casus*, *occursus*. Verbal. ἐγγίζω *appropinquo*. Alii item, *afflictio*, *læsio* animi, vel corporis, vel etiam rei inanimatæ. Cum præfix. וְנֶגַע *& plaga*, הַנֶּגַע, & in pausa הַנָּגַע, *plaga*, וְהַנֶּגַע *& plaga*, בְּנֶגַע & בַּנֶּגַע, *in plaga*, כְּנֶגַע *sicut plaga*, לְנֶגַע & לַנֶּגַע, *ad plagam*. Cum aff. נִגְעוֹ *plaga ejus*, m. נִגְעֲךָ in pausa, *plagam tuam*, m. נִגְעִי *plagæ meæ*, c. Plur. נְגָעִים *plagæ*. Cum præf. וּבִנְגָעִים *& plagis*. Conſt. cum præf. וּבְנִגְעֵי *& plagis*. Rad. נָגַע *plagis affecit*.

נגף QAL. Lxx. per aphæresin τοῦ נ, ac epenthesin τοῦ (·), κόπτω *scindo*, *vulnero*, *percutio*, *impello*, *pulso*, &c. προσκόπτω *allido*, *impingo*, *offendo*; sic etiam recentiores. Lxx. παίω, Sym. πατάσσω, Vulg. *percutio*. Lxx. Aq. θραύω *frango*. Lxx. item, κερατίζω *cornu-peto*, συντρίβω *contero*, τροπόω *fugo*, *in fugam converto*, πλήσσω *verbero*, *plaga afficio*, πίπτω *cado*, πταίω *impingo*, *offendo*, *corruo*.

PRAET. 3. p. f. m. נָגַף *percussit*. Cum præf. וְנָגַף *& percutiet*. Cum affix. נְגָפוֹ *percussit eum*, נְגָפָנוּ *percussit nos*, c. 3. p. pl. c. cum præf. וְנָגְפוּ *& percusserint*.

BEN. f. m. נֹגֵף *percutiens*.

INFIN. ex forma absoluta, נָגֹף, Lxx. πληγῇ, Vulg. *plaga*. Alii, *percutiendo*. Ex altera forma cum præf. לִנְגֹּף *percutere*, *ad percutiendum*. Cum præf. & aff. בְּנָגְפוֹ benoghphó, *in percutere illum*.

FUT. 3. p. f. m. יִגֹּף *percutiet*. Cum præf. & aff. וַיִּגֹּף *& percussit*, וַיִּגְּפֵהוּ *& percussit eum*, יִגְּפֶנּוּ *percutiet eum*. 2. p. f. m. תִּגֹּף *percutias*. 1. p. f. c. אֶגֹּף *percutiam*. Cum præf. וָאֶגֹּף *& percussi*.

NIPHAL נִגַּף, Lxx. κόπτομαι *percutior*, *cador*, *plagâ afficior*, sic & alii; πταίω *impingo*, *offendo*. Aq. θραύομαι *frangor*. Sym. ἡττάομαι *fugor*, *in fugam vertor*.

PRAET. 3. p. f. m. נִגַּף (quod) *percussus esset*. 3. p. pl. m. נִגְּפוּ *percussi fuerunt*, & in pausa נִגָּפוּ, (quod) *percuterentur*. 2. p. pl. m. cum præf. וְנִגַּפְתֶּם *& cædemini*.

BEN. f. m. נִגָּף, Deut. 28. v. 25. Lxx. paraphrasticωs, εἰς κοπὴν *in occisionem*. Vulg. *corruentem*. Alii, *percussum*. Plur. m. נִגָּפִים *percussi*.

INFIN. ex forma hhol. quæ in hoc infinitivo infrequens non est, servatâ נ communi conjugationis characteristicâ, ac formâ præteriti, vide Gram. Heb. t. 1. p. 172. c. 1. נְגוֹף, contractè pro נְנְגוֹף, Jud. 20. v. 39. *percutiendo.* Ex forma perfecta cum præf. בְּהִנָּגֵף *in percuti*, h. e. *cum perceteretur.*

FUT. 3. p. f. m. יִנָּגֵף *percutietur.* Cum præf. & (ֶ) loco (ֵ) ob accentum ab ult. ad penult. à (ו) convert. retractum, וַיִּנָּגֶף *& cæsus fuit.* 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּנָּגְפוּ, & in pausa, quæ (ֵ) motionem primariæ vocis revocavit, וַיִּנָּגֵפוּ *& percussi fuerunt.* 2. p. pl. m. תִּנָּגְפוּ *percutiamini.*

HITHPAEL הִתְנַגֵּף, unde 3. p. pl. m. FUT. יִתְנַגְּפוּ, Jerem. 13. v. 16. Lxx. (πρὸ τοῦ) προσκόψαι, Vulg. (antequam) *offendant.* Alii, *percutiantur*, *lædantur*, impingendo scilicet.

נֶגֶף m. Lxx. Sym. Theod. πρόσκομμα, Vulg. & alii, *offensio.* Aq. σκάνδαλον *scandalum*, *tendicula*, *offendiculum.* Lxx. Aq. θραῦσις *fractio*, *percussio.* Lxx. item Verbal. θραύω *frango*, πληγή, Vulg. & alii, *plaga*, κοπή *occisio*, ἀπώλεια *perditio*, παράταξις *acies*, συνάντημα *occursus*, *calamitas*, πταῖσμα *offensio*, πτῶσις *casus*, *lapsus.* Cum præfix. הַנֶּגֶף, & in pausa הַנָּגֶף, *plaga.* R. נגף *plagâ affecit.*

נגר QAL, unde NIPHAL נִגַּר, ex quo 3. p. f. f. PRAET. נִגְּרָה, Psal. 76. Heb. 77. v. 3. Lxx. ἐναντίον αὐτοῦ, Vulg. *contra eum*; legeb. נֶגְדָּה idem. Sym. ἐκτέταται *extensa erat.* Alius, ἐκτεταμένη διηνεκῶς *extensa perpetuo.* S. Hieron. *extenditur.* Alii, *fluebat*, *manabat*, h. e. *extendebatur* (manus). Lxx. Thren. 3. v. 49. κατεπόθη *absorptus est.* Sym. ἐπέμεινε *permansit*, *exspectavit.* Vulg. *afflictus est.* Alii, *manat* sine intermissione oculus.

BEN. pl. m. cum præf. הַנִּגָּרִים, Lxx. in sing. καταφερόμενον *delabens.* Complut. ἐκχεόμενον, Theod. ἐκχυνόμενον *effusa.* Sym. καταφερόμενον *demissa* aqua. Vulg. Verbal. ac paraphrast. quasi aquæ *dilabimur.* Alii, *effusæ* aquæ. Plur. fem. נִגָּרוֹת *diffluentes.*

HIPHIL הִגִּיר, Lxx. ἀθροίζω *congrego*, καταπατέω *detraho*, παραδίδωμι *trado*, κλίνω *inclino*, ἐπέρχομαι *supervenio*, ἐγκαθίζω δόλῳ *insideo dolo.* Alii, *diffluere*, *dilabi fecit*, *traxit*, &c.

PRAET. 1. p. f. c. cum præf. וְהִגַּרְתִּי *& faciam ut diffluant.*

IMPER. 2. p. f. m. cum præf. & aff. & (ִ) pro (ֵ), וְהַגִּרֵם *& fac ut diffluant illi.*

